Digitized by Google

QVÆSTIONVM
PVBLICE' TRACTATARVM,
AD TITVLVM DIGESTORVM
De noui operis nunciatione, Libri IX.

Quibus quàm pleniſſimè, quæ illic ab Interpretibus tractari ſolent diſcutiuntur.

Opus ſanè tùm in ſcholis Profitentibus, tùm in vtroque foro cauſas agentibus, ſummoperè vtile;
Nunc primùm in lucem editum.

Cum INDICE *rerum & Quæſtionum tractatarum locupletiſſimo*

SYLVIO SPANNOCCHIO I. V. D.
AC PATRICIO SENENSI
Authore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,
Apud Paulum Zanfrettum.
M D LXXXII.

13.10.S.18

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO DOMINO D. ALBERTO BOLOGNETTO, EPISCOPO MASSETANO.

Et apud Venetos Legato Apoſtolico Dignisſimo, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SYLVIVS SPANNOCCHIVS. S.

CVM ſtatuiſſem aliquam reddere rationem earum opinionũ quas apud Picenos publicè profitẽdo quandoque ſubſtinui, non modò vt laborum meorum argumentum aliquod exhiberem, verum etiam vt iniquos mei detractores (ſiqui tunc fuiſſent) oſtenderem: non debui ſanè alium mihi Patronum eligere, quàm te, Reuerendiſſimè Alberte, qui ſumma cum laude in Salernitana ſchola olim profeſſus es, quem vnum nunc reſpiciunt omnes, & cui tantum ipſa Roma, hoc eſt totus prudẽtum virorum cætus hodie tribuit, quantum nec aliàs cuiquàm vlli. Accedat, quod Angelum fratrem videlicet iure naturę me alterum, Salerni quondam tuum in docendo collegam, nunc verò ſucceſſorem, ſummoperè dilexiſti, ac diligis. Sed & Horatium, fratrem alium noſtrum

ſtrum, tuos inter familiares à ſecretis recipere dignatus es, eiq́ue multum in dies gratiarum impartiris. Quibus nominibus, & ego me ipſum & Spannocchiorum gens noſtra, quicquid omnes facturi ſumus, tibi iure merito iampridem dedicare ſtatuimus. Accipe igitur, qua ſoles fronte hilari, labores hos meos, ad titulum Pandectarũ de noui operis nunciatione, quem in ſchola Maceratenſi, non ſinè aliquo bonorum aſſenſu, antè quinquennium expoſui, & nouum hoc meum opus antiquo tuo fauore proſequere. Quamquã autem iſtud audaciꝗ nomine damnabunt aliqui, quòd munificentiæ, atq; amplitudini tuæ, haud par munus exiſtat: tamen & ego excuſabor, quòd maiora exhibere nequeam, & tua augebitur munificentia, quòd etiam minima non deſpicias. Illud itaq; non quia alicuius per ſe ſit momenti, ſed quia obſeruantiæ erga te meæ non vulgare monumentum contineat, benignè ſuſcipias, rogo: nam & aliquid erit, quòd tuo nomini ſit addictum, & tanti ab alijs proculdubio exiſtimabitur quanti tu illud feceris. Vale, meq́ue in ære tuo eſſe exiſtima, quaſi numum, ſi non magni precij, ſaltem materiæ bonæ. Mediolani, vj. Idus Iunij, Anno M D LXXX.

De Syluio Spannocchio authore, D. Bernardini Baldini Carmen.

LEGIBVS offudit claris inſcitia nubem,
Quas catè Spannocchi detegit iſte liber;
Conſultos cui Sena duos alit inclyta fratres;
Cui Pallas fratres condocet æqua duos;
Cui Melitæus Eques denis è fratribus vnus
Eſt, celebriſquè probat nobile ſtemma domus.
Quem genus & generis tituli, quem Sena peritum
Ornat, ſemideis quis neget eſſe parem?

D. Cæſaris Maluicini I. C. ad Authorem Carmen.

Patria Sena tibi eſt, Tyrrenæ gloria gentis
Inclyta, & à doctis tot celebrata viris.
Nobilis eſt alias inter Spannocchia proles;
Eius enim toto nomen in orbe viget.
Tu diuina probè, nec non ciuilia iura
Noſti, cum mirum tam benè ſcribis opus.
Quare, vt ritè domi ſupremo es functus honore;
Sic tua facta foris par meruere decus.
Inuidus ah ſileat, nam te ſuper ætera ducunt
Patria, nobilitas, iura, ſupremus honor.

Eiuſdem Tetraſticum.

En tulit immenſa flores à vertice ſyluæ
Syluius, vt rixans ſedet odore forum.

Huc igitur properent optantes carpere fructus;
Nam ſolet ad ſtirpem ducere talis odor.

D. Leonardi Gini, Senenſi in Gymnaſio humanarum literarum profeſſoris.

Et genere & ſtudijs clarus, cultuquè Mineruæ
Exornat Senas, Spannochiamquè domum
Syluius, atque nouum, idquè noua dum nunciat arte
Doctor opus, vetera facta patrum renouat.
Lætantur Senæ, læta eſt Spannocchia proles;
Sic nouum opus prolem; ſic patriam decorat.
Agnoſcet claros læta hos Macerata labores,
Nam ſunt Gymnaſij gloria magna ſui.
Hæc docuit natus triginta Syluius annos;
Dum legum Interpres gymnaſium id coluit.
Quod ſi tanta poteſt iuuenis; matura ſenectus
Quid poterit? Lector percipe, diſce, doce.

D. Ioannis Marci Fanniani ad Lectorem Carmen.

Si tibi ſollicita puppim reget arte magiſter;
Turbato euades naufraga ſaxa mari.
Sic legum ingrediens pelagus vaſtumq; profundum;
Tutus eris ſi det Syluius auxilium.
Doctrinam, ingeniumq; viri, ſtudiumq; requiris,
Hoc lege, nimirum cuncta probabit opus.
Nam quæ florenti fuerant tractata lycæo;
His author ſcriptis percipienda dedit.

At

At varia incertam poterant quæ reddere mentem;
Perſpicies miris conciliata modis.
Syluius immenſos vicit virtute labores,
Cui ſumma accreuit nobilitate decus.
Patricium ſiquidem genus, & Spannocchia claret
Ampla domus, Thuſcis cognita littoribus.
In patria Iuuenis ſupremos geſſit honores,
Et toto nomen promeruit Latio.
Piceni hinc illum celebrat ſtudioſa iuuentus,
Hinc ciuem laudat Sena diſerta ſuum.

D. Iulij Cæſaris Carcani, I. C. Mediolan.
Ad Syluium authorem.

Ne præclara tui ingenij monumenta laboret,
Pierijs Sylui, quis celebrare modis:
Non illa Hetruſcæ delectus floſculus oræ,
Illa tua ingenijs patria clara virum.
Tu modo quo veterum prudentum arcana reuoluis
Eloquio hyberna candidiore niue;
Hoc ipſo diuina potes celebrare reperta,
Siquis eis addi carmine poſſit honor.
Externæ ſedenim prorſus nihil indiga laudis;
Mirificè ipſa ſua ſplendida luce nitent.

D. Franciſci Accariſij, I. C. Senenſis, & authoris conſobrini, ac valdè intimi, Ad eundem Carmen.

Senarum in patria celebriquè propagine natum
Præter ſumma etiam munera geſta probe,

Quondam

Quondam ante ora patrum te iura fuiſſe profeſſum,
Mirè ac ſub proprio tegmine ſæpè domus,
Moxquè alias inter gentes abſcondita legum,
Concurſu in crebro te reſeraſſe diù;
Grandia viſa quidem primis hæc præſtita in annis;
Virtuti at nimiæ parua fuere tuæ.
Sed cunctorum adeò lucem quæ geſſeris vnquàm
Nunc opus hoc ſuperat, quilibet vt ſtupeat.
Sylui igitur laudes verſu quid ſtringere conor?
En ſcriptoris opus nomen ad aſtra vehit.

D. Philippi Tithonij ad eundem Carmen.

Dotes egregias tuas perenni
Cantu dum cupio referre, Sylui,
Aurem vellit, & admonens Apollo
Inquit, Quis cyatho æquor inquietum
Claudet? Si bene Syluio aduocati
Dij quantum pote plurimum dedere;
Sic certè, viden, vt vigil ſacrarum
Anfractus varios, nimiſq; duros
Legum vincit? vt alterum Africanum,
Vt Paulum, Emiliumquè, Scæuolamq;
Scæuola hic rediuiuus eleganter
Vſquequaquè refert? Age ergo macte
Tantis muneribus tuos, tuæq;
Gentis ſtemmata, ſic ad aſtra tolles;
Sic eris Patriæ decor perennis.

QVÆ-

QVÆSTIONVM CAPITA, QVÆ vel ad vtranq; partem diſputantur, vel alioqui latè pertractantur in ſingulis libris.

In libro Primo.

VTRVM Notariorum circunſcripta conſuetudine, inuocatio Diuini nominis ſit de inſtrumentorum ſubſtantia? nu.22.

Vtrum ſtante conſuetudine, quòd apponatur, inſtrumentum ſine ea ſit nullum? nu. 85.

Vtrum Notarius Chriſtianus cōficiens inſtrumentum inter Iudæos contrahentes poſſit inuocare Nomen Chriſti? & multa de Iudæis. nu. 137.

In libro Secundo.

Vtrum Genitiuus ad dominium ſignificandum proprius referatur, quàm ad poſſeſſionem? nu. 11.

Vtrum Circunſcripto vſu loquendi, quòd poſſeſſoris res dicatur, ſtatutum, quod accipiens rem alterius teneatur certa pœna, habeat locum in accipiente rem poſſeſſam à non domino? nu. 61.

Vtrum in ſtatutis etiam pœnalibus ſit facienda interpretatio ex communi vſu loquendi? nu. 128.

Vtrum ſtante ſtatuto, quòd ſtatuta interpretari debeant nullo extrinſecus addito, excludatur interpretatio, quæ fieret ex vſu communi? Et multa alia de ſimilibus ſtatutis, nume.198.

In

In Libro Tertio.

Latè oſtenditur, editio ſtatutorum tam ciuitatis illius in qua ius redditur, quàm alterius, quomodo in iudicio facienda ſit? nu. 20.

Utrum ſtatutum editum præſumatur totum, cum non conſtet eſſe partem? Et cuius ſit onus probandi? nu. 70.

In Libro Quarto.

Nunciatio noui operis eius, qui ius non habeat, cur ſubſtineatur, pleniſſimè exponitur; Et vtrum per modum attentatorum ædificiũ poſt illam factũ reſtitui petatur? nu. 12.

Utrum hæc nunciatio habeat effectum, poſtquàm fuerit ſuper cauſa principali lis conteſtata? nu. 76.

Utrum excommunicatus, bannitus & ſimiles, nunciare & nunciationis beneficio vti poſſint? nu. 102.

In Libro Quinto.

Utrum Teſtis, qui interrogatus ſuper vno capitulo dixit, aliquid factum in Palatio Epiſcopi, poſtea ſuper alio dicat, in hoc, cum in Palatio Poteſtatis examinaretur, euitet pœnam falſi? nu. 19.

Utrum, Si eam euitet (vt communiter creditur) etiam probet in cauſa? nu. 51. Et de concordia vnius, vel pluriũ teſtium complurima vtiliter enarrantur.

In Libro Sexto.

Utrum Edicta, & Interdicta differant? & quomodo. n. 3.

Utrum

Vtrum Nunciatio ab interdicto reſtitutorio, de quo in l. Prætor. D. eo. in cõſequentiam deduceretur, vel potius à proprio aliquo edicto penderet, quod non extet? nu. 72.

In Libro Septimo.

Vtrum Notorio calumnia nunciantis, nunciationem reddat ipſo iure nullam? Et multa de vi, ac poteſtate Notorij, per totum.

In Libro Octauo.

Vtrum Reficienti opus vetus, nunciari poſſit? nu. 5.

Vtrum Nunciatio, quæ fit per Prætorem, iiſdem modis ſit nulla, prout quælibet alia? nume. 21.

In Libro Nono.

Certum, ſeu manifeſtum, ſeu notorium, quomodo per inſtrumentum, vel ſententiam, vel euidentiam facti inducatur? Et vtrum nunciatus, qui pro ſe defendendo inſtrumentum dum nunciatur deducit, teneatur nuncianti, ſi petierit illius copiam dare? nu. 1.

Vtrum Nunciatio ſubſtineatur, ſi ſponte in ea cauſa cur nuncietur, expreſſa non ſit? nu. 33.

Vtrum ſi exprimenda non eſt, idem ſit ſi contra pacificum poſſeſſorem nunciaretur? nu. 49.

Vtrum ſaltem ſit neceſſaria, & de forma illius, ſi à nunciato petatur? nu. 54.

Vtrum Nuncians etiam petitus eam reticere poſſit, ſi manifeſtus ſit poſſeſſor? nu. 61.

Vtrum

Vtrum, ſi nunciatus dicat (Neſcio quare me impedias) intelligatur cauſam nunciationis petere? vbi multa de vi enunciatiuorum verborum. nu. 68.

Vtrum Operarij, quibus nunciatur, poſſint nunciationis cauſam à nunciante exquirere? nu. 95.

Vtrũ Cauſa exquiri poſſit, poſtquàm nunciatũ fuit? n. 104.

Vtrum, quando cauſa in nunciatione allegatur, ſpecialis deducenda ſit, vel ſufficiat generalis? nu. 118.

Vtrum nuncians ſemper cauſæ adijcere debeat, quia poſſideat? nume. 132.

Vtrum Nunciatione facta allegatæ cauſæ veritas ſit in iudicio omninò probanda? Et ibi plenè quot modis contingere poſſit, vt de cauſa nunciationis in iudicio tractetur? numero 175.

Vtrum Cauſa in nunciatione dicta, in proſecutione mutari poſſit? Vbi de mutatione, ſeu emendatione libelli copiosè plura deducuntur, & in ſeq. q. nu. 214.

Vtrum Qualitas cauſæ iam deductæ poſtmodum in iudicio mutari poſſit? nu. 252.

Vtrum Ceſſionarius denuncians debitori ceſſo, ne primo creditori ſoluat; in denunciatione hac ſpontè cauſam dicere debeat, & inſtrumentum ceſſionis oſtendere, vel copiam, vel authenticum exhibere? nu. 273. cum multis alijs in materia hac admodum frequentib. vſq; ad finem.

QVÆSTIONVM PVBLICE TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 *IN exordiendis libris quæ tractari ſoleant.*
2 *Inuocatio Diuini Nominis in hac rub. deeſt in Pand. Florentinis.*
3 *Rub. hæc communiter diuiditur ſecundum Bartolum.*
4 *Rubr. munus eſt oſtendere ſubiectum tituli.*
5 *Nomina librorum magiſtralia ſunt ad placitum.*
6 *Nomina appellatiua per ſe ſubſtantiam rei non demonſtrant.*
7 *Etymologiæ verborum variæ ſunt.*
8 *Forma non eſt omne ſine quo res eſſe non poteſt & quo ſubducto res pereat.*
9 *Forma non ſumitur ab indiuiduis.*
10 *Ordo tractatus eſt de forma librorum.*
11 *Materia Digeſtorum fuerunt ueteres leges.*
12 *Verba illa in hac rub. iuris enucleati, materiã & formã oſtendunt.*
13 *Iuſtinianus & Compilatores fuerunt Chriſtiani.*
14 *Iudæus an poſſit promoueri ad dignitatem?*
15 *Iuriſconſulti de quibus in Pand. fuerunt Etnici.*
16 *Iuriſconſultorum ante Cæſares nulla extant reſponſa in Pandectis.*

17 Chriſtiani tempore Iuriſconſultorum pro Iudæis reputabantur.
18 L.Generaliter.§.fi.de Decurion. declaratur.
19 L.Ticia.§.fi.de aur. & arg. leg.
20 Nomen diuinum inuocandum omnino eſt.
22 Inuocatio diuini nominis, an ſit de ſubſtantia inſtrumentorum? latè.
22 Communis opinio quòd non ſit, & qui pro ea.
23 Qui pro contraria.
24 Negans diuinum nomen in omnibus inuocandum poteſt de hæreſi eſſe ſuſpectus.
25 Inuocatio hac ſit in multis exemplis.
26 Imperatiuus modus denotat neceſſitatem.
27 Etnicorum ſententiæ de diuina inuocatione.
28 Inuocatio diuini nominis omnibus eſt neceſſaria.
29 Inuocatio hæc in ſententijs definitiuis eſt facienda.
30 Notarij ſunt iudices ordinarij ſeu Cartularij.
31 Inſtrumenta cum guarentigia ſunt loco ſententiæ, & paratam habent executionem. & nu.172.
32 Fallit ſi Notarius non eſſet iudex ordinarius.
33 In ſententia plures requiruntur ſolennitates, quàm in inſtrumentis.
34 Inuocatio in ſententia quare ſit neceſſaria.
35 Sententia facit debitum de indebito &c.
36 Notarius habet iuriſdictionem habitu, & exercet in volentes.
37 Guarentigia habet vim præcepti in confeſſum.
38 Præceptum etiam in confeſſum eſt interlocutoria non definitiua.
39 Guarentigia an habeat vim definitiuæ, vel interlocutoriæ?
40 Mox, dictio, ideſt confeſtim, ſine interuallo.
41 Iudæus cogitur iurare per Deum.
42 Indictio intelligitur ab annis Domini.
43 Indictio quid ſit, & vnde habuerit originem, remiſſiuè.
44 Auth. vt præp. non Imperat. exponitur.
45 Indictio ſumitur de menſe Septembris.
46 Iuſtinianus quo tempore fuit ad Imperium aſſumptus.
47 Deo, Imperatores, & omnia ſubijciuntur.
48 Spurij deputati ad ſeruitium eccleſiæ legitimantur.
49 Delinquens qui amplectatur ſacerdotem portantem Sacramentum non poteſt capi.
50 Argumentum à maiori non procedit in his quæ ſunt de forma.

Anni

51 *Anni Domini ſi omittantur inualidatur inſtrumentum.*
52 *Nomen Imperatoris quare apponendum in inſtrumentis.*
53 *Aſſerens formam probare debet.*
54 *Forma poteſt ex tacito conſenſu induci.*
55 *Signum Crucis omiſſum in inuentario illud non vitiat. & numero. 59.*
56 *Communis opinio probatur teſtimonio Doctorum.*
57 *Inuocatio diuini nominis maior eſt ſigno Crucis.*
58 *Signum Crucis fuit ab antiquis obſeruatum.*
59 *L.fi.§.1.C. de iur.delib.*
60 *Signum Crucis quando, & quomodo n inuentario ſit de forma?*
61 *Solemnitas modica omiſſa an vitiet?*
62 *L.1.§.fi.de vent. inſpic.*
63 *Sed, dictio ſui natura eſt aduerſatiua.*
64 *Modici omiſſio in ſubſtantialibus nocet.*
65 *Inuocatio diuina an ſit modicum in inſtrumentis?*
66 *Solennitas modica quæ ſit. & nu.68*
67 *Inuocatio in inſtrumento non facit ad fidem illius.*
69 *Subſtantialia alia ſunt negocij alia inſtrumenti.*
70 *Doctoratui, non nocet omiſſio libri, anuli vel oſculi.*
71 *Modicum ſi omnino ſeruari debet eſt maximum.*
72 *Forma non ſit niſi actus annulletur ſine ea.*
73 *Annullatio actus pro ſe eſt pęna.*
74 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*
75 *Conditio facit formam.*
76 *Solennitatum cumulus fugiendus eſt.*
77 *Contrahentes non tenentur Notarium rogare, vt inuocationem diuinam faciat.*
78 *Signum Crucis regulariter non eſt de forma.*
79 *Inſtrumentum ſolum conficitur ad fidem faciendam.*
80 *Forma conuertitur cum re ipſa, & quid ſit?*
81 *Benedictio Paterna omiſſa in doctoratu, non uitiat inſignium traditionem.*
82 *Statuto dictante quòd Conſilium coadunetur ad ſonum Campanæ, & deliberationes fiant facta propoſita per Priorem, quod reperitur factum ſine hac forma ſubſtinetur.*
83 *Formæ non licet priuata authoritate addere uel aliquid de ea diminuere.*

84 Inſtrumentum ſine inuocatione caret aliqua perfectione.
85 Inuocatio an per conſuetudinem facta ſit de forma inſtrumentorum? Communis quòd ſic.
86 Forma induci poteſt per conſuetudinem.
87 Conſuetudo, vt inducatur requirit ſcientiam et conſenſum vtentium.
88 Verba ſolita apponi in inſtrumentis fiunt de ſubſtantia illorum.
89 Inſtrumenta quæ non ſunt ſecundum ſolitam formam habent ſuſpitionem falſitatis..
90 Dictio, omnibus modis, & omnino, ſunt præciſæ ſignificationis, & important formam.
91 Idem de dictione, omnimodo.
92 Item habent vim clauſulæ Decreti.
93 Anni Domini de conſuetudine apponuntur in inſtrumentis.
94 Conſuetudo anni reduci debeat per actus iudiciarios? Communis quòd non.
95 Conſuetudo non plus poteſt, quàm lex vel ſtatutum.
96 Conſuetudo quid ſit per definitionem.
97 Notarius qui ſemper in inſtrumentis omitteret diuinam inuocationem fieret ſuſpectus de hæreſi.
98 Notarius qui in contemptum religionis omitteret inuocationem in inſtrumentis, non nocet partibus.
99 Contrahentes qui in contemptum prohibent Notarium inuocare, ſunt priuandi commodo inſtrumenti.
100 Communis opinio, quòd per conſuetudinem inuocatio ſit de forma quomodo defendenda ſit.
101 Notarius Chriſtianus inter Iudæos, an poſſit inuocare nomen Chriſtianum. 136.
102 Iudæus non poteſt eſſe notarius.
103 Et quid inter ipſos met Iudæos?
104 Nec poteſt eſſe Notarius inferioris iudicis à Papa uel Principe.
105 Notarius Papę uel Principis eſt in aliqua dignitate.
106 Iudęus non poteſt conducere Gabellas, & ſi conduxerit, ipſe non poteſt exigere.
107 Iudæi interdum excommunicantur.
108 Publicum dicitur quaſi Populicum.
109 Iudęi ſunt ſerui Chriſtianorum.
110 Iudęi non compręhenduntur ſub ſtatuto de ciuibus.
111 Infames non facilè admittuntur ad Notariatum.

112 Notarius cum quis efficitur iurare debet abſtinere ab illicitis contractibus.
113 Iudæi tutores eſſe non poſſunt.
114 Iudæi an participes ſint Iuris Ciu. Romanorum.
115 Iudæi an inter ſe capaces ſint dignitatum?
116 Iudæi inter ſe non poſſunt inuocare nomen Chriſti in ſcripturis.
117 Filius incontinentis præſumitur incontinens.
118 Iudæi ſunt peiores cæteris infidelibus.
119 Iudæus tranſiens ad ſectam ſeracenorum non punitur.
120 Iudæi condemnandi ſunt ſolum ob præſumptum contemptum noſtræ Religionis.
121 Iudæus iurans per Chriſtum punitur, & compellitur ſtare iuramento.nu.146.
122 Inuocatio nominis Chriſti facta à Iudæo in inſtrumento, an noceat contrahentibus? quod ſic & nu. 128.
123 Notarij error in non ſubſtantialib. non nocet contrahentibus.
124 Inſtrumentum eſt quid ſeparatum a contractu.
125 Renuncians inſtrumento non renunciat contractui.
126 Inſtrumento vitiato non vitiatur contractus.
127 Statutum quod de inſtrumentis ſoluatur gabella non procedit in contractu celebrato ſine inſtrumento.
128 Pretium rei eccleſiæ emptæ malafide inter pauperes eſt diuidendum.
129 Iudæorum cauſæ de rigore iudicantur.
Iudæi an poſſint præſcribere rem Chriſtianorum.
130 Notarius eſt depoſitarius noſtrarum conuentionum.
131 Superflua vitioſa nocent.nu.176.
132 Inſtrumenta continentia aliquid præter conſuetudinem ſuſpecta ſunt.
133 Iudæus poteſt dicere, in Dei nomine.
134 Iuramentum præſtandum eſt à quolibet per ſuum numen.
135 Iudæus qui ſcripſit in Dei nomine, &c. an intelligatur dixiſſe, &c. in ludibrium Chriſtianorum?
137 Signum Crucis, & nomen Ieſu, Iudæis moleſtum eſt.
138 An Chriſtianus poſsit inuocare nomen Chriſti inter Iudæos?
139 Conſtantinus fuit primus Imperator Chriſtianus.
140 Inuocatio in hac rub. cur facta ſit?
141 Argumentum à comparatis eſt probabile.
142 Solennitates inſtrumentorum ſpectant ad Notarium.

143 *Conſuetudo iudicantis in ſententiis ſeruanda eſt.*

144 *Argumentum de loco ad perſonam, & econtra.*

145 *Inſtrumenta debent ſcribi ſecundum conſuetudinem locorum in quib. conſcribuntur.*

147 *Iudæi dicuntur de ouibus Chriſti, & de eccleſia militanti, potentia non actu.*

148 *Iuſſus eligere fidelem & deuotum eccleſiæ non poteſt eligere Iudæum.*

149 *Notarius eſt quaſi teſtis.*

150 *Teſtis cogitur iurare per ſuos Deos.*

151 *Iurare eſt actus latriæ.*

152 *Iurandum eſt ob neceſſitatem.*

153 *Iuſiurandum quid ſit.*

154 *Notarius cenſetur rogatus de clauſulis conſuetis.*

155 *Iudæi quod ius ſeruent in matrimonijs?*

156 *Quod ſpecialiter nõ reperitur prohibitum, an intelligatur permiſſum? & quid in ſolennitatibus?*

157 *Inſtrumenta ſunt danda ijs quorum intereſt.*

158 *Inſtrumenti exemplum non eſt dandum Iudæis contrahentibus cum inuocatione Chriſti.*

159 *Exemplum ſatis eſt ſi ſubſtantialia contineat.*

160 *Exemplum ſine die ſuppletur ex prothocollo.*

161 *Exemplatio fieri debet de verbo ad verbum.*

162 *Inuocatio diuina cur fieri debeat? & an Iudæi ſint illius vtilitatis participes?*

163 *Pro Iudæis orandum eſt.*

164 *Iudæi ſunt fouendi, ratione humanitatis, & in eorum neceſſitatibus eſt eis auxiliandum.*

165 *Et ſunt per beneficia ad fidem alliciendi.*

166 *Verba proferenda ſunt apta ſenſui, & menti audientium.*

167 *Excommunicati & publici peccatores deterioris ſunt conditionis quã Iudæi.*

168 *Sententia concipi poteſt in numero plurali.*

169 *Chriſtus eſt Deus omnium quæ ſunt.*

170 *Inſtrumenta concipi poſſunt in perſona contrahentium quaſi ipſi loquantur.*

171 *Inſtrumentum eſt ad ſimilitudinem ſententiæ.*

173 *In expreſſione nominis, Ieſu, ab omnibus genua flectenda ſunt.*

174 *Nomen Dei exponi poteſt, ideſt ipſe Saluator Chriſtus.*

175 *Si Chriſtianus Notarius non debet inter Iudæos inuocare nomen Chriſti, & inuocet, an inſtrumentum ſit nullum? Communis quòd non.*
176 *Superflua non nocere quomodo intelligendum?*
177 *Conſuetudo excuſat à pœna.*
178 *Idem communis opinio.*
179 *Signum Notarij, an in inſtrumento omiſſum vitiet, remiſſiuè.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

QVAMQVAM ex patrij Gymnaſij aliorumq; nonnullorum inſtituto annus iſte præbere ſolet Iuris Ciuil. Interpretibus veſpertinis horis acquirendæ, amittendæve poſſeſſionis materiam: ego tamen cum veteri huius ſcholæ conſuetudine ductus, tum vobis (Humaniſſimi Auditores) quantum in me erit gratificādi gratia, quos vehementer interpretationem tituli de noui operis nunciatione appetere intellexi; illam nunc aggredior, qua in re, quantos profectus veſtros futuros cupiam, iam pridem vobis haud vulgare teſtimonium exhibui, cum εἰσαγωγὴν illam huic veſtræ ſcholæ dedicauerim ad integram materiam earum quæ in hoc titulo tractantur nunciationum. In qua quidem omni qua potui cura ac diligentia nixus ſum cuncta quæ ad plenam huiuſce materiæ intelligentiam videbantur neceſſaria nouem capitibus dilucidè diſtribuere, & ſenſui, ni fallor, legum latorum inhærens, & à verbis eorundem parum diſcedens, miſſam verò feci ſubtilem omnē diſputationem; etenim arbitratus ſum, ſi ea ſimplici ac leui via, ſingula quæ ad rem præſentem ſpectabant, abſoluerentur, nos facilius tunc ad exactam intelligentiam earum quæ hoc titulo continentur diſputationum peruenturos. Capio igitur Rubr. de noui operis nun. in qua omiſſis Neotericorum præludijs vtpote, quia tunc iam explicata fuerint, recta via ad Bartoli Commentaria deuenio, tum vt meū proſequar inſtitutum (ſcitis enim me libentius ab eo quàm à quolibet alio Interprete pendere) tum quia hic Iaſ. & cæteri, qui frequentius præ manibus habentur, eum potius, quàm Glo. ſequuntur. Is primo ſe excuſatum facit, cur non ea tractet quæ
1 conſueuerunt tractari in exordiendis libris, videlicet, † quæ ſit materia, ſeu ſubiectum libri, quæ intentio Authoris, qui finis ſeu vtilitas, & cui parti Philoſophiæ ſupponatur. Addendū

eſt ex Azone in ſumma Cod. in princ. quod ſit nomen libri, & quæ nominis illius ratio. Quod quidem Bar. hic poſuit in calce Rubr. item addẽda eſt diuiſio operis, quæ aliàs dici ſolet forma Tractatus, & eſt perquàm vtilis, qua vſus eſt Iuſtinianus Imperator in l. 2. C. de vet. iu. enucl. ad omne volumẽ Digeſtorum, & in proœm. Inſt. ad illud tantum. Iure tamen Bar. in hoc loco præterijt iſta, vt per eum, & dicemus infra. Similem eiuſdem excuſationem habuiſtis anno præterito ad primam rubr. D. Infort. ſolu. matr. quemad. dos pet. In hac rubr. procedit Bar. diuidẽdo, ponendo caſum, notando, opponendo, inquirendo, & declaran-
2 do glo. in oppoſitionibus, vt ſui moris eſt; † Veruntamen monẽdum cenſeo in quibuſdam Cod. deeſſe inuocationem diuini nominis, quippe, quia poſita ante primum titulum D. ſemper cenſeatur reperta, & in principio ſingulorum librorum & titulorũ omnium, vt bonum quemlibet Chriſtianum decet. In Pandectis autem Florentinis (quas ego in omnibus ſemper libentius ſequar) ſolum legitur, liber xxxix. de noui operi nunc. illa quidẽ verba, liber xxxix. important numerum præſentis libri ordinatum ab omnibus antecedentibus, reliqua verò inſcriptionem primi huius tractatus. Hanc literam ſi ſequeremur, ceſſarent multæ difficultates, & extraneæ quæſtiones, quas hic omnes ſcribẽtes ad nauſeam vſque congerunt, ſed excuſabor ſi cum pluribus & magis probatis errauero. Talem igitur qualem habebat Bart.
3 rubr. diuidit † in quinque partes, cum quo communiter * tran-
* ſeunt cęteri, vt Ruy. teſtatur: reprehenditur tamen à quibuſdã, ut per Soc. Iun. & latè Petrump. Par. hic, quia non quinque, ſed quatuor, vel potius tres ſint partes. Nam omnes illi genitiui, Domini Iuſtin. &c. videntur facere vnam tantum, quia regulantur omnes ab vno verbo explicit, & incipit, ita Butr. et Salyc. in Proœm. Cod. cum Alex. & Socin. hic, & Imo. de verbo. obliga. in rubr. Nos; quia res ſit modici momenti, breuiter dicendum putamus, tres hic eſſe rubr. vnam generalem ad totum volumẽ, non continentem materiam vel quicquam ex eo, ſed ſolum inuocationem Diuini Nominis. Alteram particularem ad librum hunc denotantem numerum tantum libri ordine ducto ab integro volumine Digeſtorum. Tertiam ſingularem ad præſentem
4 tractatum, demonſtrantem eius ſubiectum, † quod eſt proprium rubricæ munus. Patet ex dictione, De, ſecundum ea, quæ diximus, poſt Interpretes ad rubr. ſi cer. pet. & ſic ceſſabunt multa

quæ hic nouiſſimi tum ad oppugnationem, tum ad defenſam
congerunt, pręſertim Paris.vt arbitror potius ad acumen inge-
nij oſtendendum, quàm ꝙ crediderint, vel neceſſaria eſſe, vel vti-
litatem aliquam præſeferre. Pręterea circa diuiſionem hanc re-
præhendis Iaſ.Bartolum, dum vult in quarta parte cõtineri cau-
ſam formalem: in ea ſolum legitur, incipit liber xxxix. Nam (in-
quit ipſe) quòd iſte ſit liber Digeſtorum, & numerus ex ordine
antecedentium, ad formam non ſpectat: forma enim eſt, quæ
dat eſſe rei, l.Iulianus § & ſi quis.ad exhib.l. adeo §. inſulam. de
acquir.rer.dom. adducit eundem Barto.in rubr. de iuſt. & iu.ſed
ibi ex illis verbis D.ſeu Pandectar. liber primus duas facit par-
tes, hic verò vnam. Bene infert Iaſ.quòd cum hæc pars ſolum cõ-
tineat nomen libri, non poteſt ſpectare ad formam, nam nomi-
5 na † librorum quaſi magiſtralia ſunt ad placitum, vt per glo. &
DD.in rub.ſolu.matr.idem dicerem ſi eſſet nomẽ appellatiuum,
6 nam neque † hoc ſemper importat ſubſtantiam, & poſſet muta-
ri, tamẽ res ipſa nunquam mutaretur.l. Labeo.de ſup. leg. quic-
quid in contrarium hic ponderent quidam nimis ſubtilizantes.
ſi enim nomina integram formam, & propriam oſtenderẽt, vti-
que non egeremus definitionibus; cum tamen ſecus ſit, vt patet
in nomine teſtamenti, in prin. Inſtit. de teſt.& in eius definitio-
ne.l.1.ff.eo.tit.Itẽ in dictione, homo, quæ ſolum habet ex ſe, vt ex
humo ſit, de quo in definitione, vel in formali cauſa nihil: & nos
7 aliàs in d.princ. † Inſtit. de teſt. (ſi bene ſum memor) demonſtra-
uimus, appellatiua omniaque alia nomina, quàm varias habeãt
origines, & eorum etymologiæ, ſeu, vt tradidit Cicero in Topi-
cis, veriloquia, quàm diuerſa ſint, præſertim in iure, de quo la-
tè polliceor me hoc anno tractaturum in l.j.de acquir. poſſeſ.oĩq;
tamen admitto nomen Digeſt. ſeu Pandect. eſſe appellatiuum,
nec forte Bar.admitteret, quãtum colligere valeo ex his, quę cũ
generaliter de nominibus librorum, tum ſingulariter de nomi-
ne Infortiatum, dixit in rubr. ſol.mat.vbi cęteri ſcrib.ad quæ me
remitto. Itaque ex ſolo nomine Digeſtorum, ſeu Pandect.non o-
ſtenditur forma. Nunquid forte ex illis, liber xxxix? Conatur
Ruyn.docere oſtendi, quia ſi adimeretur ex hoc libro iſte nume-
rus, non eſſet amplius ille liber Iuſtin.ex hoc volumine quinqua-
8 ginta librorum. Errauit Ruy.primò, quia credidit omne † illud
eſſe de ſubſtantia formali ſine quo res eſſe non poteſt, & quo
ſubtracto, res quoque ſubtrahatur, nam talis etiam eſt materia

talia

talia ſunt in actu omnia accidentia propria & cętera rem neceſ-
9 ſariò concomitantia. Deinde in quantum credidit formam † pen
dere ab indiuiduo hoc, quòd ſit ex quinquaginta libris Pādect.
Iuſtin. liber trigeſimus nonus, nam ſi ita eſſet, ſubſtantia rerum
ponderanda, quodcunque etiam commune accidens eſſet de for
ma, quia verum eſt, eo mutato non eſſe quod antea erat, & ſic li-
ceret dicere ægrotationem in Titio eſſe, de forma, quia nō ſit am
plius Titius ſanus qui antea & è contra. Neq; forma libri ex eo
ſumenda eſt, ꝙ ſit Iuſtiniani nō alterius. quis enim diceret libros
Ariſtotelis non eoſdem eſſe, ſi fortè non ipſius ſed Platonis fuiſ
10 ſent? Et quamuis forte in libris ordo † tractatus videri poſſit de
forma, puta ſi conſiderabimus rerū coniunctiones, vnde nō im-
propriè dicemus libros Pandectarum eſſe Iuſtiniani non Iuriſ-
conſultorum, namque ipſe dedit formam, tamen hæc coniun-
ctio rerum non eſt in ſolo numero illo xxxix. Quam ob rē alia
ratione poterimus defendere Barto. quòd illam coniunctionem
rerum expreſſerit, quam habet omnes libri Digeſt. vt in d.l.2.C.
de vete. iu. enucl. quam indicat, non tamen per ſe continet nu-
merus iſte xxxix. & ſic aliquo modo videtur ſpectare ad formā
illa quarta pars, quamuis de forma non ſit. Opponit etiam Ruy.
contra tertiā partē huius diuiſionis, quæ eſt ibi, iuris enucl. &c.
in qua Bar. vult contineri materiam quandam; quinimo, inquit
continetur intentio Authoris, quæ eſt enucleare. Quidam con-
tra arguunt, quia ad oſtēdendam intentionem debuiſſet dicere
potius iuris enucleandi, quam enucleati, quod nec etiam fuiſſet
bene conceptū, cū iam triginta, & octo libri enucleati ſint. Ad-
mittunt tamen hanc oppoſitionem Ruy. fieri potuiſſe in princi-
pio Digeſtorum, quandoquidem tunc omnia erant enuclean-
11 da. Et ideo Gloſ. ibi benè ſentijt dum voluit materiam † Dige-
ſtorum fuiſſe veterum Iuriſconſultorum leges, potius quam
earum enucleationem. Cæterum fieri poteſt, vt illis verbis iuris
enucleati, in quantum referunt enucleationis effectum, ſiue iam
conſumatum, ſiue in eſſe deducendum, ſiue nondum perfectū
12 oſtendatur intentio Authoris. Ego autem arbitror † Bartolum
non in dictione, enucleati, voluiſſe contineri materiam, ſed in
nomine Iuris, quod primas obtinet partes; Nam eſſe enuclea-
tum, ſeu collectum pertinet potius ad formam, quæ in libris pē-
det ab intentione componentis; Et ideo credidit Ruy. in hoc po
tius ad intentionē ſpectare. Ergo vtrunq; verum erit in ea parte
conti-

contineri & materiam quandam & intentionem, ſeu aliquid de forma. Et ita conſonat cum Gloſ. in d. rub. prima Digeſtorum. Iuxta diuiſionem dictam Bar. figurat caſum ad ſingulas partes in modum inquirendi. Dicta Bar. ferè verbotenus ab Alex. referuntur, nos aliter non inſiſtemus: ſunt enim modici momenti. Not. Bar. ex hac rub. duo. Primum ex prima parte, Nomen Domini eſſe inuocandum. Secundum, variam eſſe naturam Genitiui caſus, namque modo materiam denotat, modo formam, modo cauſam efficientem: ſed quia vtrunque declarat per oppoſitiones, veniamus ad eas. Opponit primo circa inuocationem Diuini Nominis, quòd ea inter Etnicos, quales fuerunt Iuriſconſulti antiqui fieri non debuerit. ſoluit, & infert vt per eum. DD. hic latiſſimè tractant de inuocatione hac, & multum in hoc ſe diffundunt. Nos aliqua explicabimus, quæ videbuntur vtiliora. Sed cũ abſque Dei Opt. Max. gratia nec valeamus quicquam ex nobis excogitare, vt inquit Diuus Paulus, Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Matris perpetuo Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum prius nominibus inuocatis, de Diuini Nominis inuocatione tractare aggredior. Colligo igitur ex dictis Barto. in hac prima opp.
13 primoque notabili quatuor. primum † Iuſtinianum, & compilatores fuiſſe Chriſtianos. De quo nec ambigendum eſt, tum ob inuocationem quam hic faciunt, & pluribus aliis in locis, tum ob multas eiuſdem Imperatoris Catholicas conſtitutiones, quę paſſim tam in Cod. quam in Auth. leguntur. Non autem hoc probatur, vt quidam putant ob conſtitutionem Innocentij III. in c. venerabilem. de elect. & Clementis V. in Clem. Romani de iure iur. in quibus probatur paganum, vel hæreticum; vel etiam excommunicatum non poſſe eligi ad Imperium, & ideo requiri cõfirmationem Sum. Pontificis, & quod electus iuret Catholicæ fidei profeſſionem, vt in d. Clem. Romani. Etenim hæc diu poſt Imperatorem Iuſtinianum fuerunt ſtatuta, quia contingebat interdum eligi aliquos non probatæ ſectæ, quod non erat ferendũ, vt ibidem dicitur. Quæ hic cumulat Crot. & latè Pariſ. an Iu-
14 dæus † poſſit promoueri ad aliquam dignitatem, vel iuriſdictionem; & an poſſit eſſe tutor, vel Iudæi; vel Chriſtiani, & quid de eo qui nuper fuit baptizatus, & alia ſimilia vtilitatem aliquã cõtinent. ſed videntur nimis a re noſtra aliena, tam de nunciatione noui operis, quàm de inuocatione Diuini Nominis, quæ in præ-
15 ſenti ſola agitur. Colligo ſecundo, Etnicos † fuiſſe Iuriſconſultos antiquos,

antiquos, eos videlicet quibus ll. Digeſtorũ adſcribuntur. Quod verum eſt, non autem ea probatur ratione, qua mouetur Barto. & plerique alij aſſentiuntur: quia fuerint ante Cæſarem per l. 2. de
16 orig. iur. † Nam bene verum eſt multos fuiſſe ante Cæſarem Iuriſperitos, ſed eorum nulla extant reſponſa in corpore iuris recepta, ſolum de his frequens habetur mentio, vt facilè conſtat ex eademmet l. 2. Quinimo omnia ferè reſponſa, ex quibus quinquaginta hi libri compilati ſunt nedum fuerunt Iuriſconſultorũ poſt Cęſarem, ſed imò poſt Hadrianum, qui fuit decimusquintus Imperator à Iulio Cęſare: at Chriſtus paſſus fuit ſub Tiberio, vt & ſacri ſcriptores meminerunt, & expreſsè Tacitus lib. xv. ergo fuerunt hi omnes Iuriſcõſulti eo quidem tempore quo iam extabat ſacroſancta fides noſtra, ſed in primis exordiis, nondum verò recepta à principib. quinimo grauiſſimis ab his affecta ſuppliciis, per controuerſias mirum accipiebat incrementum, ſub Nerone Domitiano cæteriſque aſperrimis perſecutoribus. Quæ nec erat adhuc nota prudentibus, ſed tantum reuelata paruulis. Illi verò
17 quæ inter † Chriſtianos & Iudæos, à quibus Chriſtiani originẽ atque principium ducebant, eſſet differentia ignorabant; Vnde
18 Iudaicam † ſuperſtitionem, fidem noſtram appellat Vlp. in l. generaliter. §. fi. de decur. qui tex. non de Iudæis, ſed de Chriſtianis intelligendus eſt, prout illum ſaniori ſenſu interpretatur Alc. lib. diſp. 3. c. 8. & in tit. de Decur. C. lib. x. ex his etiam apparet erraſſe
19 Gloſ. † in l. Titia. §. fi. de au. & arg. leg. quæ voluit Iuriſconſultos fuiſſe ante noſtram fidem. Nec tamen ille tex. loquens de ſigno Dei, eſt intelligendus de ſigno Crucis, ſed de ſimulacro ſeu ſtatua Dei illius, cui dedicatæ erant ædes ſacræ. Hunc errorem Bartoli comprehendit Caſt. hic, & quidam alij, qui tamen haud explicauerunt quomodo res ſe ſe haberet, verum notæ ſunt hiſtoriæ parumq; in his à diligentioribus errari poteſt. Colligo ter
20 tio inuocandum † Diuinum nomen. Quatenus infertur ex hoc ad nullitatẽ, in contractus cuius initio non ſit nomen Domini inuocatum, habet aliquam controuerſiam, quód cum omnibus aliis tractabimus & nos. Duo hic ſunt facienda capita, alterum quid iuris circunſcripta omni conſuetudine? Alterum, quid ſtante cõſuetudine vt apponatur? quæ hodie ferè extat vbique. ſunt tamen
* qui teſtantur Piſtorij non extare. * Quantum † ad primum varij
21 ſunt DD. quidam enim credunt non eſſe de ſubſtantia, vt ea o-
* miſſa inſtrumentum reddatur nullum; & hæc eſt * communis,

vt

vt teſtatur Ruy. hic nume.3. Nicon. nume.103. Crot. num.15. Soz. nume. 3. Pariſ. nume. quadrageſimoſecundo Dec. in cap. primo. de fid. inſtrum. nume. ſexto Cag. in Procem. Digeſtorum in pr. nume.16. Rip. in cap. primo. de cau. poſſ.& propr. nume.2. Gramm. in Deciſ. 106. nume.10. Did. Couar. pract. quæſt. 20. nume. 5. Eman. Soarez. rec. ſent. in verb. inſtrumentum. nume. 114. Pro qua tenuerunt hic Im. Alex. Ruy. Nicon. Bal. in procem. C. in l. iuriſgent. §. quòd ferè. de pact. ubi etiam Caſtren. & Alex. Barto. in l. ſiquis ex argentarijs. §. ſi initium. in repet. de eden. Verum Alexan. hic negat eam lecturam eſſe Bartoli, ſed uult eſſe cuiuſdam Doctoris Peruſ. Quem hic nominat Alexandrum a cognomine, ut arbitror, nam idem in d. §. Quod ferè appellat Nicolaum Alexandrum. Cuiuſcunque ſit, eſt ſanè ſatis bona repetitio, & expreſsè pro hac parte tenet, pro qua etiam eſt Ioan. de Platea in l. generali. C. de tab. lib. decimo Soz. Conſi. ſecundo lib.3. Abb. Fely. & Dec. in cap. primo. de fid. inſtrumentorum. Bal. & Caſt. in d. l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. de pact. Firm. in ſuo rep. in uerbo, inuocatio omiſſa. qui ſe ipſum allegat in tract. de Epiſc. lib.3. ubi loquitur. in part. prima nume. 67. de inſtrumento celebrato cum Iudæo: in reliquis potius uidetur ſentire in contrarium. Pro qua contraria parte allegantur Gloſſ. in Auth. ut præpon. nom. Imp. in uerbo, authore. Bartolus hic Lud. Tom. Iaſ. Crot. Ioan. And. & Abb. in cap. in nomine Domini. de teſtibus. Andreas Sic. in d. ca. primo. de fid. inſtrumentorum. Domin. poſt Gloſſ. in cap. in nom. Domini. 23. diſtinct. & in cap. præter hæc. 32. diſtinct. Fulg. in procem. C. Ang. in procem. Inſtitut. ibi autem Ioan. Fab. ſentit cum Spec. in titu. de inſtrum. edit. §. breuiter. uerſic. ante omnia. ubi etiam Ioan. Andr. in add. qui volunt in ſcripturis perpetuæ memoriæ eſſe apponendam inuocationem hanc, non autem eſſe neceſſariam in temporaneis, quæ minoris ſunt præiudicii. Hæc diſtinctio non uidetur ſeparata ab hac poſteriori opin. quæ ſolum notat caſum quando perpetua ſcriptura futura non ſit, ubi æquitas ſuadeat ex omiſſione huius ſolemnitatis non eſſe actum nullum. Eſt tamen aduertendum, quia multi ex ſupra adductis pro hac parte non dicunt ſpecifice inuocationem eſſe de forma, vt omiſſa vitiet, ſed ſolum eſſe faciendam in omnibus negotijs. Sanè poteſt intelligi, ut ſufficiat ſi animo fiat, vel etiam verbis, licèt non deſcribatur,

ſcribatur, & ita mihi uidentur loqui Gloſſ. Bartolus. Abb. Iaſ. & pleriquc alij qui pro hac parte notantur: Quod dixiſſe volui, vt intelligatis quoſdam in hac quæſtione allegari contrarios, qui tamen (cum facilè concilientur,) contrarij non ſunt.

24 Quinimo qui † negaret diuinum nomen in omnibus inuocandum, vererer, nè vt hæreticus accuſari, & condennari poſſet, quaſi cum ijs impijſſime ſentiret, qui negant, uel omnem Dei prouidentiam, uel non extendi ad ſingula. Nos autem qui cum ſanctiſſimis Romanæ eccleſiæ traditionibus Deum omnibus rebus ineſſe dicimus per eſſentiam, preſentiam, & potentiam, quantuncunque res minimæ ſint; optimum eſſe credimus ſupplices ipſum inuocare in omnibus, vt per gratiam quoque adſit. Ergo vtilitas huius quæſtionis non erit, vt doceamur, an Deus inuocandus ſit, quod nefarium eſſet in dubium redigere, ſed an non ritè dicatur inſtrumentum celebratum, in quo inuocatio hæc in ſcriptura non appareat: non quia non ægeat reprehenſione Notarius qui pijſſimam hanc rem omiſſerit, ſed an hoc officiat inſtrumento, quaſi quòd pietate Chriſtiana ſuadeatur, neceſſitate quoque Politica iubeatur. Pro affirmatiua parte, quæ primum occurrit ex Iaſ. allegantur multa iura ſimul, quorum exemplo probari videtur nihil aggrediendum abſque inuocatione hac, vt in Auth. de Arm. in primo.

25 † Magnum Deum & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum ſemper inuocantes, in Auth. de quæſtore. in princ. cum Dei auxilio ſemper omnem facimus prouidentiam. l. 2. C. de off. præf. Præt. Affr. in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad omnia conſilia omneſque actus ſemper per Deum progredimur. Similiter gratiæ redduntur Deo in pr. l. 1. eod. titu. in l. 1. & 2. de vet. iur. enucl. idem in confirmatione D. tam ad Tribonianum, quàm ad Senatum, & alibi ſæpiſſime. Sed vberius idem confirmatur in Canonicis ſanctionibus, vt in cap. in nomine Domini. de teſtibus vbi diximus notaſſe Ioan. Ant. & Abb. in ca. in nomine Domini 23. diſtinct. in cap. non licèt. 26. queſt. quinta. Omnia quæ facitis aut verbo, aut opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite gratias agentes Deo, &c. Ex quibus

26 verbis ſunt qui notant verbum, facite, imperatiue † prolatum, quòd importat neceſſitatem Gloſſ. in cap. quòd præcipitur. 13. quæſt. quinta. Card. in clem. exiui. §. item quia de verb. ſign. Bar.

in

in §.ſi uerò quis. Auth. ut null.iudic. & in cap. non obſeruetis.26. quæſt.7. in fine referuntur à Diuo Auguſtino verba Apoſtoli ad Corint. Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo uiuimus, mouemur, & ſumus, ſimiliter, vbi Chriſtus non eſt funda-
27 mentum, &c. cap. cum Paulus.1. quæſt.1. Et ut nos † qui uerum Deum colimus longè maiori affectu moueamur ad illum inuocandum, liceat dictum Platonis apponere in Thimeo, ubi uult in omnibus quantumuis exiguis à Deo auxilium implorandum. Et Cic. de natura Deorum lib. primo Numine Deorum omnia figuntur, mouentur, atque mutantur, & alibi Deorum prouidentia mundus adminiſtratur, ijdemque conſulunt rebus humanis, neque ſolum vniuerſis, verum etiam ſingulis, & de legibus lib. ſecundo. A Dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia, & alibi, omnium rerum à Dijs immortalibus principia ducuntur, & Demoſtenes ait, omnis ſerij dicti & facti principium à Dijs immortalibus maximè adijciendum eſt: Quæ omnia & alia multa quæ in eundem ſenſum colligi poſſent ad maiorem noſtram deſeruiant inſtitutionem.
28 Reſpon. neceſſariam † eſſe præſertim Chriſtianis diuini nominis inuocationem in omnibus, & ſingulis quæ geruntur: Quia Deo Opt. Max. prouidentia potentiaque ſua cuncta moderantur. Cæterum corde animoque facta ſufficit, eſt enim optimus perſcrutator cordium, magiſque pie concepta ac bene geſta reſpicit, quàm pompoſe dicta audiat. Sed & eandem quoque verbis exprimi bonum eſt, cum in omnibus Deo gloria reddenda ſit: Et hoc probant ſupra dicta, quæ utique neceſſitatem fori non arguunt, vt ille actus ſit nullus, in quo non ſit hæc uerbalis inuocatio. Nec eſſet difficile longè plura in contrarium afferre vtroque iure approbata, ubi inuocatio hæc non exprimitur, & tamen cum ſint Orthodoxorum Authorum, latere ſubintelligitur. Et ſi ſemper, quod de Deo mente concipitur in ſingulis eſſet explicandum, nimis impedirentur humana negocia, certum eſt enim nec unam uocem exprimi, nec quidem digitum moueri abſque Diuino Numine poſſe: Sed cauendum eſt, vt timidè & pauca de Deo dicamus, vt inquit Cic. pro lege Manilia. Secundo idem Iaſ. argumentatur,
29 quia in ſententijs † ſit facienda hæc inuocatio, per tex. in cap. verita-

veritatis. de dolo, & cont. vbi not. Abb. nume. vndecimo. Idem dicit Dom. in cap. præter hæc trigeſimaſecunda diſtinct. quem refert Fely. in cap. ſi ſcripturam. nume. ſecundo de fid. inſtrum. idem Bartolus in prima conſtitut. Cod. colum. prima, facit ad hoc tex. in cap. quàm ſit. decimaoctaua, quæſt. ſecunda. Quod in definitiuis ſententijs tantum procedere inquit Spec. de inſtrument. edit. §. nunc breuiter. colum. prima verſic. ante omnia Henric. Bot. in tract. de Synod. Epiſc. part. 3. nume. 3. Quod facit ad cognoſcendum quando ſententia ſit interlocutoria, vel definitiua. Confirmatur argumentatio hæc plurimum, quia
30 Notarij † qui ſcribunt inſtrumenta publica ſunt iudices ordinarij, & ius dicunt inter volentes, quos Iudices cartularios appellat Gloſſ. in l. prima. de iud. & notatur in l. rem non nouam. C. eod. titu. & in l. fin. C. vbi & apud quos in integrum reſtitut. Bal. in l. ſi fideiuſſor. nume. 3. C. de fidei. & ideo fit, vt eorum
31 inſtrumenta guarantigionata, † ſint loco ſententiæ, dum paratam habent executionem, vt ibidem per Bald. Idem Caſtren. Alexand. & alij in l. ait Prætor. §. ſi iudex. de re iudic. Soz. conſi. 40. colum. pen. lib. primo. vbi communem * dicit opin. eam au-
32 tem pulchre reſtringitur, niſi Notarius † eſſet iudex ordinarius propter ſup. dict. & ideo cauendum inquit in formandis articulis in foro, ſiquis virtute inſtrumenti guarantigionati ageret executiue. Poſſet ad argumentum de ſententia reſponderi in illa quoque inuocationem dictam pone, ut dici ſolet, ad bene eſſe, non neceſſario pro forma, nam Papienſ. in forma definitiuæ ſententiæ ſolum dicit bonum eſſe inuocari nomen Domini. Sed & ſi in ſententia huiuſmodi inuocatio eſſet de forma, tamen reſponderem non valère argumentationem de ea ad inſtrumenta in his quæ ſunt de ſolennitatibus: nam ſenten-
33 tia † plures & magis exquiſitas deſiderat ſolemnitates, quàm inſtrumentum, vt quòd legatur ab ipſo met iudice ſedente, de die, & ſimili. de quibus DD. in l. prima & ſecunda. C. de ſent. ex breu. recit. vt ponit Papien. in d. forma definit. ſent. per totum. Marant. de ord. iud. part. 6. in verſic. & demum fertur ſententia per totum. Vant. de null. in titu. de nullit. ex defectu proces. quæ quidem in inſtrumentis ceſſant, in quibus omnes ſolennitates requiri videntur ſolum ad maiorem probationem, & fidem. Sed in ſententia per paucæ ſunt ad fidem, pleræq; ad maieſtatem iudicia-

34 diciariam oſtendendam, inter quas † non immeritò forte dicemus connumerari inuocationem hanc, vt eo magis appareat authoritatem maieſtatem que illam à Deo pendere, vt in Deuteron. ca. 16. Iudices & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, & paulo poſt, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent, & illud Dauiticum Pſal. 71. Deus iudicium tuum Regi dà, & iuſtitiam tuam filio regis, & illud Pſal. 16. De vultu tuo iudicium meum prodeat. Rurſus eſt maior ratio in ſententia, quia agitur de maiori præiu-
35 dicio, namque ſententia † facit debitum de indebito, æquum de iniquo, album de nigro, verum de falſo not. in l. 1. de cond. indeb. l. ingennum. de ſtat. homin. l. 1. de re iud. l. res iudicata. de reg. iur. non mirum ſi de ea, ad caſum minoris rationis non poteſt fieri extenſio, argumēto notatorum in l. illud. ad l. Aquil. in l. à Titio. de verb. oblig. auth. quas actiones. de Sacr. ſanct. cap. fin. vbi Gloſſ. de elect. in ſexto. Nec obſtat, quòd augendæ argu-
36 mentationis gratia addidimus, quia Notarius, † habet iuriſdictionem habitu non actu, & eam exercet ſolum in volentes, vt per Bartol. & Bald. in d. l. prima. de iud. & in d. l. rem non nouam. C. eod. titul. Corn. conſi. 239. nume. ſecundo. & conſi. 259. nume. 7. lib. 3. Quapropter impropriè dicetur ſententia eius præceptum inter volentes, cum illa ſolemniter ſolum inter litigantes feratur. Præterea facilè vertitur ponderatio hæc in contrarium, nam inſtrumentum guarantigiatum ſi quam ha-
37 bet ſimilitudinem cum ſententia iſtud fit, quia guarantigia † habet vim præcepti in confeſſum Bartol. in l. 1. de confeſſis. & di-
38 cunt ſupracitati DD. ſed præceptum † iudicis etiam factum in confeſſum, dicitur interlocutoria potius quàm definitiua, ſe-
* cundum comm.* opin. vt teſtatur Marant. in dict. verſic. & demum fertur ſententia numero 28. qui plures citat, verum ſecundum ea quæ ſupradicta ſunt in interlocutorijs non requiritur inuocatio. In hac tamen ponderatione non inſiſto pro con
39 traria, quia dubium eſt an guarantigia † habeat vim definitiuæ vel interlocutoriæ de quo in dict. l. 1. de conf. Bartol. in l. vinum. ſi certum pet. Bart. & Alexan. in l. cum vnus. de bon. auth. iud. poſſ. Ang. in Auth. de hære. & Falcid. §. illud. cum ſim. quæ prætereo, quia ad rem præſentem parum ſpectant. Tertio allegatur text. in d. Auth. vt præponatur nomen Imperatoris, cum Gloſſ. in verſicul. Deo Authore. quæ inquit, puta in nomine

Domini , ideſt vt ita inchoetur inſtrumentum . Solet tamen hæc gloſ.allegari in contrarium,quia poſtea enumeratura , quæ neceſſariò requiruntur in inſtrumento omiſit inuocationem ; ſimiliter & text. in contrarium ponderatur , vt infra videbimus. Pro hac parte facit ille text.dum ait, in vulgaribus exemplaribus & inchoetur mox authore Deo,à præcedente prima indictione,ita quodammodo eis ſcribentibus.Imperij,&c.Quę verba videntur habere ſenſum,vt debeat in inſtrumentis apponi nomen Domini,poſtea indictio, quæ quaſi præmiſſionis gratia ſint, deinde ſubſequatur annus Imperij,& alia quæ ibi.Ponderatur pro parte dictio,illa , mox, quæ oſtendit nihil debere præcedere in-
40 uocatione dictam,nanque† de propria natura illius eſt, vt denotet confeſtim,& ſine interuallo. Gloſ.in cap. quapropter.de elec. cum multis concordantibus quos citat & ſequitur Tiraq. in l.ſi vnquam.in verbo reuertatur num.3.C.de reuo.don. Alex.reſpō. dupliciter,Primò,ibi agi de nomine Dei nō Chriſti.Nā etſi Chriſtus Deus ſit verus, & homo , vt in ſymbolo Athan. tamen in eo differimus à Iudæis ; in Deo autem nequaquam, & ideo certum eſt Notarium conficientem inſtrumentum inter Iudæos poſſe inchoare,in nomine Dei,ſed dubium eſt ſi diceret,Ieſu Chriſti, ne videretur in contemptum dictum. de quo infrà . Hinc etiam ſit,
41 Iudæi † compellantur iurare per Deum , ſecundum formam iuramenti illorum,quam ponit Spec.in titu.de iur.calum. §.reſtat. Hæc reſponſio non facit ad rem,nam quantum ad nos Chriſtianos nullam facimus differentiam deitatis, ſed vnum dicimus Deum Patrem Filium & Spiritum ſanctum , quia vt D. Ioan.inquit,ij tres vnum ſunt,& Diuus Athan.non tres Dij,ſed vnus eſt Deus , Ergo dum abſolutè quærimus de inuocatione Diuini hominis nihil refert an ſimpliciter dicatur,In nomine omnipotentis Dei, vel vna , ſeu plures ex tribus perſonis exprimantur. Et quamuis fortè vera ſint , quæ de Iudæorum contractibus, & iuramento dicta ſunt : tamen non faciunt ad rem , quia de hoc modò non agimus,ſed ſeparatim infra , & in eo errauit Alexan. quia confundit quæſtiones . Secundò reſpondet hanc eſſe ſolennitatem modicam, cuius proprium eſt, vt omiſſa non vitiet actum . Duæ hic inſurgunt difficultates, altera an verum ſit omiſſionem modicæ ſolennitatis non vitiare ? altera an hæc poſſit dici ſolennitas modica ? de vtraque erit agendum in argumentis pro contraria parte : interim tanquam nimis du-

bia, & perieuloſa ſolutio hæc tenenda non eſt. Tertio reſpondet Ruy. illa verba (Authore Deo) eſſe Imperatoris, qui ita inuocet Deum, vt ſui moris eſt in compluribus alijs locis, quaſi dicat, Authore Deo iubemus inchoari, &c. quæ ſolutio placet quibuſdam, mihi verò nequaquam, nam & ſi Dei auxilium ſit neceſſarium in omnibus; tamen non erat ibi Iuſtiniano confligendum cum Vandalis, vt in Affrica; neque cum Gothis: vt in Italia; neque erat tunc iterum renouaturus integrum ius ciuile, vt antea fecerat; nec etiam noua aliqua correctio proponebatur alicuius iuris antiqui, vt multoties aliàs. Quinimò, vt ibidem ipſe dicit, nec intendebat veterem formam inſtrumentorum immutare, ſed tantum demonſtrare ante indictionem diem & conſules, quomodo addendum nomen Imperatoris cum anno Imperij, quod iam antea iuſſerat obſeruari; Et ſic ſolùm intendebat exempli gratia concipere verba pro eo tempore in perſona ſui ipſius, quo ſic ſtante, non tantum vtique erat tunc Iuſtinianus opus exhibiturus, vt tantam inuocationem deſideraret; Et ſi cenſuit eam in re tam parua faciendam, vererer, nec liceret nobis hinc argumentari pro parte contraria, longè magis in inſtrumentis publicis, vbi res maior agitur. Re-
42 ſpondent Modern. Florent. † illud (Authore Deo,) referendum ad Indictionem, quæ erit authore Deo, hoc eſt, quæ deducetur à Natiuitate Domini, à qua Indictio ſumitur; hoc repræhendunt noſtri Senenſes, ſed fortè acrius quàm par ſit, cum hæc ſolutio cæteris ſit probabilior. Nam & ſi per tres annos ante Natiuitatem Domini inceperat indictio, tamen nos eam non aliter intelligimus, & colligimus, quàm ab annis Domini: vt docet Gloſſ. in cap. inter dilectos. in ver. indictionis. de fi.
43 inſtrum. & ibid. Fel. num. 11. Quid autem ſit, † & vnde habuerit originem hæc indictio ponit Spec. de fid. inſtrum. § primo, verſicul. poſt annos. nume. 5. Abb. in d. capitu. inter dilectos. nume. 13. & eſt gloſſ. ordin. in rubr. C. de indict. lib. 10. Elegantius Alc. lib. Parerg. 8. capitu. primo. Nec etiam eſt, cur debuerit hic Pariſ. opinari ſolutionem hanc, quæ originem habuit à Gloſſ. in dicta Auth. importare, vt Iuſtinianus eo tempore vixerit, quo prima vice indictio facta ſit: nimis enim inſulſa fuiſſet, & Glo. & quicunque iſta opinaretur, ſi quidem conſtat indictionem ab Auguſto fuiſſe inuentam ante Natiuitatem Chriſti, & Iu-

ſtinianum diù poſt Auguſtum natum, & paſſum Chriſtum imperaſſe: nihil igitur fuit cur ipſe in hoc refellendo diù perſiſteret. reliqua quæ opponit Sozin. modica ſunt: mihi autem duritiem aliquam ſolutio hæc præſeferre videtur. Equidem
44 arbitror † conſtitutionem illam ſua origine græcam obſcuram redditam ob ineptam verſionem, ſic enim in meliori deſcriptum legi. Atque ipſa ſcriptura prima ſtatim indictione, quæ modo Duce, & Auſpice Deo appetit, ſic quodammodo inchoantur, Imperij Iuſtiniani &c. Quorum verborum ſatis apertus erit ſenſus, quòd cum ſupra dixiſſet, quæ apponenda ſunt in inſtrumentis, nunc quaſi ad oculos oſtenſurus formam ſcripturæ, quia de indictione apponenda ſupra dixerat, bene ceſſum, & authore Deo factum (inquit) vt forma inſtrumentorum tunc ſumenda ſit ab ea conſtitutione eo tempore lata, quo iamiam inſtabat prima indictio. Nam, vt ex eadem conſtitutione apparet ea lata fuit anno vndecimo Imperij Iuſtiniani decimoquarto vel decimoquinto Kalend. Septembris, vel ipſis met Kalend. prout variè ibi ſubſcribitur, quòd modi-
45 cam facit differentiam temporis, & indictio † ſumebatur de menſe Septembris, vt omnes conſentiunt, licèt ſint qui diſſentiant in die, at ſi uera loquuntur qui de indictione computanda regulam tradunt, inueniemus, anno vndecimo Imperij Iuſtiniani Kalend. Septembris completam eſſe iam indictionem xv. & idcircò inſtare tunc primam de nouo ſumendam ab initio. Et enim communiter Croniſtæ tradunt Iuſtinianum
46 † anno Domini DXXVII. Kalend. Aprilis ad Imperium fuiſſe aſſumptum. Nec inconuenit, vt hoc religioſiſſimus Imperator Deo Authore factum dicat, namque gratias agit Deo, qui vſque ad nouam primam indictionem ipſum in Imperio conſeruauerit: Neque enim aliàs, ipſo Imperante, fuerat prima indictio. Hoc ipſum poſſet forte vulgaris etiam litera importare, ſi legeremus procedente, vt antiquiores tex. habent; ſi cèt ſuboſcure: Ii verò qui ſummopere cupiunt per text. hunc probari hanc opinionem, non procedente, ſed præcedente, dixerunt ſecundum quod ſequeretur, vt indictio de qua ibi loquitur, deberet præcedere annos Imperij, & Conſulem, & diem, cum tamen paulo ante expreſsè iuſſiſſet eam poni poſt hæc. Sed & dictio illa, prima, nihil videtur ſignificare:
dictio

dictio etiam illa, mox, nimis durè exponitur, ante omnia: Quod & Pariſi. hic animaduerterat: & parumper ſentit hunc intellectum: Nec non Sozi. Iun. in ſua noua quadam additione: Quos egregios viros, meę huius ſententię iuuat poſtea reperijſse conſortes. Quarto ex eadem aut. ſummitur argumentum, quoniam cùm iubeat pręponi nomē Imperatoris, & omiſſum vitiet: idem longè magis dicendum ſit de Diuino nomine, ob maiorem reue
47 rentiam quę debetur Deo, cui & Imperatores † & omnia ſubijciuntur c. venientes de iureiur. c. Imperialem. §. fi. de prohib. feu. alien. per Feder. & Dauid Pſal. 23. Domini eſt terra (inquit) & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Et Apoſtolus ad Romanos c. 13. Non eſt enim poteſtas, niſi a Deo. Et ad Coloſſenſes cap. 2. loquens de Chriſto: Qui eſt (inquit) caput omnis principatus & poteſtatis. Hinc fit, vt hic per Alexan.
48 Quòd ſicut per oblationem † curię Principum & ciuitatum, filij ſpurij legitimantur; ita etiam ſi ad ſeruitia Eccleſiæ offerantur.
49 Bal. in l. 1. C. de Sacroſan. eccl. Item ſi delinquens † amplectatur ſacerdotem portantem ſanctiſſimum Sacramentum eſt ſecurus à militibus, nec capi debet, Archid. in c. quæſitum. 13. q. 2. Hoſt. in ſum. de immun. eccl. & communiter tenent Doctores in c. ſanè. de celebr. miſſa. vt teſtatur Add. ad Ro. ſing. 339. & Ant. Corſ. in ſing. in uerbo, Cardinalis. Quod quidem firmant ea ratione, quia maior abſq; dubio debeatur reuerentia Sacramēto Corporis Chriſti & ſacerdotib. illud portātib. q̄ Imperatoribus; ad quorū ſtatuas ſiquis confugerit, ſecurus erit; toto ti. C. de iis qui ad ſtatuas princ Reſpondet Claud. dando inſtantiam de ſummo Pōtifice, qui cum maior ſit Imperatore c. ſolitę. de maio. & obed. deberet ēt eius nomen apponi: cum tñ nihil de hoc cautū reperia-
50 tur: Et ideo in ijs † quæ ſunt de forma negat ipſe licere argumentari à maioritate rationis: quod nō diſplicet. Sunt etiā qui reſpōdent in d. aut. nō ſimpliciter iuberi apponi nomē Imper. ob eius maieſtatē, ſed ſimul cum anno Imperij, & ſic ad fidem maiorem inſtrumenti, quę ratio ceſſat in ſola inuocatione diuini nominis:
51 Vnde fortè † liceret ex ea diſpoſitione argumentari ad inualiditatē inſtrumenti in quo ſint omiſſi anni Domini; cum hoc ſit ad fidē; curandū eſt autem, vt in publicis inſtrumentis ſit omninò in
* dubitata fides. Et hoc admiſit communis * opinio glo. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pact. Abb. Fel. &c. in c. j. de fid. inſtrum.
52 Quidam opponunt, quod imò Imperator † in d. auth. ſolùm in-

ſpexerit Principis maieſtatem: quia in rub. in præfatione: & ſæpe in tota conſtitutione de nomine Imperatoris dicatur & non de anno: Et ſic vel illa ſola fuerit ratio, vel certè principalior: Atque ideo ab ea ſola licebit argumentari extenſiue, vt hic per Pariſ. Verum inſtrumenti exemplar, quod ibi Iuſtinianus proponit, ſatis declarat rationem fidei vel principaliorem fuiſſe maieſtate Imperatoris: vel æque principalem. Nec facit quod hic quidam in medium afferunt, ſi quis tunc interrogaſſet, quid de inuocatione hac; quòd ipſe veriſimiliter reſponſurus fuiſſet eam quoq; apponendam; nam eo poſthabito quòd ad formam conſtituendam non liceat ita argumentari à veriſimili reſponſione legislatoris: Dici etiam poterit reſponſurum, bonum eſſe eam deſcribi: ſed cum hæc non ad maiorem inſtrumenti fidem pertineat: fortè rogatus de forma, & an omiſſa vitiet, dixiſſet non eſſe onerandum Notarium multis ſolemnitatibus; ne ex omiſſione vnius, poſſet contrahentibus graue aliquod damnum contingere. Cogitabam an in nomine Imperatoris deſcribendo, eſſet ea ratio, quia ſic per ſubditorum confeſſionem magis ipſe confirmaretur in Imperio: et ſi Deo ſemper & vbique maior quàm Imperatori, vel cuiquam alio, debetur confeſſio cap. primo, de ſum. Trin. l. prima, cum toto tit. C. eo. titu. tamen ea nobis non iubetur ad Dei vtilitatem: qui nullis noſtris æget precibus vel confeſſionibus: ſed ad noſtram tantum: in Imperatore ſecus: ergo non mirum ſi Imperator, quod ſua interfuit præcepit: nihil autem de inuocatione diuini nominis dixit. Pro opinione communi
53 in contrarium primo allegatur † quia qui dicit hoc eſſe de ſubſtantia inſtrumentorum, debet probare lege aliqua iuberi: nam generaliter turpe eſt ſine lege loqui. l. illam. C. de collat. §. conſideremus. Aut. de trient. & ſemiſ. Bal. in rub. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit: Et præſertim in caſu hoc ubi agitur, an ex iuris ordinatione ſolemnitas hæc in inſtrumentis requiratur. Cæterum omnes leges & gloſſæ loquentes de forma inſtrumentorum: de forma hac, verbum nullum: vt in glo. in d. l. iuriſgentiū. §. quod fere in d. Auth ut præpon. nom. Imp. & expreſſius in l. generali. C. de tabul. lib. x. vbi ſolemnitatibus inſtrumentorum per ordinē enumeratis (inquit) Primò nomē Imperatoris ſecūdo &c. Sed ſi deberet Diuina inuocatio præcedere non eſſet iſte ordo; quia nomen Imperatoris ſecundum non primum obtineret locum, & ſic de alijs. Eodem modo facit d. Auth. ut præpon. nom.

Imper.

Imper. & in rub. & in nigro, vbi dicitur nomen Imperatoris præponendum: & illud dicitur præponi, quod ante ſe nihil habet: Nec eſt congruum dicere inuocationem diuinam ſubſequi debere; nam ſi eſſet de forma, tanquam cæterarum digniſſima, omnes præcederet. Reſpondent & benè textum & gloſſas ſupra citatas ſupponere omnino faciendam inuocationem prędictam: loquuntur autem ſolum de ijs de quibus dubitari poterat: multoties enim, quæ maxima aliqua ratione ſubnixa ſunt, reticentur, ne videantur in dubium quaſi reuocari; argumento notatorum in l.quod Labeo.de Carbon. edict. l.ancillæ.C.de furt. cum ſim. Nec obeſt quod Pariſ. hic ponderat ſolemnia non poſſe ita ſup-
54 pleri: namque verius eſt ſolemnitates † etiam tacito conſenſu induci poſſe Bal.in l.eos.col.3. C.de appel.in l.fi.C.de ſuis & legit. Firmian. in tract. de uectig.& gabell. parte 8. principali parte 3. q.24.in uer.Dicitur autem.& Brun.in tract.de ſolemn.& forma, titulo de Generali cognitione, &c. uerſi.3. eſt conſiderandum, vbi probat hoc per plura. Secundo adducitur, quia lex præci-
55 pit hæredem † conficientem inuentarium iux.l.fin. C.de iur.del. apponere ſignum Crucis, vt in d.l.fin.§.1.& tamen DD. communiter volunt illud omiſſum non uitiare: ita Barto. ibi & Alex.hic, & in l.2.§.prius.de uulg & pup.ubi Bar.& in l.j.§. fi.de uentre in ſp. Firmian. qui plura cumulat in tract. de Epiſcopo lib.3. parte prima, nu.67.in fi. Et demum ita tenent Bar.Bal.Caſt.Alex.Iaſ.&
* cęteri communiter * in d.l.fi.§.1.ut de communi teſtatur Ripa in c.1.nu.2.de cauſ.poſſ. & propr.Dec.in c.1.nu.6.de fide inſtrum. Brun. in d. tract. de ſolem. & forma in titulo quando aliquid cenſeatur, in queſt. 8. Moderni Vicentini in tract. de inuent. cap.8.nume.37.& ante eos per Franciſ. Porcell.in tract.eiuſdem tituli cap.2. num.6. Soz. hic nume.6. qui tamen poſtea num.20. multos citat pro contraria; & videtur tentare opinionem hanc non eſſe communem. Sed durum eſt recedere ab inueterata fo-
56 ri conſuetudine, vt cum dubitatur de communi † credatur DD. teſtantibus de ea: quicquid dicant aliqui in l. de quibus.de legibus. Idem quod de ſigno uidetur dicẽdum de inuocatione: quia à pari procedunt. Reſpon. omiſſionem ſigni Crucis ideo non vitiare, quia ſit modica ſolemnitas; vt per Bar. & alios in d.l.fin. §.1.& in locis ſupra citatis, qui omnes hac una mouentur ratio-
57 ne: At inuocatio † hæc maior eſt, cum magis ſpectet ad confitendum Deum verum, & unicum, quàm ſolum ſignũ Crucis, quod

B 4 legitur

61 noſtra non nimis diſcedamus. Illud primum † putant probari ex ſola l. 1. §. fina. de uentre inſpic. Fulgoſ. autem credidit ibi ob ruſticitatem excuſari ſi quid de leuibus ſolemnitatibus omittatur, non quòd ſit proprium omiſſionis cuinſque leuis ſolemnitatis, At Alexan. uult omiſſionem hanc excuſatum facere quẽ-
* libet, & ita inquit communiter * intelligi illum text. ſic ibi Barto. & alij omnes, & in d. l. fin. §. 1. C. de iure delibe. & Bald. in l. rem non nouam. C. de iudic. & in Rubrica C. de ſucceſ. edicto. Alexan. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pac. Iaſ. in conſil. 26. colum. 2. lib. 1. qui appellat hanc regulam indubitatam, & omnes inquit ita tenere, in expoſitione illius text. uno excepto Fulgoſio, cuius expoſitio communiter reprobetur, videte etiam Brunum plures cumulantem in d. tracta. de ſolem. & for. in titu. quando aliquid, in queſt. 8. Deci. etiam qui communem dicit in d. cap. 1. de fid. inſtrum. poſt num. 6. Veruntamen quicquid ſit
62 de communi interpretum opinione, mihi quidem † videtur ille textus habere relationem per ultima uerba ad conſuetudinem regionis locique, vt ibi demum leuium ſolemnitatum omiſſio non uitiet, & excuſet ruſticitas, quoties ſit conſuetudo, Ibi, ſed mos, inquit, regionis inſpiciendus eſt, & ſecundum eum obſeruari ventrem & partum & infantem oportet, Ad quod facit,
63 quia dictio, ſed, † ſui natura eſt aduerſatiua Barto. in l. Lucius. §. quæ habeat ad Trebel. Erit ergo ſenſus, vt ſupradicta in eo text. iuuent, ſi tamen concurrat mos regionis. Præterea ex alio ille tex. non probat pro interpretibus, nam in ipſomet edicto Prætoris continebatur, ſolemnitates ibi dictas non eſſe neceſſarias omninò, ſed ſolum cum cauſæ cognitione, quod nihil aliud eſt, quàm interdum ex cauſa permittere Prætorem eas omitti, vt in dic. §. fin. & in eandem. l. §. ſi cui. Licebat igitur ex d §. ſumere, Modicam ſolemnitatem omiſſam non uitiare quoties lex plures ſolemnitates proponeret ſeruandas, cum cauſæ cognitione. Qua propter crediderim quicquid de ſolemnitate eſſe iure expreſſum ſit, neqnaquam debere omitti, nec licere diſſerere an modicum ſit, vel maximum, Modicum enim per ſe eſt, ſeptem potius, quàm ſex eſſe teſtes in teſtamento, & tamen ſi uel unus deſit, teſtamentum erit ipſo iure nullum. l. ſi vnus. C. de teſtam. Eritque ratio quia ſolemnitas, dum non conſtet in cõ-
64 trarium, ſit de forma † ſubſtantiali, at in ſubſtantialibus quoties vnum deſit, quamuis minimum, uitiatur totus actus Inno. Abb.

in

in c.j.de Baptiſmo. Tiraq. qui plures citat in retractatu cõuent. §.4.gl.6.nu.5 t.in tantum vt ab omiſſione formæ nec ruſtici, nec mulieres, nec etiam minores excuſentur, vt per eundem Tiraq. ibi.nu.25.Si tamen detur omiſſionem modicæ ſolemnitatis non
65 vitiare: ſunt † qui negant Inuocationem Diuini Nominis, & ſignum Crucis poſſe dici quid modicum, vt per Sal.& Fulg.in d.l. fi.C.de iure delib. Quod vt rectè intelligatur videndum eſt, quæ
66 ſit modica † ſolemnitas Alex.hic dicit eſſe quæ modicum ſit præiudicium allatura, ex Bar.in d.l.j.§.fi. de vent.inſpi. in l.1.§.ſi plures.de exercit.Bald.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtam.fac. poſſ. Bar.& Ang.in d.l.fin. §.ſi verò poſtquàm. C.de iure delibe. Idem Alex.conſi.141.num.10.lib.2.Iaſ.conſi.26.col.2.lib.1.Brun.vbi ſuprà. Talis videtur iſta de Inuocatione Diuini Nominis. Alij non admittunt declarationem ſupradictam: nã ſecundum eam vnus teſtis in teſtamento: & nomen Imperatoris in inſtrumento eſſent modicæ ſolemnitates, & ideo omiſſæ non vitiarent, quia modicum vel nullum afferrent pręiudicium, cum tamẽ vitient. d.l.ſi vnus,& d.Auth.vt prępon.nom. Imper.Idcirco ſunt qui declarant modicam ſolẽnitatem, quæ ſit ſine ratione adhibita Bal. & Iaſ.in d.l.hac conſultiſſima Alex. d.conſi.141. Iaſ. d.conſi.26. Quo ſtante inuocatio hæc non videbitur ſine ratione, per ea quæ
67 ſupra dicta ſunt. † Poſſet tamen diſputandi gratia videri ſine ratione non quidem per ſe: ſed ob ſubiectam materiam, quæ eſt vt per publicam ſcripturam fiat fides geſtorum, ad quod hæc videtur nihil facere, Neque enim quòd ſolemnitas nulla ſit munita ratione debet intelligi, vt de ea nulla prorſus poſſit allegari ratio, nam crederem tales modicas fortè nullas dari; ad idem facit quia vt ait Brun.ex ſent.Bal.in d.tract.de ſolemn.& forma titulo quotuplex eſt &c. col.antepen. quæ non ſunt de concomitantibus intelliguntur leuia.& infert ad inuocationem iſtam. Veruntamen periculoſum arbitror aſſerere generaliter omnia quæ ſine ratione videntur tuto omitti poſſe, cum non omniũ quæ ſunt in iure poſſit reddi ratio.l.non omnium.de legib.Quem tex.ſunt qui non iniuria fortè, de ſolemnitatibus exponunt. Rurſus non placet, quia ſacrilegium ſit de legum valore diſputare. l.2.C.de crim. ſacril.ſicut & de authoritate Principis, & rationem exquirere voluntatis ipſius.l.ſacrilegijs. C.de diuerſ. reſcr.Dec.conſil.
68 588.in princip.Ego verò putarem illam † dici poſſe modicam ſolemnitatem, quæ non ſit ad neceſſariam exiſtentiam actus, ſed ſo

lum

ſolum ad bene eſſe & ad maiorē quandam perfectionem, vt digitus,& capilli in humano corpore, qui ſi abſint nō minus quis dicetur homo l. non ſunt. vbi glo.de ſtat. hom. nec dicitur morboſus ſi dente careat.l cui dent.de ędil edic.nec ſi careat vngula. c.fin.de corp.vitiat.ord. vel non: quamuis omnia hæc de ſubſtātia hominis ſint,ſi omninò perfectus conſideretur.Ita in ijs quę in iure conſiſtunt:nam interdum aliqua de forma ſunt,ſi tamen deſint actus nō tollitur omninò,ſed minus perfectius videri poteſt,quod ideo fieri dixerim,quia hæc integrales partes non contingant.Has itaq; modicas formas ſeu ſolemnitates ego appellarem.Et ita fortè ſentit Bar.in d.l.1.§.ſi plures. q.4.de exercit.dū ex ſententia Oldradi illam dicit eſſe leuem ſolemnitatē per quā ſubſtantia facti non poteſt immutari. Idem in l. cum hi.§.ſi Prætor.de trāſact.Iaſ in d.conſi.26. Talis an ſit inuocatio Diuini Nominis nondum ſatis bene conſtat.Nam & ſi Bar.in d. §.ſi Prætor, ex eo quod ibi dicit de leui ſolemnitate inferat ad ſignum Cru-
69 cis,vt omiſſum non vitiet, tamen ipſe † ſubſtantialia facti intelligebat,quæ ad factum ipſum magis, quàm ad iuris formam referuntur.At nos agimus de facto inducendo in forma iuris, valida: nam poteſt quid eſſe ſubſtantiale iuris: non tamen facti cui inhęret,vt eſt nomen Imperatoris in inſtrumento,teſtes in teſtamento,& ſim. Poſt autem diſputando tentari talem eſſe quoque inuocationem diuinam,quia cum debeat fieri in principio,non immeritò videatur de principali ſubſtantia ipſius ſcripturæ arg. l.1.& quæ ibi notat glo.de origin.iur.quia principium cuiuſque rei pars eſt potiſſima: fortaſſe ſecus in ſolemnitatibus ſubſequētibus, quę ſi leues ſint omiſſę minus noceant Signor. conſil. 51.
70 Statuto Medi. vbi probat † non nocere Doctoratui, ſi in eo conferendo traditus non fuerit liber, annulus: uel oſculum: quia hæc adhibentur actui iam perfecto; ita refert & ſequitur Brun. in d. tract.titulo.Quotuplex eſt &c.colum.pen. Præterea ſi modi
71 ca † ſolemnitas in iure omnino ſeruari pręcipiatur, non cenſetur amplius modica,ſed maxima,& omiſſa vitiat Bal.in l 1.de li. & poſth.vbi Caſt.& Imo.multoſque ad idem citat: & teſtatur de
* cōmuni, * Brun.in d.tract. titul. Quando aliquid cenſeatur, &c. concluſ.8.verſ.limitatur. De inuocatione verò iſta dubitatur, an neceſſariò ſeruari iuſſa ſit,& eſt de quo nunc agimus quaſi ita de
72 ſiente eſſe modica. Quarto adducitur † quia non ſufficit lege dici aliquid eſſe obſeruandum, vt intelligantur de forma, & omiſ-

ſum

ſum vitiet, niſi ſubſit clauſula annullatoria Bal.& Sal.in l.fi.C.de
* ſent.ex breui.recit. vbi DD.communiter * Bal. Caſtr.& alij in l.
1.de liber.& poſt. Alexan.cōſi. 24.lib.4.& in l.hac conſultiſſima.
vbi alij.C.qui teſt.fac.poſſ. Et eſt ratio, quia ſecundum Pariſ. hic
73 annullatio † actus per ſe eſt pœna. l.ſenatus, de contr.empt.l.fin.
C.de poſt. hæred. inſti. Et pœna non imponitur, niſi in caſibus à
iure expreſſis.l. ſi quis.§.Diuus.de relig.c.is qui. de ſentent.excō.
* in 6. Atque ita ſe habet communis * opinio, vt ſæpius teſtatur
& alios citat Brun.in d. tract.de ſolem.& form. titu. Quando cē-
ſeatur aliquid &c. conclu. 12. Veruntamen idem ibi per totam
quæſtionem, plures allegat in contrarium, & latiſſimè diſputat,
atque vtitur pluribus diſtinctionibus, ex quibus facilè conſtare
poſſit, quàm dubium ſit hoc aſſumptum. Quamobrem reſpon-
derem, poſſe alijs modis inuocationem probari, de forma inſtru
mentorum, licet non appareat iuberi à lege ſub pœna annulla-
tionis: non enim iſte eſt ſolus modus inducendæ, & probandæ
formę, ſed idem probabitur ſi puta dixerimus, prout ponderat
hic Soc.quia verba illa (Authore Deo) in d.Auth.ut præponatur,
quę ſola negocium faciunt in re præſenti, ſunt ablatiui abſoluti
74 ideò faciunt † conditionem. l. ab emptione. de pact. l.euictis, de
vſur.l.à teſtatore.de cond. & demonſtr. & interpretes communi-
* ter * in rub. ſol.matr.vbi anno præterito de iſtius regulæ veritate
75 latè diſcuſſimus. At quæ conditionaliter, † à lege exprimuntur
ſunt ipſo iure de forma Brun.vbi ſuprà, concluſ.11.& ex eodem
met Brun. & alijs ſuprà diximus formam interdum tacitè con-
ſtitui. Præterea ſatis forſitan erit in caſu noſtro, ſi ob omiſſionē
inuocationis poterit reſcindi inſtrumentum; neque enim diſpu-
tamus, an per ſe ſit nullum, ſed an omiſſio illa noceat. Vel demū
reſponderem quæcunque verba in ea Auth. ponuntur ad impe-
diendam vim inſtrumenti in mentione facienda de Imperatore,
& annis eius, eadem etiam deſeruire ad inferendum illud idem,
ſi inuocatio iſta Diuini Nominis omiſſa fuerit. Cōcludimus pro
76 communi, Primò quia non eſt faciendus † cumulus ſolemnita-
tum, vt ſupra probauimus, & patet ex multis legibus ab Impera-
toribus antiquatis, prę́ſertim à Conſtantino, & Iuſtiniano, ob ni-
mium earum rigorem & ſubtilitatem, decet enim ſubditos in re-
bus agendis non grauari multis ſolemnitatibus. l.1. C.de form.
ſublat.cum pluribus ſim. Sępius enim animaduerti poterit Iuſti-
nianum deteſtari captioſas antiquorum obſeruationes; etenim
quò

quo plures in inſtrumento, iubentur, præſertim ſi à re principali, ſint alienæ, eo maiori periculo ſubiacent Notarij, & contrahentes, ne aliqua imprudenter excidat, & contrahentibus, multoties in ſcijs & innoxijs maximum inferatur præiudicium. Ne-
77 que admitto hic ſententiam † dicentium contrahentes eſſe in culpa, niſi præceperint nominatim Notario, vt inuocationem iſtam faciat; nam quatenus leges iuberent eam fieri, Notarios alloquerentur, vt in d. Aut. vt præpon. nom. Imper. non contrahentes, qui idcircò non tenerentur hoc ſcire & ideò non poſſunt videri in aliqua culpa, ſi hoc ſpãliter non iuſſiſſent. Ad idẽ regula Quod debeat ſemper fieri interpretatio magis vt actus valeat, quam vt pereat. l. quoties in ſtipulationib. de verb. obl. vbi Iaſ. l. quoties. 1. vbi Soz. de reb. dub. l. in contrahenda, in fi. vbi Dec. & Cagno. de reg. iu. cum concor. Secundò probauimus ſupra, ſignũ
78 † crucis ſolum eſſe de forma inuentarij, quando hæres non poſſit propria manu ſubſcribere d. l. fi. §. ſinautem, verſ. ſubſcriptionem. C. de iure delib. Ergo à ſpeciali, (quod argumẽtãdi genus in iure, haud ſpernitur. l. quod vero. l. ius ſingulare. de legib. l. j. ad muni. ca. quæ à iure. de reg. iur. in 6. glo. in c. præſenti. §. loca. de præb. in 6.) infertur regulariter non eſſe de forma. Idem erit in inuocatione diuini. Nominis, quia hæc à pari procedunt ſecundum DD. Tertiò inuocatio hæc non poteſt ſpectare ad formam negotij quod geritur, quia illud vel re, vel verbis, vel literis, vel conſenſu tantum contrahitur, nec aliunde formam capit.
79 §. fi. Inſt. de obl. l. j. §. j. de act. & obl. Sed neq; ad formam † Inſtrumenti, quia iſtud ſolum conficitur ad fidem faciẽdam. l. j. de fid. inſtru. & præter fidem inſtrumentum nihil aliud operatur, vt ſi quod in eo ad fidem non eſt, neq; poſſit ex forma eius eſſe, quia
80 forma conuertitur † cum re ipſa. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ad exhiben. Bal. in l. pen. col. 4. de cond. inſer. qui definit formam, ꝙ ſit ſtatus perfectus rei, Cæterum ex ſe patet, Inuocationem hanc ad fidem negotij nihil facere. Addatis, ſi libet ex Alcia. hic argumentum ex alijs ſpeciebus, probationum, vt aliæ ſcripturæ, & teſtes, in quibus nihil reperitur cautum de hac inuocatione faciẽda. Quartò non multum videtur ab inuocatione hac diſtare benedictio paterna, quæ ſolet dari in conferendis inſignis Doctoratus, nam vtraque fit ob pietatem quandam, & ad cõfeſſionem
81 Diuini nominis. At ſi ea fuerit † omiſſa, non propterea inſignium traditio vitiatur Bald. in procem. Gregor. Demum, ſi con-

contractum rectè fuiſſe celebratum conſtet, ac publicè probatum per omnes ſolemnitates probatorias, non conuenit ex omiſſione inuocationis non valere: nam, nec minus eſt in ſe, nec minus probatus. ſicut in ſimili dicunt † DD. præſertim Bar. Pau. & Iaſ. in l. vniuerſas. C. de precib. Imper. offer. Io Bapt. de Sancto Seuer. in l. omnes populi. de iu. & iur. Fel. in c. j. de maior. & obed. in c. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. quod ſi ſtatutum velit deliberationes fieri debere per conſilium coadunatum ad ſonum Campanæ, & facta propoſita per Priorem, quamuis conſilium coadunatum dicatur abſque ſono Campanæ, & facta deliberatio abſq; propoſita Prioris, nihilominus deliberatio valet. Sed de hoc poſſet ſuſpicari, quia quod factum eſt, non videtur carere fraude, & ſunt qui dubitant an deliberatio dici poſſit rectè facta? de quo Brun. in d. tract. in tit. de potentia, & effectu in prima limitat. ad regulam omiſſionis. Non tamen intendimus de iure non eſſe apponendam inuocationem, quaſi per eam vitiaretur inſtrumentum. Neque credimus hoc voluiſſe Ruy. virum alioqui ſatis perſpectæ integritatis, vt quidam, & malè, de eo arbitrati ſunt. Is enim inquit non liceret † priuata authoritate formæ addere, ſicut nec de ea diminuere, Voluit, ni fallor, dicere, & benè, non poſſe priuatũ ſtatuere, eſſe omnino aliquid apponendum; probatur l. 3. de teſtamen. l. ius publicum. de pac. l. nemo poteſt, cũ ſua materia de leg. j. Bal. in l. ſi bona. §. ſi coram. de acqu. hæred. formæ enim ſunt iuris publici, quæ priuatorum conuentionibus lædi non debent, d. l. ius publicum. At ſi quis in inſtrumento Deum inuocauerit, & Ruy. credidit, & omnes piè ſentiunt bonum eſſe. Nos addimus & inſtrumẽtum † videri minus perfectum, quod hac inuocatione careat: non tamẽ eſſe nullum, ſicut nec deſinit eſſe homo, cui vel vngula, vel dens, vel capilli, vel digitus, deſit vt ſuprà dicebamus. Et vlterius addimus ex infra dicendis. Notarium fieri aliquo modo impietatis ſuſpectum. Quid ſtante conſuetudine † apponẽdi in omnibus inſtrumentis inuocationem iſtam, an non valeat illud in quo deficiat? Bart. vel quicunque fuerit author illius repetitionis in d. l. j. §. ſi initium. de eden. expreſſe dicit valere inſtrumentum. Idem ſentit Alex. hic, licèt non tam expreſsè, ſed Rom. Imo. Ruy. Nicon. & Florent. hic Fulg. in d. procem. C. Abb. & Fel. in d. c. j. nu. 2. de fid. inſtr. & Abb. in procem. decret. tenent econtra, quod videtur * magis communiter,* receptum, vt per Sen. hic. nu. 28. Habet etiã hoc

Margin numbers: 82 (beside "nus probatus"), 83 (beside "eo arbitrati"), 84 (beside "ſentiunt bonum"), 85 (beside "ctum. Quid ſtante").

hoc diſputationem, & maiorem vtilitatem, quàm caſus ſuperior, quia facilius poſſit contingere de hoc in foro diſputari, nam vt ex cunctis inſtrumentorum exemplis apparet, & Bart. & cæteri teſtantur viget conſuetudo hæc ferè vbique. Pro communi, pri-
86 mò allegatur, quia conſuetudine † induci poteſt aliquid eſſe de forma actus. l. conſtitutionibus. ad municip. l. quidam decedens in principio, de admin. tut. l. 1. §. fi. de vent. inſp. Abb. in proœm. decret. in c. cum eccleſia ſutrina, de cauſ. poſſ. & propriet. in c. ex literis, de conſtit. in c. nulli, de reb. eccle. non alien. Bald. & Ang. in l. ſi certis annis. C. de pact. Aretin. conſ. 1 1 1. & l. 2. §. prius, de vulg. & pupi. Fel. in c. 1. de lit. conteſt. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & in d. cap. 1. de fid. inſtrumen. qui volunt omiſſione ſolemnitatis ſola conſuetudine introductæ reddi actum nullum ob generalem rationem, l. de quibus. de legib. Reſponderem non conſtare in caſu noſtro, cõſuetudine inductum eſſe, vt hæc ſit ſolemnitas neceſſaria. Etenim ex eo ſolo quòd ſit ſolita apponi nõ infertur propterea neceſſaria conſuetudo, vt ſemper apponi, de-
87 beat, & non appoſita vitiet. Faciunt tradita † per Bart. & alios in d. l. de quibus, dum volunt ad inducendam conſuetudinem requiri ſcientiã, atq; conſenſum vtentiũ per §. ex non ſcripto. Inſt. de iure natur. & d. l. de quibus. Nec obſtaret ſi quis ponderaret il
88 lud Felini † in d. c. 1. nu. 2. verſic. Ad illud, de lit. conteſt. quòd verba, quæ ſolent communiter apponi in inſtrumentis, fiant ſubſtãtialia ipſorum: Namq; dicerem illud intelligendum de ijs quæ ſi abſunt poſſunt minuere fidem, in qua ſola conſiſtit tota inſtrumentorum ſubſtantia ſecundum ſupradicta; Vel reſponderem non intelligi adeò rigorosè, vt ſi quid ex illis verbis deſit, inſtrumentum ſit ipſo iure nullum, vix enim, aliquod reperiretur omnimò ſecurum, ſed quòd minuatur fides illius, ſi contra opponatur,
89 tur, Ad quòd facit optimè glo. † in §. ſed ſi inſtrumenta Auth. de Inſtrum. author. & fide quæ monet Tabellionem, vt ſub eadem forma verborum, ſua omnia inſtrumenta concipiat, ne poſtea ex comparatione aliquid de eorum, fide minueretur; ſcilicet, non quod deficiant ſubſtantialia, ſed quod falsò illi Notario adſcribatur, cum non ſecundum eius conſuetudinem extenſum ſit. Secundò, allegant tex. in d. Auth. Vt præponatur nom. Imperator, in ver. ſi qua verò, vbi vult omnibus modis conſuetudinem apponendi annum ciuitatis illius in qua inſtrumentum celebratur,
90 obſeruari: Ponderat Ruy. dictiones illas omnibus modis, † ſigni-

ficantes.

ficantes idem quod omnino, quæ eſt dictio præciſè ſignificationis, & nullitatem actus importat, ſi ſecus fiat. Anchar. in clem. 1. de ſeques. poſſ. & fruc. Bart. in l. grege. §. illud, de fideiuſ. Bal. in l. ſuper rebus. C. de contrah. emp. Sal. in l. 2. C. de iure emphit. Ro. in l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. Fel. in c. ex parte. de conſt. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo reuertatur. nu. 72. C.
91 de reuoca. donat. Ergo importabit † neceſſariam ſolemnitatem; vt de dictione, omnimodo, quę idem eſt, firmat Brun. in d. tract. de ſolem. & forma. in titu. quando cēſeatur aliquid, &c. q. 4. per
92 doctrinā Felini in d. c. ex parte, nu. 7. qui vult dictiones, † nullatenus, & omnimodo habere vim clauſulæ decretis irritantis, idem de illis dictionibus omnibus modis, vult glo. Bar. & Ang. in Auth. vt defunct. ſeu fun. eorum, &c. §. 1. in verſic. modis omnibus. Bal. in l. 1. §. ſi pecunia. depoſiti: quos & alios plures citat Tiraq. in d. ver. reuertatur, nu. 92. & in antecedentibus, & ſubſequentibus numeris copioſè, vt ſui moris eſt, de his & ſimilibus dictionibus. Et multa nouiſſimè eleganter congerit Petr. Rebuſ. ad l. pecuniæ verbum. in princ. de verb. ſignifi. Reſpondeo ponderando in contrarium, quòd quia per ſe nō ſufficiebat conſuetudo, ideò approbatio Imperatoris interpoſita eſt. Etenim ſi pōderationes illarum dictionum factæ à Ruy. & cęteris, qui ei ſubſcribunt, valent; ab illis pendet, vt ſit ſolemnitas; ſed illæ ſunt in lege Iuſtiniani, non in conſuetudine; quæ à verbis ſeparata ius nō ſcriptum efficit. §. ex nō ſcripto Inſt. de iure natur. Nec Iuſtinianus, ibi cōcedit authoritatem omnibus omnium ciuitatum, conſuetudinibus, ſed ſolum de ſpeciali conſuetudine apponendi annos Ciuitatis locutus eſt: nam quid ſi in aliqua ciuitate extaret conſuetudo non apponendi nomen Imperatoris? contra illum tex. ex eodem met tex. ſubſtineretur inſtrumentum, ſi ibi generaliter omnes ciuitatum conſuetudines approbarentur; qđ
93 dictum abſonum eſt. Tertiò mouentur DD. per glo. † in d. verſi. ſi qua verò. in verbo, authore, vbi dicit annos Domini eſſe apponendos in inſtrumento, quia ſit de conſuetudine, & hoc ſolum tribuit conſuetudini Italicę in d. l. generali. C. de Tabular. lib. 10.
* communiter* cum hac glo. concludunt Abb. Fel. Dec. & cęteri in d. c. 1. de. fid. inſtr. Reſpōderem conſuetudinem circa annos Domini ideò fortaſſe facere neceſſitatem, quia ſit ſolemnitas ad fidem, vel quia conſtet nominatim conſuetudine receptum fuiſſe, vt neceſſariò pro forma ponendi ſint, ſecus autem de innocatione

tione hac, quæ ſolum à Notarijs piè, & religioſè ſolita ſit apponi, non quidem ad augendas ſolemnitates inſtrumentorum. Abſque aliâ diſcuſſione partis contrariæ aduerſus communem concluderem, primò per ſupradicta, quia ſui natura
* hæc inuocatio non ſpectat ad ſubſtantiam inſtrumenti, vel negocij geſti, vnde niſi nominatim fiat conſuetudo, quòd ſit de neceſſaria, forma non facit ius, in tantum, vt ſint qui putent
94 actus iudiciarios † parte contradicente, receptos requiri, vel ſaltem aliquando iudicatum fuiſſe iſtud eſſe de conſuetudine gloſſ.in l.cum de conſuetudine. per illum text.de legibus. in §. ex non ſcripto.Inſt.de iur. natur.in capitulo Abbate. de verb. ſign. Alex.conſi. 132. lib. 1. conſi.136. libro 2.& conſ.173. li.6. & ali-
* qui in d. l. de quibus.de legibus. Licèt in hoc communis * opinio ſit in contrarium, volentium conſuetudinem induci abſq; iudicio in ijs, quæ principaliter ad iudicium non ſpectant, Bar. Iaſ. & alij in d.l.de quibus. Abb.conſi. 73. libro 2. & in capitul. cum tanto.num.6. de conſuet. vbi dicit communem canoniſtarum & legiſtarum: Idem Soz.conſ.99. lib. 1. Tiraq. de iure primog.q.91. Sed quicquid ſit de hoc, certum eſt conſuetudinem non induci,niſi per vſum habentem certam aliquam formam, vt per Docto. in d. l. de quibus, & in d. capitu.cum tanto. vbi
95 Abb.nu.17.Secundò, non debet plus † poſſe conſuetudo, quàm lex,no.Abb.in c.ex parte.nu.6.de conceſſ.præben.qui idcirco infert plus poſſe ſtatutum,quàm conſuetudinem: Et eſt ratio quia illa ſit ad inſtar legis.d. l. de quib. non ergò plus poterit,quàm lex,argumento regulæ propter quod unumquodq;&c.auth. multo magis.C.de ſac.ſant.eccl.& l.ex diuerſo,vbi Imo.ſol. mat.cle. vni.de reliqu.& vener.ſanct.cap. cum Marthæ. de celebr. miſſa. capi. ſi aliqua. 12. q. 1. Sed ſupra dictum eſt ſolam legem, niſi ſpecialiter nomine formę aliquid præcipiat, vel vlterius procedat annullando actum non propterea intelligi induxiſſe formam, Salic.in d. l. fina. C. de ſent. ex breuil. recit.& alij quos ſupra allegauimus. Ergo conſuetudo hæc etiam deberet eſſe talis, vt actum annullaret, niſi ſeruaretur, quod fieret ſi oſtenderetur conſuetudine receptum, vt inſtrumenta ſine inuocatione non admittantur;de quo tamen non conſtat:Et ſi conſtaret non eſſet caſus noſter, quia ſolum diſputamus ſtante ſimpliciter conſuetudine inuocandi, prout vſu ſit, alioquin quæſtio eſſet de indubitabili. Præterea etiam ſi lex hanc inuocationem,

poneret pro ſolemnitate: tamen, quia eſſet modica non vitiaret omiſſa per ſupra dicta ex Alexan.& cæteris, idem dici poſſet, de conſuetudine, quæ legi comparatur. Tertiò conſuetudo non debet, plus operari quàm ſit in conſenſu vtentium d. l. de quibus, & §. ex non ſcripto, vnde etiam facilè ſumitur bona con-
96 ſuetudinis definitio, † quòd ſit Mos conſenſu vtentium comprobatus. Et omnes in d.l. de quibus, per illum text. & in d.c. cum tanto, & paſſim vbiq; tradunt conſuetudinem facere legem magis ex tacito conſenſu, quàm ex ipſis actibus, qui ſolum deſeruiunt ad probandum conſenſum: Sed Notarij, qui in eorum ſcripturis inuocationem hanc faciunt, non aliud mihi profectò videntur ſentire, quàm vt piam religioſamque eorum intentionem exprimant, non vt contractui, vel eius fidei aliquid addat. Ergo non debet alios ligare aliter, quàm ipſi ſenſerint: Ex quo fiet, iudicio meo, quòd propter hanc conſuetudinem, qui
97 omiſerint † eam inuocationem facere erit in lata quadam negligentia reuerentiæ exhibenda Deo: ex qua fortè non carebit ſuſpitione impietatis ſeu hæreſis: Atque ideò ſi omnia eius inſtrumenta talia reperirentur, vererer ne iure poſſet contra eum hoc nomine inquiri, & condemnari, ſi poſtmodum conſtaret in cõceptum Diuini Nominis, & ſacroſanctæ Religionis omi-
98 ſiſſe. Quod tamen † non crediderim nociturum ipſis contrahentibus, niſi in hoc participaſſent. Verum, ex eo ſolo quòd Notarium de ea innocatione facienda nominatim non rogaſſent, nullam aut modicam, arbitror eorum probari negligen-
99 tiam. Si verò forſitam, & ipſi in eundem contemptum † omiſſionem hanc Notario iuſſiſſent: vltra aliàs pœnas æquiſſimum iudicarem hac etiam eos plecti, vt inſtrumentum non valeret: Quod doctè ſanè, à ſe ſolo excogitatum dicit Soz. hic. num. 32. Et confirmat per plura argumenta. Igitur diligenter caueant Notarij, vt eam faciant, nam ſic omnem ſuſpitionem effugient, & magis cautos reddent contrahentes, quod præcipuè eorum
100 officij eſſe videtur. Si quis autem cuperet † opinioni communi aſſentire, poſſet hoc medio vti, Quòd cum iamdiù, & in foro & in ſcholis receptum ſit hodiè neceſſariò inuocationẽ iſtam in inſtrumentis eſſe faciendam, communiterq; credatur omiſſam, vitiare, ac fortaſſe Notarij ea intentione apponãt, vt credat eſſe inter neceſſarias ſolemnitates, videatur illi conſuetudini quodam modò conſuetudine additum, vt ſit de forma inſtrumentorum:

ſuper

ſuper quo vobis cogitandum relinquo. Colligo ex Bartol. in
101 hac eadem appoſitione hoc poſtremum Notarium † Chriſtianum conficientem inſtrumentum inter Iudæos teneri hanc inuocationem facere. Quòd quamuis tribuatur Barto. hoc in loco, tamen id verè non dixit, vt optimè animaduertit Soz. ſed ſolum voluit inſtrumentum ſubſtineri, ſi facta fuerit: Dubium enim erat apud Barto. an inſtrumentum vitietur, quia ſit hæc inuocatio facta inter Iudæos: Et probat ex hoc text. poſſe fieri impunè: Idem dicit in proœm. Digeſt. & Cod. vt immerito ab Alexandro conſtantiſſimi viri inconſtantia notetur: Idem etiam ſentit in d. l. 1. §. initium. de eden. Vbi vult inter contrahentes diuerſæ ſectæ eſſe eorum Deos inuocandos, ſicut in iuramento præſtando. Sed ſi à Notario Chriſtiano inter eos fuerit Nomen Chriſti inuocatum non propterea erit inſtrumentum nullum: ſed ſuſtinebitur, vt hic. Pro faciliori intelligentia cum iſte tractatus ſit aliquantulum conturbatus, videbimus primò: Quid ſi ſcriptor quoque Iudæus ſit. Deinde quid in Notario Chriſtiano? Quicquid autem ponitur, exempli gratia de Iudæis in tota hac quæſtione, idem intelligatis de omnibus alijs alterius cuiuſque ſectæ. Circa primum autem oc-
102 currit primò, videndum, † An Iudæus poſſit eſſe Notarius, quòd Iaſ. hic negat authoritate Ang. in Auth. Iuſiur. quod præſtat. ab ijs, &c. Item quia Notarius eſt iudex cartularius gl. in l. 1. de iudic. Et ſic habet aliquam ſpeciem iuriſdictionis, quæ omninò interdicitur Iudęis. l. fi. C. de Iudęis: vbi generaliter omnes dignitates, adminiſtrationes, & officia habere prohibētur. Idem in Concilio Toletano, vt in ca. conſtituit. 17. q. 4. & in cap. nulla officia. 54. diſtinct. glo. in d. authen. Iuſiur. quod præſt. &c. in principio Card. in clem. 1. de iureiur. & in c. penu. de iud. Nec obſtat quod habetur in l. ſpadonem. §. tam autem. de excuſ. tutor. Et fauorabilius in l. generaliter. §. fina. de Decur. quia illud intelligendum eſt de Chriſtianis, vt per Ale. ſuprà probauimus. Iaſ. autem
103 hoc dictum intelligit † ſolum inter Chriſtianos: ſed inter ſemet ipſos credit poſſe eſſe Notarios, & alerius cuiusq; officij, quia ratio qua vtuntur allegati textus nè Chriſtianis inferant iniuriam non procedit inter eos ipſos: idem quoq; ſentit Abb. ſub dubio tamen in c. cū ſit. n. 1. de Iudæis. Ad quod vltra Iaſ. facit l. ſi qua. C. de Iudæ. ponderata in tacito ſenſu, quia cum dicat controuerſias quas habent cum Chriſtianis non eſſe iudicandas à ſeniori-

bus iudęorum ergo inter illis erũt ab eis iudicanda. Ita argumen tabatur Io. de Ana. in c. cum ſit. de iudæ. Quod allegat & approbat Io. le Cirier in trac de Primoge. q. 16. nu. vltimo. Facit etiam quia Notariorum vile ſit officium. l. vniuerſas. C. de Decur. lib. x. & ideo non interdicatur iudæis iux. notata in d. ca. cum ſit. propter quam rationem Ludouic. Montalt. in tract. de reuocat. ſent. Pylati. in parte vltima, nume. 8. firmat cum Ioan. de Anan. in rub.
104 extra de iudæ. eos poſſe † eſſe Notarios inferioris Poteſtatis à
105 Papa vel principe, quia ſi ſolum ex Notarijs ſint † in aliqua dignitate Bart. in l. 1. C. de mand. princip. Quod ego nullatenus admitterem, tum quia Chriſtianis iniuriam facillimè inferrent, tum quia inter Chriſtianos ab omni penitus officio quantumlibet vili & abſque dignitate prohiberi debent per d. l. fin. C. de iudæ. & d. capit. conſtituit. 17. q. 4. & d. cap. cum ſit. de iudæis, vbi tanquã ſacrilegus excommunicandus eſt, qui iudæo publica of-
106 ficia permiſerit, in tantum vt nec gabellas † quidem conducere poſſit. c. pen. vbi Abb & alij. de iudæ. Firmian. in tract. de gabella parte. 3. num. ij. qui tamen interpretatur, vt ſi quando eas conduxerint, non poſſunt per ſe gabellas exigere, ſed per aliquem Chriſtianum deputandum à locatore Chriſtiano, non à conductore iudęo. Ego verò prohibitionem hanc generalius intelligendam puto, quàm crediderit Iaſ. & plerique alij, qui cum eo ſentiunt, videlicet quòd nec inter eoſmet poſſint eſſe Notarij. Moueor, quia ſiquam haberent inter ſe iuriſdictionem vel poteſtatem, vel cuiuslibet alterius officij publicum exercitium, facilè poſſent Chriſtianis inferre iniuriam, per indirectum quamuis non principaliter: ſicut ipſi ab Eccleſia interdum ex-
107 communicantur † glo. in cap. iudæi. 2. in verſic. permittuntur. in fin. de iudæ. Hoſt. in ſum. eiuſdem titu. colum. 2. verſi. in ſupradictis autem caſibus. Abb. in ca. poſt miſerabilem. num. 4. de vſur. Nam Chriſtiani, & iudæi cum poſſint licitè inter ſe habere quædam commercia, vt per Abb. in d. c. poſt miſerabilem, & Fel. & alios in c. ad hæc. de iudæ. Facile poſſent vel illicita collegia erigere, vel monopolia ſecreta cõtra Chriſtianos inire, quod per ſe prohibitum eſt, ut in titu. C. de colleg. illic. & de monopolijs. vel aliter cõtra Chriſtianos iniurias parare. Item ſi illis liceret inter ſe conſtituere Notarios darent eis publicam authoritatem, quod dicendum non eſt, cum non habeant amplius formã populi: publi-
108 cum † enim dicitur quaſi populicum Glo. in rubr. de pub. iudic.

&

& in prin.Inſt.eo.tit.in ver.publica.facit l.bona ciuitatis. & l.cũ qui vectigal.de uerb.ſig.& §.conſequens.Inſt.de ſuſp. tuto. Imò
109 iudæi † ſunt ſerui Chriſtianorum licèt ex miſeratione quadam permittantur viuere in aliqua ſpecie libertatis,c.etſi iudæos. vbi Abb.de iudæ. notant alij poſt eum in c.Iudæi. de teſti.Feli.in c. Iudæi.de iudæ.quod tamen declaratur per Alex.conſil.71.lib.2.
110 Nec dicuntur ciues, † cum non participent de honoribus publicis: ſed erunt ſimpliciter incolæ,vnde ſub ſtatutis loquentibus de ciuibus non continebuntur Aret.conſi.77.Fel.in c. quoniam. num.4.de off.ordin.Quanquam ſecundum quoſdam continentur ſub ſtatutis loquentibus.de hominibus, & habitatoribus ciuitatis Alex.conſi.75.lib.5.Corn.conſil. 260.lib.3. Dec.in c.conſuluit.3.de app.Item quia ſerui ſunt,Notarij eſſe non poſſunt argu.l.generaliter.in prin.C.de Tabul.lib.x.glo.in l.2. rem pupil. ſal.fore, & in l.2. C.de adopt.& in §. cum autem.Inſt.eodem tit.
111 Similiter cum ſint odioſi, † & infames non erunt admittendi ad Notariatum, ad quem infames non facilè admittuntur. l. 1. C.de dignit.lib.12.Bart.in l.1.C.de mand.Princ.Alex. conſil.80.
112 lib. 2. Præterea quomodo poterit Iudæus † iurare ad ſancta Dei Euangelia, ſe ea ſeruaturum ad quæ tenetur, qui notarius conſtituitur? vt ponit Specul. de inſtrum. edit.§.reſtat. numero 73. Abb.in capit.ſicut te. numero 19. ne cler.vel monach. inter quæ ponitur, vt iuret ſe ab vſurarijs contractibus celebrandis abſtinere,in quo illi quin peierarent,haud fieri poſſe arbitror.Hac
113 eadem ratione,quia non poſſint † ad ſancta Dei Euangelia iurare Soz.in conſ.70.li.1.col.fi. negat hodie eos tutores poſſe fieri, quod quidem veriſſimum arbitror quicquid tentauerit Paris. hic poſt Fulg.& Iaſ.in rub.de iuſt. & iure. & poſt Roma.& Mart. Lau.in §l.3.§.iurari.de iureiu.& in l.pactũ. C.de collat. qui quidẽ mihi videntur potius ſubtilitatem ingenij oſtendendi gratia, quàm quòd fortè ita verum putent, auſos eſſe diſputando firmare eos etiam Chriſtianorum pupillorum tutores fieri poſſe, dictu ſanè abſonum, & nimis audax, cum Soz.eſt etiam Sayſell. poſt Barto. & alios quos ipſe citat in d. rubrica de iuſti. & iur. numero 15. Demum eſſe Notarium conſiſtit in authoritate, publica ſibi impartita, quæ eſt de iure ciuili Romanorum,
114 cuius Iudæi † participes non ſunt,niſi quatenus eo ligantur.l.Iudæi.cũ alijs eiuſdẽ ti.C.de Iudę.Quanquã hoc habet longã dubitationẽ,vt per Io.le Cirier in d.trac.de primog.q.16.Marquardũ

in tract.de Iudæ.parte.2.principali c.1.per totum. Tiraq. in trac. de iure primoge.q.66.per totam.Rol.conſi.35.lib.2.& conſi.25. lib.3.Admittimus tamen poſſe inter eos eſſe, qui aliena negocia ſcribant, ſed hos nequaquam Notarios appellarem, neque eorum,ſcripturas maiorem dixerim, habere fidem, quàm iuregentium habeat qualibet priuata cuiuſcunque,ſcilicet vt loco teſtis ſit tantum. l. Domitius. de teſtamen. Nec diremptores controuerſiarum inter ipſos quos ſeniores appellat Imperator in d.l.ſi qua, vllo pacto iudices eſſe dicerem, nullamque prorſus eis tri-
115 butam iuriſdictionem admitterem: Et ita intelligerem † Bar.opinionem in d.rubr. de iuſt. & iure, & in l. generaliter. §. fina.de Decur.& cæterorum, volentium eos inter ſe dignitatum, & officiorum eſſe capaces, quod impropriè penitus dictum, ſit cum abſit ab illis omnis publica authoritas. Iſte ergo qui inter eos de eorum ſecta; aliena negocia ſcribit, an poterit inuocare nomen Chriſti; Circa quod dubitari poterat an teneretur, quaſi illi inuiti compellendi ſint Chriſto Ieſu debitum honorem præſtare,de cuius ouili ſunt creatione, gubernatione, & etiam redemptione, quantum, ſit ex parte Chriſti. Sed magis pium eſt dicere eos ſemet indignos reddidiſſe hac ſanctiſſima inuocatione cum Chriſtum crucifixerint, qui de illis dixit non eſſe margaritas proiiciendas ante porcos, nec ſanctum dandum canibus. Item cum eorum ſit peruerſa quædam pertinacia, potius, quam ſimplex error in religione,præſumerentur in contemptum nominare propter regulam. Quod ſemel malus &c.
117 de reg.iur.in 6.vbi Io.And.dixit filium incontinentis† præſumi
118 incontinentē de quo Ale.præſum.24.re.1.Et Iudæi † præſumuntur peiores cęteris in fide lib.atq; idcirco ſunt magis odioſi gl.in c.nonne.1.q.1.Dec.in c.1.in 1.lec.de conſt.& in c.5.n.26.de prob.Marquar.in d.trac.de Iudæ.parte.3.c.1.n.42. vbi reddit ra-
119 tionē ob eorū nimiam ingratitudinē.Vnde fit, vt ſi Iudæus † trāſiret ad ſaracenos nō eſſet puniendus,quia tranſitū faceret ad ſectā minoris perfidiæ Old.cōſ.ſi Alb.ī rub.C.de iudæ. Io.And.ad ſpec.in rub.de Iudæ.circa finē Io.de Anan.in c.ex ſpeciali de iudæ.Ro.ſing.687.Fel.in rub.de Iudæ.Marqard.in d.trac. parte.2. c.3.n.25 Ad idē facit l.Iudæos.C.de Iudę.ubi prohibentur ſigno crucis,quia in contemptū eo vtebantur in quadam eorū feſtiuitate.Et in l.fi.C.eo.tit. appellantur noſtrę religionis inſultatores
120 vt aduertit Soz.in d.cōſ.70.li.1.Sic ſolū ob præſumptū † contemptum

ptum noſtræ religionis Hoſt. in ſum. de Iudæ. §. quibus.dicit ſe
condemnaſſe quendam Iudæum in quingentos ſolidos in caſu
vt ibi per eum, quam deciſionem refert, & laudat Felin.in cap.
auditis. de præſcriptio. circa, numero 32. Facit etiam quod ait
121 Iaſ.in l.ait Prætor.§.curari.de iureiurā. quòd Iudæus † iurans per
Chriſtum intelligitur in contemptum iurare, & ideo erit pu-
niendus argumento d.l.iudæos, & tamen cogendus erit ſtare iu-
ramen.Bar.in proœm.Digeſt.in prin.Prohibentur itaque ita iura
re gl.in Aut Iuſiur.quod præſt.ab ijs &c.in prin.& ibidem Ang.
Imo.& DD.in & ſi Chriſtus.de iureiu.ſi igitur hęc īuocatio à ſcri
122 ba Iudæo fieri non debet, quid ſi facta † fuerit an non valeat
123 inſtrumentum. Poterat de hoc dubitari, quia non debeat † in
ferri præiudicium contrahentibus ex eo quod imprudenter,
vel malitioſè à ſcriba factum ſit, præſertim ſi non tangat id,
quod ad fidem inſtrumenti pertinet, DD. in capi. ſicut te, ne
cler. vel monach.Spec. in titulo de inſtrumen. edit. §.reſtat. vbi
plura ponit per diſcurſum, Facit l. ſi librarius. vbi Bart.de re-
gul. iuris. l.Imperator.de ſtat. hom. vbi communiter interpre-
tes, & demum Alc. hic, qui per plura probat nunquam defe-
ctum Notarij in inuocatione nocere contrahentibus, Quod &
in caſu hoc de ſcriba Iudæo, præciſè firmat Crot. hic, nume.
27.Ad idem regula quod ſuperflua non nocent. l. non ſolent de
124 regul. iur. Item inſtrumentum † eſt omninò ſeparatum à con-
tractu Bart. in l. ſi quod legatum. ad l. Corne. de falſis. Bald. in
125 l. ulti. C. de falſa cauſa adiec. In tantum, vt renuncians † in-
ſtrumento non intelligatur renunciaſſe contractui Bald. in l. la-
126 beo.verſiculo Quid ſi quis de pact.Et vitiato † inſtrumento non
vitiatur contractus Imo.Caſt.Ale.Iaſ.& alij in l.ſeruum filij.§.cū
127 qui chirographum.de leg.1. Et ideo ſtatutum † quòd de quolibet
inſtrumento ſoluatur gabella non procedit in contractu ſine in
ſtrumento celebrato Imo. conſi. 16. Et generaliter ſtatutum lo-
quens in vno, non habet locum in alio Bald.in d.l.vlt.C. de falſa
cau.adiect.Dec.conſ.16.in fi.Ad quæ oīa, & ad alia ſimilia viden
dus eſt Tiraq.cū ijs quos cōpioſè citat, de retractu conſang.§.2.
gl.1.in prī.nec non Rol à Valle.conſ.43.n.11.vſq; ad fi.li.3 ſed in
128 caſu iſto ſanior eſt meo iudicio opinio † cōtraria, ꝙ cum per cō-
temptū intelligatur facta inuocatio, nulla fides habeatur inſtru-
mēto, ad quod faciunt quæ ponit Soz. hic n. 32. de ijs qui in con-
tēptū religionis prohibent adhiberi nomē Chriſti à Chriſtiano.

Notario Me mouet etiam d. l. fi. C. de iudę. vbi ſi iudęi de nouo ædificauerint ſinagogas puniuntur, & ædificia in Eccleſias conuertuntur, ſic non eſſet forſitan abſonum dicere in pęnam, compendiũ illius contractus conuerti in pauperes Chriſti, vel in Eccleſiam aliquam. Quod nõ firmo, ſed putarem eſſe arbitrarium illius iudicis ad cuius officiũ pertinet eſt ob contemptam noſtrã religionẽ punire Hoſt. in ſum. de Iud. §. quibus. Bal. conſ. 100. lib. 2 Ad id facit quod in ſimili putat Fel. in c. cum cauſa. poſt. n. 28. de re iud. vbi vult pretium rei Eccleſiaſticæ emptæ mala fide ſub dubio tamẽ diſtribuendũ eſſe inter pauperes, mouetur per dictũ Card. in cle. 1. q. 25. de reb. Eccl. nõ alien. ſuper quo vos cogitate. Pondero ad idem d. l. Iudæos. in illis vltimis verbis amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus niſi ab illicitis tẽperarint, Et ſic cũ ab illicitis licita amittant, ex inuocatione quam facere non debent, amittent iure meritò validitatem inſtrumenti. Præterea im piè diceremus ſtare inſtrumentum, & vitiari inuocationem, ſed potius dicendum videtur illam quacunque alia re preciſiorem trahere ad ſe omnia argu. l. qua ratione. §. ſed non vt literæ. de acquirendo reru. dom. §. ſi quis in aliena. Inſt. de rer. diuiſ. Demum

129 in cauſis † iudæorum attendendus eſt ſolus rigor, & nihil de eo ob æquitatem remittẽdũ gl. in c. 1. vbi Ant. & Mariã. de iudæ Iaſ. in l. admonẽdi, de iureiur. ver. 36. iſtud iuramẽtũ Marſ. ſing. 463. in fi. Quamuis in contrariũ multi conſuluerint in tantũ, vt * contrariam cõem * dicant Corn. conſ. 160. li. 3. Rol. cõſ. 35. li. 2. & conſ. 25. li. 3. ſed vereor, nè lucro potius allecti, quã iuris rõne iſtud aſſerant, & conſulant, cũ illud æquiſſimũ ſit pro iudæis nullam admittere ęquitatem; Qua ꝓpter cenſerem etiam ſubſtineri

129 poſſe illis non concedi præſcriptionẽ in bonis † Chriſtianorum cũ hæc contra naturã ſola ciuili æquitate ſuadente inducta fuerit: neq; enim me moueret gl. in c. porrò. 16. q. 3. quæ ſub dubio loquitur, licèt ea mouit Ro. ad contrariũ aſſerendũ in ſing. 812. & in cõſ. 489. in fi. Nec minus obeſſet gl. cũ Imo. in l. ſi fur. §. 1. de vſuc. nã ſimpliciter intẽdunt ius præſcriptionis concedi Iudæis quod intelligerẽ inter ſemet ipſos, nõ contra Chriſtianos, vt ſatis benè videtur ſenſiſſe dicta gl. in d. §. 1 dicet quidã illã, & Imo. malè allegent: ſuper hoc tamẽ non inſiſto, ſed excitandi gratia dicta ſint. Cõtra illud autẽ quod principaliter intendimus, ſcilicet inſtrumẽtũ inter Iudæos à iudæo ſcriptũ cum inuocatione Chriſti eſſe nullũ ob præſumptũ contẽptũ noſtræ fidęi, non obſtat qđ

ſupra

ſupra dicebatur Notariũ non poſſe nocere contrahentibus, quia ſi aliunde contractus probabitur valebit, non ſi ſolum per iſtud inſtrumentum, cum videri poſſit minus legitime conditum, & ſi aliunde probari non poterit ſibi imputent contrahentes, qui parum fidelem elegerint ſcribam, vt in ſimili dicitur de depoſito in
130 §.fi. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. nã & Notarius † nihil aliud eſſe videtur, quàm depoſitarius noſtrarum conuentionum: Quod præſertim firmandum eſt quia contrahentes cum ſint eiuſdem ſectæ, & Iudæi, contra quos eſt omnis præſumptio, vt per Hoſt. in loco ſupra citato, facile preſumentur & ipſi in contemptum
131 conſentiſſe. Nec obſtat etiam regula, ꝙ † ſuperflua nõ nocent: nã illud eſt ſi in ſuperfluis non ſit aliquod vitiũ vltra hoc ſuperfluitatis, ſecus ſi quod aliud ineſſet, quia iſtud poſſet nocere integro negocio, ſic regulam l. quæ dubitationis. & l. non ſolet. de reg. iur. limitat Salic. in l. teſtamentum. C. de teſtam. refert Dec. in d. l. quæ
132 dubitationis. nu. 5. Hinc fit, vt inſtrumenta † ſint ſuſpecta, quæ habeant aliquid præter conſuetudinem. c. quam graui. de crim. fal. & nimia diligentia ſæpe arguit dolum. l. ſi quis ſub conditione. de cõd. inſt. & omnino uidendus eſt hic Alc. num. 17. qui uult inſtrumentum, cui ſit præter conſuetudinẽ aliquid adiectum magis ſubiacere periculo nullitatis, quàm cui ſit aliquid de leuibus
133 diminutum. Si tamen in inuocatione Iudęus † tantummodo dixerit in Dei nomine, valebit ſcriptura, Bar. enim in d. l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium. de eden. & in l. 3. §. iurari. de iureiur.
134 probat & inuocationem † & iuramentum fieri debere à quolibet de Numine quod colit: Iudæi uerò nobiſcum ſentiũt de vno Deo, ſed errant in trium perſonarum diſtinctione, & dupli-
135 ci natura Chriſti. Et quid † ſi dixerit, in Dei Nomine, & cætera, an dictio hæc, & cætera, intelligetur ab eis prolata in ludibrium Chriſtianorum? Quod ſiquis tentare uellet confirmari poſſet ex deciſione illa Hoſt. de qua ſupra: qui ſolum propter præſumptum ludibrium noſtræ religionis Iudæum grauiter condemnauit: Faceret etiam illud, quod ad eos excuſandos non detur locus æquitati. Sed certe quia homines & ipſi ſint illius naturalis æquitatis, quæ legi non contradicat erunt participes; humaniorque erit ſententia, ſi dixerimus dictionem, & cætera, in eorum inuocatione intelligi debere de Decalogo, de Arca fœderis, de uirga Aron, de templo Salomonis, & de antiquijs Patribus: quæ omnia ab illis uenerantur.

Cogitate

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cogitate tamen, quia hoc multum penderet ab arbitrio boni iudicis, vt in d. Deciſ. Hoſt. Hactenus de ſcriba Iudæo. Quid in Notario chriſtiano? Si rogetur de inſtrumento conficiendo ab vtroque contrahente Chriſtiano, iam ſupradictum eſt. Quid ſi roge-
136 tur † à Iudæis? Omnes enim credunt Notarium Chriſtianum legitime de eorum inſtrumentis rogari poſſe. Res hæc ſubobſcure à DD. pertractatur, ideo putamus diſtinguendum, vt agamus primò an is inter eos Chriſtum Ieſum inuocare poſſit? Et ſi non poteſt & inuocet, an vitietur inſtrumentum? Eſt tamen aduertendum, quia ſi in primo articulo firmaretur poſſe, nulla eſſet differentia inter hunc caſum & ſuperiorem de inſtrumento facto inter Chriſtianos: Niſi forte quis ſubtilitatis gratia vellet ſubſtinere faciendam omnino inter Iudæos, quamuis inter Chriſtianos neceſſaria non ſit, quaſi in eorum maiorem confuſionem &
137 pœnam: Eſt enim illis moleſtum † ſignum Crucis, & nomen Saluatoris noſtri, ſicut & diabolo, quia in eius nomine, vt inquit Paulus, omne genu flectitur, Cęleſtiũ, terreſtrium, & infernorũ, & inimici Crucis dicuntur Iudæi in c. licèt uniuerſis. de teſtibus. Verum, vt antea dicebamus non ſunt margaritæ dandæ porcis: Ergo ſi Chriſtiano Notario prohibita non ſit inuocatio hæc inter Iudæos, idem erit dicendum tunc, quod & inter Chriſtianos ſupra concluſum fuit. Tota igitur difficultas in eo verſatur, an inter Iudæos fieri poſſit? In qua re ſunt opiniones: alia quòd poſ-
* ſit, & communis * teſtatur hic Crot. nu. 27. & Soz. num. 38. Pariſ. nume. 60. Soarez. in tract. recept. opin. in litera. I. nume. 115. qui citat Marquardum in tract. de Iudæis. qui tamen in meo codice hoc non dicit; ſed ſolùm in parte 1. cap. 10. dixit inter Iudęos illud ſeruari quod inter Chriſtianos, ſcilicet, vt ſeruetur conſuetudo locorum: benè verum eſt quòd inter Chriſtianos teſtatur cõmunem opinionem eſſe de iure, vt non apponatur, ſecus de conſuetudine: Pro ea autem parte quòd inter Iudæos apponi poſſit tenet Bar. hic, in procem. Dig. & Cod. ubi etiam Bal. & in procem. Decret. vbi Ant. & alij, & in cap. inter dilectos. de fid. inſtru. Io. de Anania in rub. de Iudæ. Bal. in rub. de iureiuran. Ang. in Auth. iuſ iur. quòd præſt. §. 1. Iaſ. in rub. de iuſt. & iur. Rom. Alex. Iaſ. hic Cagn. in rub. procem. D. num. 25. in contrarium uerò allegatur Bar. in d. §. ſi initium. ſed Iaſ. hic conatur oſtendere non diſſentire ibi ab eo quod hic Soz. etiam credidit ſemper fuiſſe ex opinione Bartol. apud Iudæos tale nomen non eſſe inuocandum, ſed ſubſtineatur

neatur inſtrumentum, ſi forte fuerit inuocatum,& ſic pertinebit ad caput ſequenti loco tractandum: Ego uerò quia ſemper pluri mi facio opinionem Bar. multum enim tanti viri authoritas me mouet, non putaui hoc ſicco pede, vt aiunt, prætereundum. Quic
138 quid putent alij credo ex eius ſententia fuiſſe, vt idem † iuris ſit in hoc caſu quòd & inter Chriſtianus: Sed quia credidit tunc inuocationem iſtam non eſſe formalem, etiam ſtante conſuetudine, vt in d. §. ſi initium, ideo non dixit in caſu noſtro teneri Notarium ſed poſſe: Idque uidetur colligi, quia cum notet ex rubricis iſtis inuocationem in principijs operum faciendam, ſolum quia compilatores fuerint Chriſtiai, licèt iſtæ ſint leges Paganorum, infert ad quæſtionem de Notario: Ergo ut ſeruetur ſimilitudo eo modo quo credidit licere Iuſtiniano & Compilatoribus hic facere inuocationem, eodem credidit licere Notario eam facere inter Iudæos: Bene itaque ſemper allegatur Bart. pro communi opinione. Contra quàm tamen uidetur tenere Imola quia Bartolum repræhendit: tenent expreſsè Peruſini & probabilem dicunt mod. Floren. & Senen. quamuis omnino non audeant à cõmuni recedere. Quæſtio eſt ſanè dubitabilis ad utranque partem ſiue ſit facta inuocatio ſiue non. Pro communi primo allegatur rub. hæc cum rub. proœm. Digeſtorum & rub. de iuſt. & iure, & rub. primæ conſtitut. C. in quibus omnibus locis ponitur inuocatio nominis Chriſti, & tamen agebatur res inter infideles, quia leges omnes Digeſtorum ſunt Etnicorum Iuriſconſultorum: Et
139 ex C. pleræque, quia vſque ad Conſtantinum † fuerunt omnes Imperatores Etnici, uno excepto Philippo ſecundum quoſdam: nam etſi Alexander diu ante permiſerit Chriſtianis publice habere templa, nõ tamen legitur eum ſumpſiſſe ſacrum Baptiſma, vt apud Spartanum Lampridium & alios in Imperatorum uita. Reſpondet Imo. non eſſe bonam ſimilitudinem inter has rubri-
140 cas, & caſum noſtrum: nam in rubricis † iſtis nihil communicatur cum paganis ſed tantum ad utilitatem Chriſtianorum, & ut ab ijs debeat tractari facta eſt ueterum legum compilatio: Quæ quidem reſponſio bona eſt licèt adhuc quidam conentur ſubſtinere comparationem, cum in vtroque caſu materia circa quam ſit infidelium: Quod quidem ad defendendum Bart. ſatis
141 eſt: etenim probabile eſt argumentum † à comparatis, ſi qua ſub ſit ſimilitudo aſſumptæ materiæ, cum ea de qua agitur, notat Abbas in ca. quemadmodum. de iureiur. Cæterum non eſſe neceſſa-

rium

rium ſed probabile tantum argumentum admittunt & Rhetores & Dialectici omnes. Secundò vltra Bartolum allegatur,
142 quia ſolemnitates † omnes inſtrumentariæ ad Notarium pertinent Bar.in l.ſiquis legatum.C.ad l.Fal.Bal. in l.ſi poſt.C.de iur. & fact.ignor.Fel.in d.c.1.de fid.inſtrum.Ad partes uerò ſpectant cuncta,quæ ſunt de contractus ſubſtantia, ut hic per Alexá. ergo nihil refert, cuius ſint ſectæ contrahentes quantum ad formandum inſtrumentum,quod Notarius Chriſtianus ſecundum ſuas leges,ſuoſque mores dictabit. Augetur per Rom. hic quia cum
143 Notarius ſit iudex Cartularius uidentur contrahentes † eum rogando prorogare illius qualem qualem iuriſdictionem,ſed cõſuetudo perſonę iudicantis ſeruanda eſt. l.1. C. de emanc.liber. Qui contrarium tentant dicunt ex officio Notarij eſſe cum ſcribit inſtrumentum inter Iudæos inuocationem iſtam non apponere: quaſi hoc ei tunc præcipiatur rationibus de quibus infra: etenim negari non poteſt,quin leges diuerſæ ſint ex perſonarũ diuerſitate, quia ius propter perſonas conſtitutum eſt.§.fin.Inſti. de iure nat.quæ differentia præcipue a iudice ſeruari debet, qui præfectus eſt iuri reddendo vnicuique ſuo: Et ita tollitur etiam confirmatio ex Rom. Tertiò ſunt qui mouentur argumento
144 † ſumpto de loco ad perſonam;quam ſedem haud modice probabilem eſſe docet Euerard. in loco huius tituli,& ecõtra de per-
145 ſona ad locum:ſed in inſtrumentis † attenditur lex loci in quo celebrantur d.l.1.C.de eman. liber. Et ſic erit attendenda perſona ſcribentis, qui poteſt abſque ſuſpitione ludibrij inuocare. Sed argumentatio habet ſedem communem, & facilè inuertitur in contrarium, quòd ſicut perſona ſcribentis regulatur ſecundũ leges loci,ita debeat regulari ſecundum leges perſonarum, pro quibus ſcribit, argumentãdo de loco ad perſonam,forte non mi-
146 nus fœliciter, quàm ſuperius factum ſit. Quartò Iudæus † interdum iurat per Chriſtum Bar.in prœm.Digeſtorum Inno. in cap.etſi Chriſtus.de iureiur.& ſupra diximus. Ergo non inconuenit inter eos fieri hanc inuocationem: Addatis quòd & ipſi di-
147 cuntur † eſſe de ouibus Chriſti, ut dictum fuit creatione, guber natione,& redemptione, & de illis etiam intelligi uolunt illud Ioan. c.vlt. ad Petrum paſce oues meas, ſi conuertentur ſe & fidem ſuſceperint:quoniam inquit Dominus,vos nõ eſtis de ouibus meis, quia non credidiſtis: quod abſolutè fuit dictum de omni eccleſia militanti, ſub qua continentur etiam Iudæi & infide-

Infideles, ita Bald. conſi. 428. li. 5. nume. 6. Abb. in ca. nouit. de iudic. Marquard. in tract. de Iudæ. parte. 2. c. 2. num. 3. Rol. conſ. 25. nu. 11. li. 3. Reſp. non permittuntur iurare per Chriſtum: imò illis pęnale eſt ſi iurauerint, & in pœnam coguntur ſeruare iuramentum, ſicut & Chriſtianus qui per Dæmones, & falſos Deos iuraſſet. c. mouet. 22. q. 1. Alb. Alex. & Iaſ. in d. l. ait Prętor. §. iurari. de iureiur. licèt grauiter peccet, qui ita iurat. d. cap. mouet. Non obſtat quòd iudęi quoq; ſint de ouibus Chriſti, & de Eccleſia militanti: nam iſtud eſt in quantum poſſunt dum viuunt conuerti, Cæterum quatenus in eorum errore, & pertinacia perſeuerant ſunt extra eccleſiam fidelium, & in quantum fieri poteſt ab eorum commercio abſtinendum eſt cap. in non nullis. cum toto titulo de iudæ. Qua propter ego ſemper dubitaui de illa de-
148 ciſione † quàm ponit Rol. d. conſil. 25. numero 42. libro 2. & conſi. 35. num. 6. lib. 3. ex ſententia Anchar. & Barb. Quod ſi per Conſtitutionem iubeatur eligi ad officium aliquod, perſona fidelis, & deuota Eccleſiæ Romanæ, non incidat in Conſtitutionem, qui eligeret iudæum, vel ſaracenum non inimicum, nec bellantem aduerſus eccleſiam. Nam & ſi ſtatuta loquentia de eccleſia intelligenda ſint potius de militanti, quàm de triumphanti Anch. conſi. 171. colum. 2. in fi. tamen iudicio meo, iſtud & alia pleraq; intelligenda erunt de iis, qui actu militant in eccleſia non potentia tantum: vnde illud Apoſtoli ad Corinthios. quid ad nos de iis, qui ſunt extra? c qui ſincera. 16. diſtin. cap. multi. 2. q. 1. capit. gaudeamus. de diuort. Illam igitur concluſionem iniquam puto, & omninò reiiciendam, quia mali ſit exempli, nec modicè periculoſa, præſertim hodie, quia ob eorum maiorem contumaciam ſit minus de eorum ſalute præſu-
149 mendum. Quintò facit, quia Notarius † videtur quaſi teſtis. l. Domitius. de teſta. & in numero teſtium computatur, quando agitur de actu probando per teſtes, ſecus ſi ageretur de eo probãdo per inſtrum. Ale. cõſ. 133. & cõſ. 146. li. 2. poſt B. in d. l. Domitius. cõem dicit Rol. conſ. 43. n. 21. li. 3. Et ęquiualere teſti dixit Spec. de prob. §. breuiter. ver. ſed pone. imò uni teſti pręferri ait B. in l. militib. C. de teſt. milit. & ęquiualere duob. teſtib. inquit Abb. in
150 c. quoniam contra. de prob. Gra. deciſ. 73. n. 33. Teſtis † autem cõpellitur iurare per ſuos Deos. d. c. mouet. Iaſ. & alij in d. rubri. de iuſt. & iur. col. vlt. B. Ale. & alij in d. l. ait prętor. §. iurari. de iureiu. Imò. in clem. 1. de teſtib. n. 6. Reſp. aliud eſt iurare, aliud ſcribere

inſtru-

151 inſtrumentũ: Iurare† enim, eſt actus latrię: Ideò non mirũ ſi non
per creaturas iurari iuſſit Chriſtus Math. cap. 5. Nam qui iurat,
(inquit ibi Hier.) aut veneratur aut diligit eum per quem iurat.
Quod alias latius probauimus in l. admonendi. de iureiuran. ſed
152 & iuramentum † non niſi coacti præſtare debemus ad aliquod
bonum eliciendum, vt ſæpius iuratur in veteri ſcriptura, dum
dicitur, Viuit Dominus, & ſim. prout exponit Hier. ſuper Iere.
in c. & iurabunt. 22. q. 1. & in Deuter. cap. 10. in fin. præcipitur,
vt ſolum in nomine Dei iuretur: Iurat etiam Paul. ad Corinth.
2. c. 1. ad eorum vtilitatem, quod docet Auguſtinus ſuper Epiſt.
ad Galat. vt in c. non eſt. 22. q. 1. Et ſæpius oſtenditur in tota quæ-
ſtio. quàm bonum ſit & neceſſarium iurare cum res patitur. Qua
propter multum differt inuocatio, quæ fit in iuraměto ab ea de
qua agimus, cum illa ſit neceſſitatis, hæc voluntatis: illa cum pe-
riculo periurij, hæc ſolum ad benè eſſe inſtrumenti: Et demum
inuocatio in iuramento in tantum de eius ſubſtantia eſſe dici-
153 tur, vt illud† nihil aliud ſit, quàm aſſertio religioſa per Dei inuo
cationem facta, vt definiebamus in d. l. admonendi. Sed in inſtru
mento acceſſoriè fit à Notario, qui nec cenſetur de ea facienda
154 rogatus, ſed ſolum de clauſulis † conſuetis ſecundum naturam
contractus qui celebratur. gl. & Bal. in l. fi. C. de fidei. Caſt. in l. 2.
C. de iuriſd. om. iud. Fel. in c. ex literis. de fid. inſtr. in ca. ſicut. col.
penul. de re iud. Et quamuis forſitam cenſeretur rogatus, etiam
de ea, non tamen fieret hæc interpretatio in caſu noſtro, quia in
congruum eſſet intelligi Iudæos rogaſſe quod negant, nec dum
certo ſcimus an debeat Notarius non rogatus, eam apponere. Se-
155 xto facit, quia Iudæi † in matrimonijs tenenur ſeruare leges ci-
uiles Romanorum. l. nemo Iudæorum. C. de iudæ. Cyn. in l. in ce-
lebrandis. C. de nupt. nimirum, ſi etiam formam inſtrumentorũ.
Reſp. imò illis permittit iure Canonico matrimonia contrahe-
re ſecũdum eorum leges c. gaudeamus. de repud. vbi notatur, &
in c. fi. eo. tit. c. de infidelibus. de conſang. & affi. Anch. conſi. 336.
Flori. in l. 4. de ijs qui ſui, vel alieni iur. ſunt. Barb. conſ. 13. lib. 4.
Hoſt. in ſum. tit. de iudæ. §. in quibus tollerentur. Abb. in d. cap.
de infidelibus. Fel. in c. ad hæc. de iudæ. Et quicquid ſit in d. l. ne-
mo. Iudæi eam non ſeruant, vt ibi teſtatur Fulg. & Ange. & Barb.
in d. conſi. 3. quos refert Iul. Clar. lib. 5. §. inceſtus. verſicu. vltimo.
Et inter cõmunes opiniones hanc recenſet Soarez. recept. ſent.
in litera I. num. 203. Vel reſponderem illud etiam in odium Iu-

deorum

dęorum nè liberiora illis eſſent coniugia quàm Chriſtianis. Sed iſtud nè inter illos fiat hęc inuocatio, eſt potius in fauorem noſtrę religionis, & in odium ipſorum, vt notentur indigni ſalutaris iſtius nominis inuocatione. In contrarium adducitur per
156 Imò, † quia non reperiatur permiſſum Notario inuocare hoc nomen inter Iudęos Alex. inuertit argumentum, quòd cum nõ reperiatur prohibitũ intelligi debeat permiſſum. l. ab ea. de probat. Hoc pro quacunque parte ſumatur parum facit: nam, & affirmantes, & negantes contendunt eorum opinionem probatam eſſe, dum adhuc de re diſputatur: & ſic non ſolum communis eſt argumentãdi locus, ſed etiam ſolutio ipſa. Cęterum, quis teneatur probare Notarium poſſe, vel non: videtur dubium ex altera enim parte eſt d. l. ab ea. vbi diſponitur dicentem quid fieri non poſſe, debere probare: Ex altera quòd in ijs, quę ad ſolemnitatem ſpectant quicquid iure non probatur cenſetur prohibitum. l. quicunq; vbi not. glo. & Bar. in §. fi. de public. Spec. de teſt. §. 1. num. 94. Et hoc puto ſentijſſe Imo. quod videtur habere ſatis bonam rationem: nã ita fieret, vt quę penitus ſunt extranea poſſent in inſtrumento deſcribi, ſi nulla lege prohibentur. Veruntamen in propoſito, minorem habet vim argumentatio, quia conſtat debere fieri, vel ſaltem poſſe inter Chriſtianos, & ſic regulariter permittitur: ex quo ſequitur poſſe fieri etiam inter Iudæos dum contrarium non probatur. Hoc ſentit Alex. in ſua ſolutio-
157 ne. Secundò adducitur, quia cum debeant inſtrumenta † exhiberi partibus pretendentibus ſua intereſſe. l. inſtrumenta. C. de fideiuſ. Certè non decet dari Iudęis cũ hac inuocatione: Ita enim eis materia preberetur deludẽdi, & contemnendi ſacratiſſimũ, nomen. cap. licèt vniuerſis. de teſtibus: iudęus enim blaſphemus Chriſti appellatur, in c. 1. de iudę. ibi Quia nefas eſt quem Chriſtus redemerit blaſphemum Chriſti in ſeruitutis vinculis detinere: idem in c. & cum ſit. eo. ti. longè minus conueniet apud eos eſſe nomen illud, in quo ſolo, & redempti, & nuncupati ſumus. Additur etiam, quia inſtrumenta quando ſunt reddita partibus quarum interſunt earum propria eſſe dicuntur, Notarij verò ſunt ante redditionem, Bald. in l. 2. C. de cond. ex leg. Et ſic dare iſtud nomen iudæis eſſet quaſi illud iterum eis illudendum, & crucifigendum concedere, quod abſq; irreuerentię, nota dictum
158 ſit. Qua propter haud mihi placet † cum ea inuocatione copiam illis dari; ſed tamen ex hoc non ſequitur, quin ipſum origina-

le,

le, quod ſemper debet eſſe penes Notarium, poſſit fieri cum illa inuocatione: ſed poterit Notarius abſq; illa clauſula contrahentibus exhibere copiam, quia illa non ſit clauſula ſubſtantialis:
159 Et in exemplo † ſatis eſt, ſi ſubſtantialia continentur Bart. in l. de die. qui ſatisd. cogantur. Etenim quæ in exemplo deſunt ſupplentur ſi opus fuerit ex prothocollo. Bal. in add. ad Spe. in ti. de Inſt.
160 edit. §. 9. verſic. breuis forma: Facit quod per Spec. † ibi in §. inſtrumentorum. verſic. quid ergo ſi in mora. Bar. in l. ſi finita. §. Itē videamus. inf. ti. 1. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ſup. eo. Lanfr. in c. quoniam contra. in verbo, inſtrumenta. verſic. Nunc quæro. de probat. Qui volunt diem ſuppleri ex Prothocollo, ſi in exemplo deficiat: vel poterit Notarius in exemplo ſcribere, in Nomine Domini, &c. Quod apud illos extendetur ſecundum eorum inuocationem: at à Chriſtianis, ad quorum manus quandoq; peruenerit glorioſiſſima fieret noſtra extenſio: Nec propterea incongruum aliquod ſequeretur, vt in vno eodemq; inſtrumēto eadē clauſula variè extendatur: nam reuera extēſio erit vniformis ſecundum Prothocollum: ſed opinione Iudæorum ita inciſa poterit concipi, vt eorum leges obſeruent, & noſtræ religionis deludendæ nullam habeant occaſionem: Cogitate tamen ſuper ſolutione hac: nam ſi Notarius poteſt ſcribere in originali, poterit,
161 etiam in exemplo, quia exemplatio † vt ſit fidelis, debet fieri de verbo ad verbum Bal. in l. fi. C. de prec. Imper. offer. Et quamuis permitteretur, vel illam clauſulam in exemplo omitti, vel ita inciſè deſcribi, vt diximus, tamen non tollitur prædictum inconueniens, quia Notarij pleriq; in hoc non ſatis perſpecti frequenter illam etiam in exemplo deſcriberent. Poſſemus etiam reſpondere quæſtionem hanc eſſe de originali, quod ſemper remanet apud Notarium, non de exemplo, quod debet cuncta continere, quæ in originali deſcripta ſunt: Et quamuis per traditionem exempli ſequatur, vt illud nomen ſit apud Iudæos immeritò, non tamen ex hoc debet recedi ab eius ſalutifera ac pijſſima inuocatione: nam & quotidiè Iudæi illud Nomen audiunt à Chriſtianis proferri, & interdum Eccleſias noſtras intrant, & imagines ſanctiſſimas conſpiciunt, quæ illis moleſtiam afferunt, Et etiam poſſunt libros cōplurimos emere, in quibus inuocatio iſta, & ſimiles multę habeantur, & tamen à prædictis abſtinendum non eſt: Cæterum ſi ipſi aliquo modo hæc contemnēt grauiſſimis pęnis, & vt ſacrilegi atque blaſphemi condemnabuntur. capit. In

non

nonnullis. de Iudæ. Tertiò inter Iudæos ceſſat cauſa huius inuo-
162 cationis: ea enim fit, vt principium, † medium & finis ſit Deo acceptabilis. glo. in rub. Authen. & in rub. proœm. Inſtit. facit c. Paulus. 1. q. 1. Auth. quom. oport. Epiſc. in princ. ergo debet ceſſare etiam inuocatio prædicta, argumento vulgaris regulæ, ceſſante cauſa &c. l. in omni. vbi Bar. de adop. c. cū ceſſante. vbi Dec. de appel. Et quod ceſſante fine facti, ceſſet ipſius facti effectus, no. Ant. in cap. 2. de torneam. refert, & ſequitur Tiraq. in ſuo tract. ceſſante cauſa. in prin. nu. 13. Reſpon. non eſſe abſque illis vtilitatibus ſaltem ex parte Notarij, qui pro ſe inuocationem faciat, vt ſibi principium, medium, & finem fœlicitet Deus. Item poſſet re-
163 ſponderi inuocationem † hanc habere vim deprecationis Notarij pro ipſis Iudæis, vt conuertantur ad fidem noſtram, & opera eorum fiant acceptabilia Deo in principio, medio & fine, vel vt adminus non ſint aduerſus naturalia præcepta. Abb. poſt Innoc. in cap. quod ſuper his. de voto, & in cap. gaudeamus. de diuort. Vnde videmus quòd quemadmodum Eccleſia in Paraſceue pro
164 his publicas fundit preces, ita fouendi† ſunt à Chriſtianis ratione humanitatis. Abb. in cap. Iudæi. de teſt. Quinimò tenemur illis in aliqua neceſſitate conſtitutis auxilium prębere. glo. & DD. in c. 1. de Iudæ. Oldr. conſi. 64. Corne. conſi. 65. lib. 2. Alex. conſi.
165 130. lib. 2. conſi. 99. lib. 6. Nam blanditijs, & muneribus ſunt ad fidem noſtrā alliciendi, c. qui ſincera. vbi. glo. 45. diſtin. Por. conſi. 4. nume. 51. Et quòd non debeant expelli, ſed tolerari ſi pacificè uiuant, probat multis collatis Rol. d. conſi. 25. lib. 3. Si ergo tenemur in eorum neceſſitatibus illis ſuccurere, quanto magis & pro illis Deum inuocare? nulla enim re magis egent, q̃
166 diuina gratia. Quartò mouet Soc. quia verba † debent pronunciari apta & accōmodata menti, & ſenſui audientium. c. rector. 43. diſtinct. ſed inuocatio hęc non eſt accōmodata menti, vel ſenſui Iudæorum: hi enim, vt dicit Paulus, in Chriſto Domino ſcandalizantur. Reſpon. regulam, & quod habetur in d. c. rector. intelligendum eſſe de intempeſtiuis quorundam ſermonibus: iſta verò inuocatio non intelligetur penitus intempeſtiua cum conſueta ſit apponi in omnibus inſtrumentis. Vel reſpon. Notarium non loqui cum Iudęis, ſed vel ſecum ipſe, vel cum Iudice, qui quandoque ſit de eo contractu iudicaturus. Quintò allegatur illud Matth. cap. 7. Nolite mittere margaritas ante por-

eos, & nolite ſanctum dare canibus, vt conuerſi cõculcent illud. Reſp. id exponi per Hieron. & Origen. in c. in mandatis 43. diſtinctio. c. nolite, & ſeq. 11. q. 3. de excommunicatis, & publicis pec-
167 catoribus, qui ratione † ſcandali forſitan deterioris ſunt conditionis; cum his enim prohibemur omnino participare, c. ad menſam 11. q. 3. & Eccleſia Iudæos permittit non iſtos. Fel. in c. conſuluit. de iudæ. Item Iudæi vtiles ſunt fidei noſtræ, vt ex Aug. & Gregor. probat Rol. conſi. 25. nu. 9. lib. 3. Vel dicamus, vt ſupra, Notarium pro ſe inuocare, vel pro Chriſtianis, qui ſint iſtud inſtrumẽtum quandocunque inſpecturi, non pro contrahentibus. Sextò ſunt qui allegant non rectè inter Iudæos dici poſſe, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia Chriſtus non ſit Deus Iudæorum, quem ipſi negant & blaſphemant, d. c. j. & c. cum ſit. de Iudæ. Et ipſe Dominus Ieſus videtur atteſtatus fuiſſe cum dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo: intelligens nempe de illis, qui quærebant illum morti tradere. Et ſic malè videtur dici, noſtri; cum ſolus Notarius ſit Chriſtianus, quod tamen non poteſt imputari Iuſtiniano hic, cum plures ſint cõpilatores Chriſtiani, qui eius nomine loquuntur: Vel quia alloquitur ſubditos ſuos qui omnes Chriſtiani ſunt: Vel quia ſolent Imperatores frequenter plurali numero loqui, vt in multis conſtitutionibus, & reſcriptis apparet. Veruntamen facilis eſt ſolutio, namque potuit Notarius compræhendere omnes fideles: vel etiam de ſe tantũ in-
168 telligere ad ſimilitudinem iudicis in ſententia, † qui licèt vnus ſit, poteſt tamen in plurali numero eam cõcipere, & ita ſeruat cõſuetudo. Inno. in cap. ad apoſtolicæ. nume. 2. de re iud. in 6. Bald. ibi in Marg. in verbo, ſententia quibus, & in l. fi. C. de ſent. ex breui cu recit. Nam & Notarius eſt quaſi iudex, glo. in l. rem non nouam. C. de iud. & ſupra diximus. Vel melius dicemus potuiſſe in plurali illa dictione, noſtri, compræhendere Iudæos contrahen-
169 tes, quorum velint nolint, Ieſus † Chriſtus eſt Deus, Bal. conſilio 428. lib. 5. nume. 6. Rol. d. conſi. 25. nume. 11. lib. 3. ut & noſter, & omnium omnino quæ ſunt, iuxta illud Dauiticum Pſal. 88. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, &c. & illud Pſal. 138. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam: ſi aſcendero in cœlum tu illic, & ſi deſcendero in infernum ades &c. quæ verendum non eſt, quin de Chriſto Domino intelligenda ſint. Quod autem ſupra dictũ eſt, eum non eſſe regem vel Deum Iudæorum intelligendum erit

per

per gratiam; quia eum nolunt, ſed eſt vtique per potentiam. ?
Quid concludendum? equidem in hac re ſum admodum anceps:
pro communi enim me mouet quod intelligatur Notarius iu-
dicem alloqui, iſtud idem mouit & Alc. hic, qui idcirco credidit,
quando notarius loquatur in inſtrumento per modum narratio-
nis (quod vt plurimum contingit) rectè fieri poſſe inuocationem
170 hanc. At ſi in perſona † contrahentium, quod interdum fit. c. du-
dum. de conuerſione coniug. l. Caius. ſol. matr. vbi Imo. & Alexã.
Bal. in cap. 1. §. notandum. qui feud. dare poſſ. in l. qui non milita-
bat. de teſtam. mil. in auth. ſiquando. C. de non num. pe. Abb. in c.
quod autem. de iu. patr. non conuenit fieri talem inuocationem,
quia non eſſet verum, Iudæos contrahere in nomine Chriſti. ita
171 Alc. Item facit illud, quod inſtrumentum † ſit ad ſimilitudinem
ſententiæ. Bar. in l. j. C. de conf. Bar. & Alex. in l. cum vnus. de bon.
172 auth. iud. poſſ. Nam guarentigiatum † habet executionem para-
tam abſque alia ſentẽtia: Bal. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan.
eccl. in l. pen. C. de fideiuſ. Ang. in l. ſi debitori. de iud. Ang. Imo.
Alex. Iaſ. & alij in l. ait Prætor. §. ſi iudex, de re iudi. Soc. ſen. conſil.
40. lib. j. & ſupradiximus, certè nemo ſani capitis dixerit, iudicem
dicturum ſentẽtiam inter Iudæos non poſſe inuocare Chriſti no-
men. Ex aduerſo me mouet huius glorioſiſſimi nominis maie-
ſtas, quæ non patitur ſine timore & tremore, etiam inter Chri-
ſtianos frequenter & irreuerenter exprimi. Et vt odioſum eſt Iu-
dæis, ita ab ijſdem contemni ſolet: Nec decet periculum fieri con-
ſtantiæ illorum, quibus non eſt danda materia tam impiè peccã-
di in noſtram religionem; Ad idem facit d. l. Iudæos. C. de Iud.
nam ſi ipſi prohibentur per ſemetipſos aſſumere ſignum Crucis
longè minus permittetur Chriſtianis ſponte illud illis offerre. ve-
rẽdum enim eſt ne quæ ad noſtram religionem ſpectant magis il-
li ſpernant, ſi eis a noſtris fuerint oblata. Poſtmodum me mo-
uet. c. decet. de immu. eccleſ. in 6. vbi habetur, omnes ad huius no-
173 minis † prolationem genuflecti debere, nomen illud (inquit) qđ
eſt ſuper omne nomen à quo aliud ſub cęlo non eſt datum homi-
nibus, in quo ſaluos fieri credentes oporteat, nomen videlicet
Ieſu Chriſti, qui ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum
adhibitione reuerentiæ ſpecialis attollãt: Et quod generaliter ſcri
bitur, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſinguli ſingulari-
ter in ſe ipſis implentes, præcipuè dum agantur Miſſarum ſacra-

miſteria: glorioſum illud nomen quandocunque recolitur flectant genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur. Quæ quamuis exiſtentibus in eccleſijs dicta ſint: nihilominus æquiſſimum eſt extendi ad omnes Chriſtianos quocunque in loco exiſtant, vbi hoc ſanctiſſimum nomen proferatur. Impium autem & indecorum erit, vt cum ſcriptum fuerit hoc inſtrumentum & coram partibus ac teſtibus legendum fuerit, vt moris eſt in ipſo actu ſtipulationis ſeu ratificationis, dum legitur ſanctiſſima hæc inuocatio nullus aſſurgat, nullus caput vel genua inclinet, ſed omnes vel faciem auertant, vel obturent aures, vel inter ſemetipſos irrideant: Quæ cum perpeti non debeant in noſtræ religionis vituperationem, cauendum eſt etiam quantum fieri poteſt ne contingant. Quapropter magis inclino in hanc, quàm in communem ſententiam. Satis igitur erit ſi Notarius inter eos dixerit: In Dei nomine amen: quod nec à Iudæis culpabitur, qui vt & nos vnam Deitatem admittunt: neque a noſtris, qui
174 in eadem vnitate Deitatis † triplicem perſonam mente concipiemus. Sed nomen Dei pro ipſo verbo Æternitatis & Saluatore noſtro interpretari non eſt alienus ſenſus a ſacris ſcripturis, vt eſt illud Pſal. 53. Deus in nomine tuo ſaluum me fac. & illud, Turris fortiſſima nomen Domini Prouerb. capitulo 18. neque etiam diſpliceret ſi dictum eſſet in Dei nomine, &c. nedum in exemplo, ſed etiam in Originali: Quilibet enim tam Iudæi, quàm Chriſtiani ad ſuum ſenſum abſque vllo ſcrupulo extenderent. Cum itaque determinatum ſit Chriſtianum Notarium non debere inter Iudæos eandem facere inuocationem, quam & inter
175 nos facere conſueuit, videndum ſupereſt quid † ſi facta ſit: an propter hoc nullum erit inſtrumentum? Putant mod. Peruſini eſſe nullum: At contra communiter * tenetur, vt de communi teſtatur Crot. hic numero vigeſimoſeptimo. & tenent Alexand. Crot. Horman. Socin. & Alc. hic, & Angel. in Auth. Iuſiur. quod præſt. Mouebantur Peruſini, quia Notarius, qui inuocat faciat contra ius, ergo vitiabitur totum inſtrumentum, argumento regulæ, Quæ contra ius. de regul. iur. in ſexto. Reſpon. vitium erit in ſola inuocatione, vt illa ſola uitietur, ideſt pro infecta habeatur, non inſtrumentum vel conuentio paciſcentium: ad quod faciunt, quæ ſupra diximus de differentia inſtrumenti, & contractus, & ita intelligenda erit d. regula, quæ

contra

contrà ius.Vel reſpon.nullum eſſe ius prohibens nominatim dictam inuocationem in inſtrumentis, ſed ſolùm videtur inferri quia in genere ſit prohibitum illud nomen inter Iudæos pronunciari,ita ſupra argumentati ſumus: ſi tamen fiat dicetur imprudenter facta, non tamen negocium erit nullum. Similiter non obſtabit eodem modo reſpondendo.l.non dubium.C. de legibus. Pro parte contraria plurimum ſtringit quòd ſuperflua
176 † non nocent l.quæ dubitationis, & l. non ſolent de reg. iur.l. quæ extrinſecus. de verb.oblig. Quod etſi ſupra dictum eſt non habere locum in ſuperfluis per ſe vitioſis, tamen nefarium eſſet dicere inuocationem hanc per ſe eſſe talem: ſed ſubeſt ſolummodo aliqua culpa Notarij in ſuperabundantia potius quā in defectu: Et hoc propriè eſt errare in ſuperfluis; quando ſcilicet quis pro maiori cautela adhibet illud de quo ſuſpicari poterat, ſaltem apud vulgus, an eſſet adhibendum, vt in caſu iſto: vbi Notarius eſt aliqualiter excuſandus, qui cum ſoleat eam facere in omnibus inſtrumentis, credidit faciendam quoque inter Iudæos: vel ſi dubitauerit, præſertim ſtante hac varietate opinionum Iuriſperitorum,eam fecit maioris cautionis gratia: Vel etiam excuſandus eſt ſi imprudenter erraſſet, ſiquidem nulla lege nominatim cauetur ne fieret: Et eo magis quia habeat conſuetudinem, & communem opinionem pro ea: Conſuetudo
177 † enim excuſat à pœna glo. in cap. denique diſtinct.4. in cap. cum venerabilis. de conſuet. cap. ſanè. de tempor.excuſ. Alex. in l.de quibus. de legibus. & conſu.39.li.3.Rocch. de Curte in cap. fin.de conſu.num.123. & 126. & etiam quod plus eſt à falſo uerè commiſſo Bald. & Affl.in cap primo de feud. cogn.& præſertim excuſet Notarium Bald. in l.prima. C. de confeſſ. in rub. de fid.inſtrument.Ioan.Andr. & Ant. in cap.ſecundo.eod.titu.Idem
178 præſtat † communis opinio,eſt tex. cum Ba.in l.2. ad Macedon. habetur enim pro lege l.ſi idem cum eodem, & ibi Angel.de iuriſd.omn.iud.faciunt quæ per Bal.in l.1.C. de teſtibus Anton.in cap.finem litibus.de dol. & contum. Alexan.in l.properandum. §.ſin autem vtraque.C.de iud.Bal.in marg in verbo. Opinio. qui vult fauore contrahentium & inſtrumenti ſtandum eſſe pro opinione communi etiam contra veritatem. Verum in ſcriptore Iudæo ſecus eſſet, per ea quæ ſupra diximus, quicquid in con-
179 trarium nitatur hic Crot. Quid ſi Notarius † in inſtrumen-

to omittat ſuum ſignum? Hoc quidem videtur eſſe de ſolemnitatibus ſpectantib. ad fidẽ inſtrumenti: vt poſt ſignacula teſtium in teſtamentis. l. 1. §. fin. quemad. teſta. aper. l. hac conſultiſſima. in princ. C. de teſtam. Sed hæc dubitatio eſt à re noſtra nimis aliena. Curioſus indagator poterit videre Authores de hoc tractantes, quos citat Alexan. hic num. 14. Videat etiam Fely. latè in dict. cap. primo nume. decimotertio de fid. inſtrumentorum. & ibidem Dec. nume. 13. vbi eſt locus ſuus Alexand. conſil. 153. lib. 2. nume. 12. Rom. hic num. 7. Boer. Deciſ. 37. nu. vlt. Hæc ſatis dicta ſint circa primam oppoſitionem Bart.

Finis Liber Primus.

QVÆ-

QVÆSTIONVM
PVBLICÈ TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Genitiuorum natura multiplex eſt, quæ tamen à ſubiecta materia regulatur.*
2 *Vſusfructuarius interdum dicitur dominus.*
3 *Genitiuus importat originē, etiam ſine dictione, ex, vel ſimili.*
4 *Genitiuus an proprius ad dominiū referatur, quàm ad poſſeſſionem.*
5 *Delegati iuriſdictio non impropriè dicitur, quamuis ea iure proprio non vtatur, ſed alieno.*
6 *Iuriſdictio neque Dominij, neque poſſeſſionis eſt capax.*
7 *Ceſſionarius ex ſola ceſſione intelligitur conſtitutus procurator in rem ſuam.*
8 *Genitiuus propter ſubiectam materiam poteſt etiam ſolam poſſeſſionem ſgregare.*
9 *Genitiuus etiam ex ſententia DD. non ſemper ſine dominio impropriè ſignificat.*
10 *De Genitiuo quod opinantur DD. in quibus terminis ſit accipiendum.*
11 *L. Seruum Titij mand.*
12 *Seruus ſemper relationem habet ad Dominum.*
13 15 *Dictiones relatiuæ ex relata voce interpretationem ſumunt.*
14 *L. Qui abſenti. §. 1. de acq. poſſ.*
16 *Fundi appellatione proprietas rei potius quàm eius poſſeſſio deſignatur.*

16 Dominus plus habet in re quàm poſſeſſor.
17 Soli appellatione immobilis rei ſubſtantia denotatur.
18 Poſſeſſio non eſt in re ſed accidens circa rem.
19 Genitiuus an importet dominium directum, & excludat vtile?
20 Res magis pertinet ad dominum directi, quàm vtilis dominij.
21 Quæſtio quid rei, non eſt inculcanda cũ quæſtione quid nominis.
22 L.1.in princ.§.ait prætor.naut.caup.ſtab.103.
23 L.2.in princ.§.in hac.de ui bon.rapt.104.
24 Depoſitarius non poſſidet.
25 Extenſio in odioſis non fit ad impropria.
26 Fit tamen legis authoritate, & quomodo.
27 Extenſio non poteſt duci ab exemplis legumlatorum.
28 Extenſionis materia quare non poſſit certis quibuſdam regulis declarari?
29 Depoſitarius non tenetur de caſu fortuito.
30 Rapina eſt caſus fortuitus.
31 Culpa lata in delictis an æquiparetur dolo? remiſſiue.
32 Domus appellatione intelligitur actus ipſe habitationis, etiam ſine dominio.
33 Domum propriam eſſe cuique tutum præſidium, intelligitur etiam de domo conducta.
34 Familiæ nomen plura ſignificat, interdum corpus plurium hominum vna ex cauſa deſtinatorum.
35 Pronomina meus, tuus &c. an idem importent quod genitiuus.
36 Hæc autem important ſui natura dominium.
37 Niſi dictet contrarium ſubiecta materia.
38 An latius pateant genitiuo?
39 Interdictis terris alicuius intelligitur etiam interdictum ijs quibus vſumfructum habet.
40 Statutum quòd iuramento damnum paſſi ſtandum ſit habet locum etiam in fructuario.
41 Vſusfructuarius ſub lege vel ſtatuto de domino comprehenditur, ſi ſit eadem ratio.
42 Genitiuus ex ſe non magis dominium, quàm poſſeſſionem importat.
43 Vſus appellatione poſſeſſio continetur.
44 Rei nomen ad dominium magis quàm ad poſſeſſionem refertur, & quare.
45 Poſſeſſio eſt quid extra rem in facto hominis conſiſtens.
46 Locus in iure multoties pro corpore immobili accipitur. 84.

Geniti-

47 Genitorum natura quæ propriè ſit?
48 Caſus non poteſt vltra caſum ſignificare.
49 Inflexiones non oſtendunt res ipſas, ſed quæ rebus diuerſimodè accidunt.
50 Dominium quid?
51 Poſſeſſio quid?
52 Teſtes deponentes fundum eſſe Titij non poſſunt ex hoc reprobari quaſi æquiuocè depoſuerint.
53 Genitiuus an ex communi vſu loquendi referri videatur etiam ad ſolum poſſeſſorem.
54 Vſus loquendi pendet à facto non ab opinione ſcribentium.
55 Et ita conſuetudo quælibet.
56 Doctori teſtāti de cōſuetudine nō creditur, niſi fuerit valde famoſus.
57 Bartholo teſtanti de conſuetudine an hodie ſit credendum?
58 Conſuetudo vt proſit eam allegenti probari debet loci & temporis de quo agitur 213.
59 Statutum imponens pœnam capienti rem alterius eſt pœnale intelligendum etiam ex ſenſu Bartoli.
60 Statutum hoc An habeat locum in capiente rem poſſeſſam à non domino? & quid ſtante vſu loquendi genitiuorum?
61 Quid circumſcripto vſu loquendi, quòd ſic nu. 119.
62 In reſcriptis res alterius intelligitur, etiam de ſolo poſſeſſore.
63 L.2.§.j. de relig.& ſump.fun.78. 84.
64 Alienum & alterius an idem importet.
65 Alienum an importet alterius eſſe dominium?
66 Alienum in ſolo poſſeſſore interdum verificatur.
67 Furtum fit etiam poſſidenti non domino.
68 L.1.§.1.de ſer.corrupt.
69 Alienum, dictio quid propriè ſignificet?
70 Poſſumus alienus quis uerè ſit?
71 Poſſeſſor bonæfidei cur non agat aduerſus inferentem mortuum in locum à ſe poſſeſſum? 74.77.
72 Poſſeſſoris ſiuè bonæ ſiue malæfidei ſit intereſt in ſua poſſeſſione non turbari.
73 Prædonis iuſtè intereſt contra extraneos.
74 Poſſeſſori bonæfidei an pro mortuo illato detur actio ad quod ſua intereſt?
75 Poſſeſſor bonæfidei comparatur fructuario, & interdum proprius accedit domino.

Dictio

76 Dictio, Ideſt, eſt declaratiua.
77 Iuriſconſultorum reſponſa nunquam ſine ratione ſunt.
78 L. Non omnium. cum ſeq. de legibus.
79 Vſusfructuarius quare agat contra inſerentem mortuum, ſecus poſſeſſor bonæfidei?
80 Vſufructuarius non agit contra inferentem mortuum alternatiue ſecundum naturam illius actionis ad remouendum corpus uel loci æſtimationem ſoluendam.
81 Prohibitus alienare non poteſt alienanti conſentire.
82 Poſſeſſor bonæfidei ſolum vtitur remedijs poſſeſſorijs, non tamen ijs, quibus poſſit proprietati inferri præiudicium.
83 Poſſeſſor bonæfidei cur non agat de ſeruo corrupto; & vſufructuarius ſit?
L. 1. §. i. de ſeru. corrupt.
85 Rei appellatione an ueniat poſſeſſio? 92.
86 Promittens ſumptus litis pro rei euictione; non tenetur ſi ſola poſſeſſio ſit euicta.
87 Furtum non fit de dominio neque de incorporalibus.
88 Sed ſolius fit poſſeſſionis.
89 Poſſeſſio ſine re corporali eſſe non poteſt.
90 Dominus in re ſua eſt poſſeſſore fauorabilior.
91 Poſſeſſor in multis eſt æqualis domino, & interdum in ſua poſſeſſione præfertur.
93 L. 1. de furt. Et princip. Inſt. de obl. quæ ex del. na.
94 Poſſeſſio eſt rei vſus.
95 Deſiunctiua dictio ſtat interdum declaratiue.
96 Poſſeſſio per ſe eſt incorporalis ſed corporalibus adhærens.
97 Rei nomen accipitur, vt plurimum pro corpore ipſo.
98 Statuta an quia ſunt ſtrictè interpretanda non extendantur ad impropria?
99 Statuta recipiunt quamlibet interpretationem ex proprietate ſermonis.
100 Extentio non eſt quæ fit ex proprietate ſermonis, ſed declaratio.
101 Pœnalia ſui natura reſtringuntur.
102 Quid in habentibus fauorem publicæ vtilitatis. 111.
105 Extenſiones quæ à iureſconſultis antiquis factæ reperiuntur, a noſtris DD. trahi poſſunt ad exemplum.
106 Iuriſconſulti noſtri temporis eandem in interpretando poteſtatem habent, quàm habebant antiqui.

Statutum

107 *Statutum imponens pœnam ingredientibus domum alterius, intelligitur de domo etiam conducta.*

108 *Statutum quòd muliere decedente in domo viri, vir lucretur partem dotis, habet locum etiam ſi decedat in domo à viro conducta.*

109 *Actio vtilis non ſemper competit extenſiuè.*

110 *Vſusfructuarius plus iuris hēt in re, quàm poſſeſſor, & quomodo ijs*

112 *Statutum quod occupans rem alterius puniatur certa pœna, quam habeat rationem?*

113 *Statuta quamuis pœnalia in dubio præſumuntur, potius priuatam, quàm publicam vindictam proſequi.*

114 *Statuta in dubio interpretantur ſecundum ius commune.*

115 *Etiam ſi opus fuerit recedendo à proprietate verborum.* 182.

116 *Et quomodo ſit hoc intelligendum?*

117 *Statuta non ſunt interpretanda, vt à iure communi recedatur; etiam ſi modus interpretandi fieret ſecundum ius commune.*

118 *Statuta corrigentia ius commune non interpretātur ſecundum illud.*

120 *Statutum quòd non continet cenſeretur relictum indiſpoſitione iuris communis.*

122 *Statutum de occupante rem alterius habet locum in occupante rem vacantem.*

123 *Statutum iſtud declarat iniuſtam poſſeſſionem occupantis.*

124 *Poſſeſſio iniuſta non dicitur, quia a domino, ſed quia à quieto poſſeſſore capta ſit.*

125 *Rei appellatio quàm generalis ſit? Et quid in dicto ſtatuto importet rem alterius?*

126 *Poſſeſſio rei alienæ dicitur de patrimonio, poſſidentis.*

127 *Statutum puniens occupantem rem alterius, an comprehendat dominum occupantem rem ſuam ab alio poſſeſſam?*

128 *Statuta etiam odioſa interpretationem capiunt a communi uſu loquendi.*

129 *Statuta quantumuis ſtrictè interpretari debeant, tamen admittunt interpretationem ex vſu communi.*

130 *Odioſa non reſtringuntur contra vſum communem loquendi; ſed ſm̄ illum interpretantur.* 168.

131 *Vſus loquendi quomodo & quo tempore probari debeat? remiſſiue, & nume.* 213.

132 *Verba naturaliter ſignificare, & eadem eſſe ad placitum quomoda intelligendum?*

133 *Nomina eſſe debere conſonantia rebus, quid importet?*

L.Labeo.

134 *L. Labeo. de ſuppell. leg.*
135 *Stipulatio per A. & B. concipi non poteſt.*
136 *Conſuetudo ſeu uſus in uerbis immutandis, ſeu inducendis plurimum poteſt.*
137 *Vſus loquendi an faciat propriam ſignificationem. ibi.*
138 *L. ſi dictum. de euiction.*
139 *Vſus communis loquendi ſiqua lege reprobatus reperiatur, an nihilominus ſuſtineri debeat?*
140 *Lex derogans conſuetudini, an & quando intelligatur derogare præteritæ uel futuræ?*
141 *Conſuetudo futura tollitur per legem corrigentem eius rationem.*
142 *Conſuetudo habetur pro lege in loco tamen vbi recepta ſit.*
143 *Vſus loquendi vt in ſtatutis locum habere poſſit, probari debet de loco & tempore ſtatuentium. 213.*
144 *Vſus loquendi an poſſit induci ab ijs qui vim uerborum ignorant?*
145 *Vulgus multoties in iure accipitur pro ſententia communiter recepta.*
146 *Vulgaris perſona quæ decatur?*
147 *Vulgaris vxor quæ? 186.*
148 *Vſus loquendi probari debet decennij ut in interpretationibus faciẽdis præualere debeat.*
149 *L. Item Prætor. de ſuis & leg. 152.*
150 *Conſuetudo ſicut poteſt inducere, ſic poteſt tollere ſolennitates.*
151 *Improprium eſt quod eſt per abuſum ſeu per relationem.*
252 *Vſus loquendi non facit propriam ſignificationem, ſi ita ſit in vſu ut impropriè ſignificet.*
153 *L. Ita vulneratus. ad ad l. Aquil. 156. 180.*
154 *Occidere dicitur qui cauſam mortis quomodocunque dederit.*
156 *Liberorum & filiorum appellatio quomodo accipiatur latinè, & quomodo vulgariter loquendo?*
157 *Liberorum appellatio vulgari ſermone non reperitur.*
158 *Emere & comperare an differant? remiſsiuè.*
159 *Statuta præſumuntur condita à prudentib.*
160 *Statuentes an præſumantur loqui propriè vel magis ſecundum vſũ vulgi?*
161 *Statuta quæ interpretantur ex vſu loquendi propriè interpretari dicuntur.*
163 *Proprietas vocum interdum dicitur, quę ab earum deriuatione ſeu etymologia habentur.*

Etymo-

164 *Etymologia eſt nominis definitio.*
165 *Uſus loquendi quomodo improprius ſermo dici poſſit?* 178.
166 *Vſus loquendi poteſt officere proprium ſermonem, & quomodo.*
167 *Improprietas communiter recepta ſeruari debet, etiã in odioſis.* 171.
169 *Vſus loquendi poteſt etiam cum naturali vi vocis conſentire.*
170 *Patrisfam. appellatione, qui proprie de iure contineatur?*
172 *Bartholus rarò fuit ſibi contrarius.*
173 *Indefinita in pœnalibus, an æquipolleat vniuerſali?*
374 *Indefinita vt æquipolleat vniuerſali fit ex benigna interpretatione nõ ex proprietate.*
175 *Indefinita æquipollet vniuerſali ex vſu loquendi.*
176 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in ſtatutis.*
177 *Indefinita pronunciata à lege æquipollet vniuerſali, & quid vere in ſtatutis?*
179 *Statutum de nepote non intelligitur de filio fratris.* 208.
181 *Utilis actio plerunque datur vbi ſubſit mens legiſlatoris, deſint tamen verba.*
183 *L. ſi vxor. §. 1. de adult.*
184 *Prouerbium, non ſoli Atridæ vxores ſuas amant, quid importet.*
185 *Vxor iuſta quæ propriè dicatur?*
187 *Verba ſunt intelligenda ſecundum mentem proferentis.*
188 *Interpretatio ex vſu loquendi potior eſt omni alia.*
189 *Regula, Mitius agi cum lege, quàm cum homine, præcipuè in interpretatione verborum procedit.*
190 *Vſus loquendi interdum reſtringit ſignificationem.*
191 *Statuto ſtante quòd ſtatuta intelligantur nullo extrinſecus addito, an excludatur interpretatio quæ fit ex vſu communi?* 198.
192 *Quid ſi tale ſtatutum dicat ſtatuta intelligi debere prout iacent, vel plane, vel quod ſtent præciſè?*
193 *Dictio præciſe, in ſtatuto an idẽ importet ꝙ nullo extrinſecus addito?*
194 *Statuta interpretari prout iacent & nihil extrinſecus addi, idem eſt.*
195 *Poſitio vnius inter pugnantia eſt excluſio alterius.*
196 *Statutum, quod ſtatuta ſint intelligenda prout iacent, poteſt intelligi excludere ſolum inanes, & friuolas interpretationes.*
197 *Quid ſi in eodem ſtatuto iunctim dictum ſit eſſe intelligenda, prout iacent, & nullo extrinſecus addito?*
199 *Interpretatio quæ fit ex vſu communi intrinſecas potius quàm extrinſeca dicenda eſt.*
200 *Significatio vocum intrinſeca ſumitur ab intentione proferentium.*

le, quod ſemper debet eſſe penes Notarium, poſſit fieri cum illa inuocatione: ſed poterit Notarius abſq; illa clauſula contrahentibus exhibere copiam, quia illa non ſit clauſula ſubſtantialis:
159 Et in exemplo † ſatis eſt, ſi ſubſtantialia continentur Bart. in l. de die. qui ſatisd. cogantur. Etenim quæ in exemplo deſunt ſupplentur ſi opus fuerit ex prothocollo. Bal. in add. ad Spe. in ti. de Inſt.
160 edit. §. 9. verſic. breuis forma: Facit quod per Spec. † ibi in §. inſtrumentorum. verſic. quid ergo ſi in mora. Bar. in l. ſi finita. §. Itẽ videamus. inf. ti. 1. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ſup. eo. Lanfr. in c. quoniam contra. in verbo, inſtrumenta. verſic. Nunc quæro. de probat. Qui volunt diem ſuppleri ex Prothocollo, ſi in exemplo deficiat: vel poterit Notarius in exemplo ſcribere, in Nomine Domini, &c. Quod apud illos extendetur ſecundum eorum inuocationem: at à Chriſtianis, ad quorum manus quandoq; peruenerit glorioſiſſima fieret noſtra extenſio: Nec propterea incongruum aliquod ſequeretur, vt in vno eodemq; inſtrumẽto eadẽ clauſula variè extendatur: nam reuera extẽſio erit vniformis ſecundum Prothocollum: ſed opinione Iudæorum ita inciſa poterit concipi, vt eorum leges obſeruent, & noſtræ religionis deludendæ nullam habeant occaſionem: Cogitate tamen ſuper ſolutione hac: nam ſi Notarius poteſt ſcribere in originali, poterit,
161 etiam in exemplo, quia exemplatio † vt ſit fidelis, debet fieri de verbo ad verbum Bal. in l. fi. C. de prec. Imper. offer. Et quamuis permitteretur, vel illam clauſulam in exemplo omitti, vel ita inciſè deſcribi, vt diximus, tamen non tollitur prædictum inconueniens, quia Notarij pleriq; in hoc non ſatis perſpecti frequenter illam etiam in exemplo deſcriberent. Poſſemus etiam reſpondere quæſtionem hanc eſſe de originali, quod ſemper remanet apud Notarium, non de exemplo, quod debet cuncta continere, quæ in originali deſcripta ſunt: Et quamuis per traditionem exempli ſequatur, vt illud nomen ſit apud Iudæos immeritò, non tamen ex hoc debet recedi ab eius ſalutifera ac piiſſima inuocatione: nam & quotidiè Iudæi illud Nomen audiunt à Chriſtianis proferri, & interdum Eccleſias noſtras intrant, & imagines ſanctiſſimas conſpiciunt, quæ illis moleſtiam afferunt, Et etiam poſſunt libros cõplurimos emere, in quibus inuocatio iſta, & ſimiles multę habeantur, & tamen à prædictis abſtinendum non eſt: Cæterum ſi ipſi aliquo modo hæc contemnẽt grauiſſimis pęnis, & vt ſacrilegi atque blaſphemi condemnabuntur. capit. In

non

nonnullis. de Iudæ. Tertiò inter Iudæos ceſſat cauſa huius inuo-
162 cationis: ea enim fit, vt principium, † medium & finis ſit Deo acceptabilis. glo. in rub. Authen. & in rub. proœm. Inſtit. facit c. Paulus. 1. q. 1. Auth. quom. oport. Epiſc. in princ. ergo debet ceſſare etiam inuocatio prædicta, argumento vulgaris regulæ, ceſſante cauſa &c. l. in omni. vbi Bar. de adop. c. cū ceſſante. vbi Dec. de appel. Et quod ceſſante fine facti, ceſſet ipſius facti effectus, no. Ant. in cap. 2. de torneam. refert, & ſequitur Tiraq. in ſuo tract. ceſſante cauſa. in prin. nu. 13. Reſpon. non eſſe abſque illis vtilitatibus ſaltem ex parte Notarij, qui pro ſe inuocationem faciat, vt ſibi principium, medium, & finem fœlicitet Deus. Item poſſet re-
163 ſponderi inuocationem † hanc habere vim deprecationis Notarij pro ipſis Iudæis, vt conuertantur ad fidem noſtram, & opera eorum fiant acceptabilia Deo in principio, medio & fine, vel vt adminus non ſint aduerſus naturalia præcepta. Abb. poſt Innoc. in cap. quod ſuper his. de voto, & in cap. gaudeamus. de diuort. Vnde videmus quòd quemadmodum Eccleſia in Paraſceue pro
164 his publicas fundit preces, ita fouendi† ſunt à Chriſtianis ratione humanitatis. Abb. in cap. Iudæi. de teſt. Quinimò tenemur illis in aliqua neceſſitate conſtitutis auxilium præbere. glo. & DD. in c. 1. de Iudæ. Oldr. conſi. 64. Corne. conſi. 65. lib. 2. Alex. conſi.
165 130. lib. 2. conſi. 99. lib. 6. Nam blanditijs, & muneribus ſunt ad fidem noſtrā alliciendi, c. qui ſincera. vbi. glo. 45. diſtin. Por. conſi. 4. nume. 51. Et quòd non debeant expelli, ſed tolerari ſi pacificè uiuant, probat multis collatis Rol. d. conſi. 25. lib. 3. Si ergo tenemur in eorum neceſſitatibus illis ſuccurere, quanto magis & pro illis Deum inuocare? nulla enim re magis egent, q̃
166 diuina gratia. Quartò mouet Soc. quia verba † debent pronunciari apta & accōmodata menti, & ſenſui audientium. c. rector. 43. diſtinct. ſed inuocatio hęc non eſt accōmodata menti, vel ſenſui Iudæorum: hi enim, vt dicit Paulus, in Chriſto Domino ſcandalizantur. Reſpon. regulam, & quod habetur in d. c. rector. intelligendum eſſe de intempeſtiuis quorundam ſermonibus: iſta verò inuocatio non intelligetur penitus intempeſtiua cum conſueta ſit apponi in omnibus inſtrumentis. Vel reſpon. Notarium non loqui cum Iudęis, ſed vel ſecum ipſe, vel cum Iudice, qui quandoque ſit de eo contractu iudicaturus. Quintò allegatur illud Matth. cap. 7. Nolite mittere margaritas ante por-

eos, & nolite ſanctum dare canibus, vt conuerſi cõculcent illud. Reſp. id exponi per Hieron. & Origen. in c. in mandatis 43. diſtinctio. c. nolite, & ſeq. 11. q. 3. de excommunicatis, & publicis pec-
167 catoribus, qui ratione † ſcandali forſitan deterioris ſunt conditionis; cum his enim prohibemur omnino participare, c. ad menſam 11. q. 3. & Eccleſia Iudæos permittit non iſtos. Fel. in c. conſuluit. de iudæ. Item Iudæi vtiles ſunt fidei noſtræ, vt ex Aug. & Gregor. probat Rol. conſi. 25. nu. 9. lib. 3. Vel dicamus, vt ſupra, Notarium pro ſe inuocare, vel pro Chriſtianis, qui ſint iſtud instrumẽtum quandocunque inſpecturi, non pro cõtrahentibus. Sextò ſunt qui allegant non rectè inter Iudæos dici poſſe, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia Chriſtus non ſit Deus Iudæorum, quem ipſi negant & blaſphemant, d. c. j. & c. cum ſit. de Iudæ. Et ipſe Dominus Ieſus videtur atteſtatus fuiſſe cum dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo: intelligens nempe de illis, qui quærebant illum morti tradere. Et ſic malè videtur dici, noſtri; cum ſolus Notarius ſit Chriſtianus, quod tamen non poteſt imputari Iuſtiniano hic, cum plures ſint cõpilatores Chriſtiani, qui eius nomine loquuntur: Vel quia alloquitur ſubditos ſuos qui omnes Chriſtiani ſunt: Vel quia ſolent Imperatores frequenter plurali numero loqui, vt in multis conſtitutionibus, & reſcriptis apparet. Veruntamen facilis eſt ſolutio, namque potuit Notarius comprӕhendere omnes fideles: vel etiam de ſe tantũ in-
168 telligere ad ſimilitudinem iudicis in ſententia, † qui licèt vnus ſit, poteſt tamen in plurali numero eam cõcipere, & ita ſeruat cõſuetudo. Inno. in cap. ad apoſtolicæ. nume. 2. de re iud. in 6. Bald. ibi in Marg. in verbo, ſententia quibus, & in l. fi. C. de ſent. ex breui cu. recit. Nam & Notarius eſt quaſi iudex, glo. in l. rem non nouam. C. de iud. & ſupra diximus. Vel melius dicemus potuiſſe in plurali illa dictione, noſtri, comprӕhendere Iudæos contrahen-
169 tes, quorum velint nolint, Ieſus † Chriſtus eſt Deus, Bal. conſilio 428. lib. 5. nume. 6. Rol. d. conſi. 25. nume. 11. lib. 3. ut & noſter, & omnium omnino quæ ſunt, iuxta illud Dauiticum Pſal. 88. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, &c. & illud Pſal. 138. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam: ſi aſcendero in cœlum tu illic, & ſi deſcendero in infernum ades &c. quæ verendum non eſt, quin de Chriſto Domino intelligenda ſint. Quod autem ſupra dictũ eſt, eum non eſſe regem vel Deum Iudæorum intelligendum erit

per

per gratiam; quia cum nolunt, ſed eſt vtique per potentiam. Quid concludendum? equidem in hac re ſum admodum anceps: pro communi enim me mouet quod intelligatur Notarius iudicem alloqui, iſtud idem mouit & Alc. hic, qui idcirco credidit, quando notarius loquatur in inſtrumento per modum narrationis (quod vt plurimum contingit) rectè fieri poſſe inuocationem
170 hanc. At ſi in perſona † contrahentium, quod interdum fit. c. dudum. de conuerſione coniug. l. Caius. ſol. matr. vbi Imo. & Alexá. Bal. in cap. i. §. notandum. qui feud. dare poſſ. in l. qui non militabat. de teſtam. mil. in auth. ſiquando. C. de non num. pe. Abb. in c. quod autem. de iu. patr. non conuenit fieri talem inuocationem, quia non eſſet verum, Iudæos contrahere in nomine Christi. ita
171 Alc. Item facit illud, quod inſtrumentum † ſit ad ſimilitudinem ſententiæ. Bar. in l. j. C. de conf. Bar. & Alex. in l. cum vnus. de bon.
172 auth. iud. poſſ. Nam guarentigiatum † habet executionem paratam abſque alia ſentẽtia. Bal. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccl. in l. pen. C. de fideiuſ. Ang. in l. ſi debitori. de iud. Ang. Imo. Alex. Iaſ. & alij in l. ait Prætor. §. ſi iudex, de re iudi. Soc. ſen. conſil. 40. lib. j. & ſupradiximus, certè nemo ſani capitis dixerit, iudicem dicturum ſentẽtiam inter Iudæos non poſſe inuocare Chriſti nomen. Ex aduerſo me mouet huius glorioſiſſimi nominis maieſtas, quæ non patitur ſine timore & tremore, etiam inter Chriſtianos frequenter & irreuerenter exprimi. Et vt odioſum eſt Iudæis, ita ab ijſdem contemni ſolet: Nec decet periculum fieri conſtantiæ illorum, quibus non eſt danda materia tam impiè peccãdi in noſtram religionem; Ad idem facit d. l. Iudæos. C. de Iud. nam ſi ipſi prohibentur per ſemetipſos aſſumere ſignum Crucis longè minus permittetur Chriſtianis ſponte illud illis offerre. verẽdum enim eſt ne quæ ad noſtram religionem ſpectant magis illi ſpernant, ſi eis a noſtris fuerint oblata. Poſtmodum me mouet. c. decet. de immu. eccleſ. in 6. vbi habetur, omnes ad huius no-
173 minis † prolationem genuflecti debere, nomen illud (inquit) qđ eſt ſuper omne nomen à quo aliud ſub cęlo non eſt datum hominibus, in quo ſaluos fieri credentes oporteat, nomen videlicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum adhibitione reuerentiæ ſpecialis attollãt: Et quod generaliter ſcribitur, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſinguli ſingulariter in ſe ipſis implentes, præcipuè dum agantur Miſſarum ſacra

miſteria: glorioſum illud nomen quandocunque recolitur flectant genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur. Quæ quamuis exiſtentibus in eccleſijs dicta ſint: nihilominus æquiſſimum eſt extendi ad omnes Chriſtianos quocunque in loco exiſtant, vbi hoc ſanctiſſimum nomen proferatur. Impium autem & indecorum erit, vt cum ſcriptum fuerit hoc inſtrumentum & coram partibus ac teſtibus legendum fuerit, vt moris eſt in ipſo actu ſtipulationis ſeu ratificationis, dum legitur ſanctiſſima hæc inuocatio nullus aſſurgat, nullus caput vel genua inclinet, ſed omnes vel faciem auertant, vel obturent aures, vel inter ſemetipſos irrideant: Quæ cum perpeti non debeant in noſtræ religionis vituperationem, cauendum eſt etiam quantum fieri poteſt ne contingant. Quapropter magis inclino in hanc, quàm in communem ſententiam. Satis igitur erit ſi Notarius inter eos dixerit: In Dei nomine amen: quod nec à Iudæis culpabitur, qui vt & nos vnam Deitatem admittunt: neque a noſtris, qui
174 in eadem vnitate Deitatis † triplicem perſonam mente concipiemus. Sed nomen Dei pro ipſo verbo Æternitatis & Saluatore noſtro interpretari non eſt alienus ſenſus a ſacris ſcripturis, vt eſt illud Pſal. 53. Deus in nomine tuo ſaluum me fac. & illud, Turris fortiſſima nomen Domini Prouerb. capitulo 18. neque etiam diſpliceret ſi dictum eſſet in Dei nomine, &c. nedum in exemplo, ſed etiam in Originali: Quilibet enim tam Iudæi, quàm Chriſtiani ad ſuum ſenſum abſque vllo ſcrupulo extenderent. Cum itaque determinatum ſit Chriſtianum Notarium non debere inter Iudæos eandem facere inuocationem, quam & inter
175 nos facere conſueuit, videndum ſupereſt quid † ſi facta ſit: an propter hoc nullum erit inſtrumentum? Putant mod. Peruſini
* eſſe nullum: At contra communiter * tenetur, vt de communi teſtatur Crot. hic numero vigeſimoſeptimo. & tenent Alexand. Crot. Horman. Socin. & Alc. hic, & Angel. in Auth. Iuſiur. quod præſt. Mouebantur Peruſini, quia Notarius, qui inuocat faciat contra ius, ergo vitiabitur totum inſtrumentum, argumento regulæ, Quæ contra ius. de regul. iur. in ſexto. Reſpon. vitium erit in ſola inuocatione, vt illa ſola uitietur, ideſt pro infecta habeatur, non inſtrumentum vel conuentio paciſcentium: ad quod faciunt, quæ ſupra diximus de differentia inſtrumenti, & contractus, & ita intelligenda erit d. regula, quæ

contra

contra ius. Vel reſpon. nullum eſſe ius prohibens nominatim dictam inuocationem in inſtrumentis, ſed ſolùm videtur inferri quia in genere ſit prohibitum illud nomen inter Iudæos pronunciari, ita ſupra argumentati ſumus: ſi tamen fiat dicetur imprudenter facta, non tamen negocium erit nullum. Similiter non obſtabit eodem modo reſpondendo. l. non dubium. C. de legibus. Pro parte contraria plurimum ſtringit quòd ſuperflua
176 † non nocent l. quæ dubitationis, & l. non ſolent de reg. iur. l. quæ extrinſecus. de verb. oblig. Quod etſi ſupra dictum eſt non habere locum in ſuperfluis per ſe vitioſis, tamen nefarium eſſet dicere inuocationem hanc per ſe eſſe talem: ſed ſubeſt ſolummodo aliqua culpa Notarij in ſuperabundantia potius quã in defectu: Et hoc propriè eſt errare in ſuperfluis; quando ſcilicet quis pro maiori cautela adhibet illud de quo ſuſpicari poterat, ſaltem apud vulgus, an eſſet adhibendum, vt in caſu iſto: vbi Notarius eſt aliqualiter excuſandus, qui cum ſoleat eam facere in omnibus inſtrumentis, credidit faciendam quoque inter Iudæos: vel ſi dubitauerit, præſertim ſtante hac varietate opinionum Iuriſperitorum, eam fecit maioris cautionis gratia: Vel etiam excuſandus eſt ſi imprudenter erraſſet, ſiquidem nulla lege nominatim cauetur ne fieret: Et eo magis quia habeat conſuetudinem, & communem opinionem pro ea: Conſuetudo
177 † enim excuſat à pœna glo. in cap. denique diſtinct. 4. in cap. cum venerabilis. de conſuet. cap. ſanè. de tempor. excuſ. Alex. in l. de quibus. de legibus. & conſu. 39. li. 3. Rocch. de Curte in cap. fin. de conſu. num. 123. & 126. & etiam quod plus eſt à falſo uerè commiſſo Bald. & Affl. in cap primo de feud. cogn. & præſertim excuſet Notarium Bald. in l. prima. C. de confeſſ. in rub. de fid. inſtrument. Ioan. Andr. & Ant. in cap. ſecundo. eod. titu. Idem
178 præſtat † communis opinio, eſt tex. cum Ba. in l. 2. ad Macedon. habetur enim pro lege l. ſi idem cum eodem, & ibi Angel. de iuriſd. omn. iud. faciunt quæ per Bal. in l. 1. C. de teſtibus Anton. in cap. finem litibus. de dol. & contum. Alexan. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iud. Bal. in marg in verbo. Opinio. qui vult fauore contrahentium & inſtrumenti ſtandum eſſe pro opinione communi etiam contra veritatem. Verum in ſcriptore Iudæo ſecus eſſet, per ea quæ ſupra diximus, quicquid in con-
179 trarium nitatur hic Crot. Quid ſi Notarius † in inſtrumen-

to omittat ſuum ſignum? Hoc quidem videtur eſſe de ſolemnitatibus ſpectantib. ad fidē inſtrumenti: vt poſt ſignacula teſtium in teſtamentis. l. 1. §. fin. quemad. teſta. aper. l. hac conſultiſſima. in princ. C. de teſtam. Sed hæc dubitatio eſt à re noſtra nimis aliena. Curioſus indagator poterit videre Authores de hoc tractantes, quos citat Alexan. hic num. 14. Videat etiam Fely. latè in dict. cap. primo nume. decimotertio de fid. inſtrumentorum. & ibidem Dec. nume. 13. vbi eſt locus ſuus Alexand. conſil. 153. lib. 2. nume. 12. Rom. hic num. 7. Boer. Deciſ. 37. nu. vlt. Hæc ſatis dicta ſint circa primam oppoſitionem Bart.

Finis Liber Primus.

QVÆ-

QVÆSTIONVM PVBLICE TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *GEnitiuorum natura multiplex eſt, quæ tamen à ſubiecta materia regulatur.*
2 *Vſusfructuarius interdum dicitur dominus.*
3 *Genitiuus importat originẽ, etiam ſine dictione, ex, vel ſimili.*
4 *Genitiuus an proprius ad dominiũ referatur, quàm ad poſſeſſionem.*
5 *Delegati iuriſdictio non impropriè dicitur, quamuis ea iure proprio non vtatur, ſed alieno.*
6 *Iuriſdictio neque Dominij, neque poſſeſſionis eſt capax.*
7 *Ceſſionarius ex ſola ceſſione intelligitur conſtitutus procurator in rem ſuam.*
8 *Genitiuus propter ſubiectam materiam poteſt etiam ſolam poſſeſſionem ſgregare.*
9 *Genitiuus etiam ex ſententia DD. non ſemper ſine dominio impropriè ſignificat.*
10 *De Genitiuo quod opinantur DD. in quibus terminis ſit accipiendum.*
11 *L. Seruum Titij mand.*
12 *Seruus ſemper relationem habet ad Dominum.*
13 *Dictiones relatiuæ ex relata voce interpretationem ſumunt.*
14 *L. Qui abſenti. §. 1. de acq. poſſ.*
16 *Fundi appellatione proprietas rei potius quàm eius poſſeſſio deſignatur.*

16 Dominus plus habet in re quàm poſſeſſor.
17 Soli appellatione immobilis rei ſubſtantia denotatur.
18 Poſſeſſio non eſt in re ſed accidens circa rem.
19 Genitiuus an importet dominium directum, & excludat vtile?
20 Res magis pertinet ad dominum directi, quàm vtilis dominij.
21 Quæſtio quid rei, non eſt inculcanda cũ quæſtione quid nominis.
22 L.1.in princ.§.ait prætor.naut.caup.ſtab.103.
23 L.2.in princ.§.in hac.de ui bon.rapt.104.
24 Depoſitarius non poſſidet.
25 Extenſio in odioſis non fit ad impropria.
26 Fit tamen legis authoritate, & quomodo.
27 Extenſio non poteſt duci ab exemplis legumlatorum.
28 Extenſionis materia quare non poſſit certis quibuſdam regulis declarari?
29 Depoſitarius non tenetur de caſu firtuito.
30 Rapina eſt caſus fortuitus.
31 Culpa lata in delictis an æquiparetur dolo? remiſſiue.
32 Domus appellatione intelligitur actus ipſe habitationis, etiam ſine dominio.
33 Domum propriam eſſe cuique tutum præſidium, intelligitur etiam de domo conducta.
34 Familiæ nomen plura ſignificat, interdum corpus plurium hominum vna ex cauſa deſtinatorum.
35 Pronominia meus, tuus &c. an idem importent quod genitiuus.
36 Hæc autem important ſui natura dominium.
37 Niſi dictet contrarium ſubiecta materia.
38 An latius pateant genitiuo?
39 Interdictis terris alicuius intelligitur etiam interdictum ijs quibus vſumfructum habet.
40 Statutum quòd iuramento damnum paſſi ſtandum ſit habet locum etiam in fructuario.
41 Vſusfructuarius ſub lege vel ſtatuto de domino comprehenditur, ſi ſit eadem ratio.
42 Genitiuus ex ſe non magis dominium, quàm poſſeſſionem importat.
43 Vſus appellatione poſſeſſio continetur.
44 Rei nomen ad dominium magis quàm ad poſſeſſionem refertur, & quare.
45 Poſſeſſio eſt quid extra rem in facto hominis conſiſtens.
46 Locus in iure multoties pro corpore immobili accipitur. 84.

Geniti-

47 *Genitorum natura quæ propriè ſit?*

48 *Caſus non poteſt vltra caſum ſignificare.*

49 *Inflexiones non oſtendunt res ipſas, ſed quæ rebus diuerſimodè accidunt..*

50 *Dominium quid?*

51 *Poſſeſſio quid?*

52 *Teſtes deponentes fundum eſſe Ticij non poſſunt ex hoc reprobari quaſi æquiuocè depoſuerint.*

53 *Genitiuus an excommuni vſu loquendi referri videatur etiam ad ſolum poſſeſſorem.*

54 *Vſus loquendi pendet à facto non ab opinione ſcribentium.*

55 *Et ita conſuetudo quælibet.*

56 *Doctori teſtãti de cõſuetudine nõ creditur, niſi fuerit valde famoſus.*

57 *Bartholo teſtanti de conſuetudine an hodie ſit credendum?*

58 *Conſuetudo vt proſit eam alleganti probari debet loci & temporis de quo agitur 215.*

59 *Statutum imponens pœnam capienti rem alterius eſt pęnale intelligendum etiam ex ſenſu Bartoli.*

60 *Statutum hoc An habeat locum in capiente rem poſſeſſam à non domino? & quid ſtante vſu loquendi genitiuorum?*

61 *Quid circumſcripto vſu loquendi, quòd ſic nu.119.*

62 *In reſcriptis res alterius intelligitur, etiam de ſolo poſſeſſore:*

63 *L.2.§.j. de relig.& ſump.fun.78. 84.*

64 *Alienum & alterius an idem importet.*

65 *Alienum an importet alterius eſſe dominium?*

66 *Alienum in ſolo poſſeſſore interdum verificatur.*

67 *Furtum fit etiam poſſidenti non domino.*

68 *L.1.§.1.de ſer.corrupt.*

69 *Alienum, dictio quid propriè ſignificet?*

70 *Poſſumus alienus quis uerè ſit?*

71 *Poſſeſſor bonæfidei cur non agat aduerſus inferentem mortuum in locum à ſe poſſeſſum? 74.77.*

72 *Poſſeſſoris ſiuè bonæ ſiue malæfidei ſit intereſt in ſua poſſeſſione non turbari.*

73 *Prædonis iuſtè intereſt contra extraneos.*

74 *Poſſeſſori bonæfidei an pro mortuo illato detur actio ad quod ſua intereſt?*

75 *Poſſeſſor bonæfidei comparatur fructuario, & interdum proprius accedit domino.*

76 *Dictio, Ideſt, eſt declaratiua.*
77 *Iuriſconſultorum reſponſa nunquam ſine ratione ſunt.*
78 *L. Non omnium cum ſeq. de legibus.*
79 *Vſusfructuarius quare agat contra inferentem mortuum, ſecus poſſeſſor bonæfidei?*
80 *Vſufructuarius non agit contra inferentem mortuum alternatiue ſecundum naturam illius actionis ad remouendum corpus uel loci æſtimationem ſoluendam.*
81 *Prohibitus alienare non poteſt alienanti conſentire.*
82 *Poſſeſſor bonæfidei ſolum vtitur remedijs poſſeſſorijs, non tamen ijs, quibus poſſit proprietati inferri præiudicium.*
83 *Poſſeſſor bonæfidei cur non agat de ſeruo corrupto, & vſufructuarius ſit?*
L. 1. §. 1. de ſeru. corrupt.
85 *Rei appellatione an ueniat poſſeſſio? 92.*
86 *Promittens ſumptus litis pro rei euictione; non tenetur ſi ſola poſſ. ſit euicta.*
87 *Furtum non fit de dominio neque de incorporalibus.*
88 *Sed ſolùs fit poſſeſſionis.*
89 *Poſſeſſio ſine re corporali eſſe non poteſt.*
90 *Dominus in re ſua eſt poſſeſſore fauorabilior.*
91 *Poſſeſſor in multis eſt æqualis domino, & interdum in ſua poſſeſſione præfertur.*
93 *L. 1. de furt. Et princip. Inſt. de obl. quæ ex del. na.*
94 *Poſſeſſio eſt rei vſus.*
95 *Deſiunctiua dictio ſtat interdum declaratiue.*
96 *Poſſeſſio per ſe eſt incorporalis ſed corporalibus adhærens.*
97 *Rei nomen accipitur, vt plurimum pro corpore ipſo.*
98 *Statuta an quia ſunt ſtrictè interpretanda non extendantur ad impropria?*
99 *Statuta recipiunt quamlibet interpretationem ex proprietate ſermonis.*
100 *Extentio non eſt quæ fit ex proprietate ſermonis, ſed declaratio.*
101 *Pœnalia ſui natura reſtringuntur.*
102 *Quid in habentibus fauorem publicę vtilitatis. 111.*
105 *Extenſiones quæ à iureſconſultis antiquis facta reperiuntur, a noſtris DD. trahi poſſunt ad exemplum.*
106 *Iuriſconſulti noſtri temporis eandem in interpretando poteſtatem habent, quàm habebant antiqui.*

Statutum

107 *Statutum imponens pœnam ingredientibus domum alterius, intelligitur de domo etiam conducta.*

108 *Statutum quòd muliere decedente in domo viri, vir lucretur partem dotis, habet locum etiam ſi decedat in domo à viro conducta.*

109 *Actio vilis non ſemper competit extenſiue.*

110 *Vſusfructuarius plus iuris bēt in re, quàm poſſeſſor, & quomodo ijs.*

112 *Statutum quod occupans rem alterius puniatur certa pœna, quam habeat rationem?*

113 *Statuta quamuis pœnalia in dubio præſumuntur, potius priuatam, quàm publicam vindictam proſequi.*

114 *Statuta in dubio interpretantur ſecundum ius commune.*

115 *Etiam ſi opus fuerit recedendo à proprietate verborum. 182.*

116 *Et quomodo ſit hoc intelligendum?*

117 *Statuta non ſunt interpretanda, vt à iure communi recedatur; etiam ſi modus interpretandi fieret ſecundum ius commune.*

118 *Statuta corrigentia ius commune non interpretātur ſecundum illud.*

120 *Statutum quòd non continet cenſeretur relictum in diſpoſitione iuris communis.*

122 *Statutum de occupante rem alterius habet locum in occupante rem vacantem.*

123 *Statutum iſtud declarat iniuſtam poſseſſionem occupantis.*

124 *Poſſeſſio iniuſta non dicitur, quia a domino, ſed quia à quieto poſſeſſo re capta ſit.*

125 *Rei appellatio quàm generalis ſit? Et quid in dicto ſtatuto importet rem alterius?*

126 *Poſſeſſio rei alienæ dicitur de patrimonio, poſſidentis.*

127 *Statutum puniens occupantem rem alterius, an comprehendat dominum occupantem rem ſuam ab alio poſseſſam?*

128 *Statuta etiam odioſa interpretationem capiunt a communi uſu loquendi.*

129 *Statuta quantumuis ſtrictè interpretari debeant, tamen admittunt interpretationem ex vſu communi.*

130 *Odioſa non reſtringuntur contra vſum communem loquendi, ſed sm̄ illum interpretantur. 168.*

131 *Vſus loquendi quomodo & quo tempore probari debeat? remiſſiue, & nume. 213.*

132 *Verba naturaliter ſignificare, & eadem eſſe ad placitum quomodo intelligendum?*

133 *Nomina eſſe debere conſonantia rebus, quid importet?*

L. Labeo.

164 *Etymologia eſt nominis definitio.*
165 *Vſus loquendi quomodo improprius ſermo dici poſſit? 178.*
166 *Vſus loquendi poteſt efficere proprium ſermonem, & quomodo.*
167 *Improprietas communiter recepta ſeruari debet, etiã in odioſis. 171.*
169 *Vſus loquendi poteſt etiam cum naturali vi vocis conſentire.*
170 *Patrisfam. appellatione, qui proprie de iure contineatur?*
172 *Bartholus rarò fuit ſibi contrarius.*
173 *Indefinita in pœnalibus, an æquipolleat vniuerſali?*
174 *Indefinita vt æquipolleat vniuerſali fit ex benigna interpretatione nõ ex proprietate.*
175 *Indefinita æquipollet vniuerſali ex vſu loquendi.*
176 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in ſtatutis.*
177 *Indefinita pronunciata à lege æquipollet vniuerſali, & quid vere in ſtatutis?*
179 *Statutum de nepote non intelligitur de filio fratris. 208.*
181 *Vtilis actio plerunque datur vbi ſubſit mens legislatoris, deſint tamen verba.*
183 *L. ſi vxor. §. 1. de adult.*
184 *Prouerbium, non ſoli Atridæ vxores ſuas amant, quid importet.*
185 *Vxor iuſta quæ propriè dicatur?*
187 *Verba ſunt intelligenda ſecundum mentem proferentis.*
188 *Interpretatio ex vſu loquendi potior eſt omni alia.*
189 *Regula, Mitius agi cum lege, quàm cum homine, præcipuè in interpretatione verborum procedit.*
190 *Vſus loquendi interdum reſtringit ſignificationem.*
191 *Statuto ſtante quòd ſtatuta intelligantur nullo extrinſecus addito, an excludatur interpretatio quæ fit ex vſu communi? 198.*
192 *Quid ſi tale ſtatutum dicat ſtatuta intelligi debere prout iacent, vel plane, vel quod ſtent præcisè?*
193 *Dictio præciſe, in ſtatuto an idẽ importet ꝙ nullo extrinſecus addito?*
194 *Statuta interpretari prout iacent & nihil extrinſecus addi, idem eſt.*
195 *Poſitio vnius inter pugnantia eſt excluſio alterius.*
196 *Statutum, quod ſtatuta ſint intelligenda prout iacent, poteſt intelligi excludere ſolum inanes, & friuolas interpretationes.*
197 *Quid ſi in eodem ſtatuto iunctim dictum ſit eſſe intelligenda, prout iacent, & nullo extrinſecus addito?*
199 *Interpretatio quæ fit ex vſu communi intrinſecas potius quàm extrinſeca dicenda eſt.*
200 *Significatio vocum intrinſeca ſumitur ab intentione proferentium.*

Statutum

201 *Statutũ, quod ſtatuta intelligantur nullo extrinſecus addito, quid operaretur, ſi non excluderet interpretationem ex vſu loquendi?*

202 *Extrinſecus ſeu extraneus intellectus, quis eſſe intelligatur?*

203 *Extrinſecum & extraneum, dictiones multum conueniunt, & vtraq; vnde dicatur.*

204 *Conſuetudo eſt pars iuris ciuilis.*

205 *Arbitri de iure iudicaturi, poſſunt ſecundũ conſuetudinem arbitrari.*

206 *Statutum quod ſtatuta intelligantur nullo extrinſecus addito, quo caſu intelligatur excludere impropriam ſignificationem, quamuis vſu receptam? & quo non?*

207 *Statutum loquens de inteſtato, an comprahendat pupillum? Pupillus vſu communi Hetruriæ inteſtatus dicitur.* 223.

208 *Filios fratris ex vſu nepotes dici.*

209 *Statuta condita à vulgaribus, ſecundum vulgi vſum interpretari debent.*

210 *Statuentes periti præſumuntur ſolum vitaſſe groſſa quadam vocabula plebis.*

211 *Statuto ſtante quod ſtatuta ſint interpretanda propriè, an ex hoc excludatur vſus communis loquendi?*

212 *Vſus loquendi probari debet.*

214 *Et ſpecificè in caſu de quo agitur.*

215 *Et an probari poſſit per tempus immemorabile? quod ſic; Et etiam per famam.*

216 *Vſus loquendi notorius non probatur.*

217 *Vſus loquendi iure approbatus non eget alia probatione.*

218 *Vſus loquendi præfertur ſignificationi iuris communis.*

219 *Vſus loquendi habet locum in teſtamentis & in verbis iudicis.*

220 *Et in contractibus.*

221 *Et in depoſitionibus teſtium.*

222 *Doctori teſtanti de vſu communi, an & quando credendum ſit?*

223 *Inteſtatus vſu Tuſciæ dicitur etiam inteſtabilis.*

224 *Pecuniæ nomen vſu communi ſolum numeratam comprahendit.*

225 *Inſtrumentorum appellatione vſu communi non veniunt teſtes, nec priuatæ ſcripturæ.*

226 *Nec fratris appellatione conſobrinus vel ſoror.*

227 *Conſanguineus ex vſu dicitur quilibet coniunctus.*

228 *Vſus communis excuſat à pęna.*

229 *Blaſphemandi vſus non excuſat a pœna blaſphemiæ.*

230 *Conſuetudo priuata delinquentis auget, non minuit pœnam.*

Agendum

AGendum eſt nunc circa ſecundam Barto. oppoſitionem, de vi ac natura genitiuorum, necnon de ſtatutorum interpretatione: nedum in quibuſdam expreſſis ſpeciebus, ſed generaliter de omnibus: Materia quidem vtraque & in praxi vtiliſſima, & in ſcholis diligenter pertractari ſolita. Non minorem igitur nunc (Cariſſimi Iuuenes) attentionem cupio, quàm in ſuperioribus præſtitetitis. Opponit Barto. pro declaratione alterius notabilis, quòd imò genitiuus caſus ſoleat demonſtrare dominium, non cauſam efficientem vel materialem, vel formalem; Reſpondet & infert ex reſponſione, ut per eum, cuius dicta ſatis ſit verbotenus retuliſſe. Idem dixit in l. 1. §. poteſtatis. de pecu. & in rub. j. Cod. Plura ſunt quæ dicit hic Barto. Nos vero à Iaſ. in ordine parum diſcedentes, deducemus omnia eius placita ad tria capita: Quædam enim dixit præfiniendo vim genitiuorum: Quædam ſpecialiter infert ad ſtatutum, Quòd ingrediens vel occupans rem alterius teneatur certa aliqua pœna. Quædam generaliter enunciat de omnium ſtatutorum interpretatione, quæ erunt quàm vtiliſſima.

1 Circa genitiuos Bar. videtur tria aſſerere. Primum illorum † multiplicem eſſe naturam, eamque regulari à ſubiecta materia. Qd admittunt poſt Barto. hic Caſt. Cum. Alexan. Iaſ. & omnes Item Alexan. & Iaſ. in l. ait Prætor. de re iud. Dec. & alij in rub. de iuriſd. omn iud. Sal. & alij in prima Rub. C. §. Nunc deſcendendo. nume. 3. Alex. conſi. 125. nume. 8. lib. 2. conſi. 35. nume. 14. lib. 4. * conſi. 98. nume. 8. lib. 6. Corn. qui teſtatur de communi * conſil. 137. circa medium. conſi. 201. verſiculo, Tamen his. lib. 1. & melius conſi. 247. nume. 16. lib. 2. conſi. 304. nume. 10. lib. 3. conſilio 24. nume. 11. lib. 4. Imò in rub. de verb. obl. nu. 13. Ruy. conſilio 152. nume. 11. conſi. 149. nume. 7. lib. 2. conſi. 24. nume. 4. lib. 3. Rol. à Valle in tract. de lucr. dot. q. 98. Didac. quæſt. famil. cap. 11. lib. 1. Vult ego Bartolus genitiuum poſſe ſignificare cauſam efficientem, materialem, formalem: rurſus dominium, poſſeſſionē ex ſententia antiquorū Grāmaticorum, ut inquit etiam in d. §. poteſtatis. ſed expreſſius in d. rub. j. Cod. Addunt Alex. Iaſ & alij ſignificationes alias cōplures: quāuis nō abſq; controuerſia in quibuſdā: Vt puta q ad dominiū vtile referantur. Item ad ius domicilij, vel iuriſdictionis, vel nudę detentationis, quinimo ad ſolā confœderationem, quam principes, populi, & Ciuitates inter ſe

habent

habent. Item ad ſolum vinculum amicitiæ vel cuiuscunque cõnexitatis, vnde vxor dicitur eſſe mariti, & Achates Aeneæ. Item
2 ad vſumfructum, propter quem interdum vſufructuarius † dicitur dominus, l. vtifrui. ſi vſusfr. pet. not. in l. qui vſumfructum de verbor. oblig. & tractat Alex. & alii poſt eum in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir poſſ. Eſtq; bonus tex. in l. 4. de vſufr. in l. ſi cum filius. §. dominus, & in l. Mæuius. §. fundo. de leg. 2.
3 Item volunt importare † originem, quod intelligit Iaſ. cum dictione, ex, vt puta deſcedentes ex progenie fratris. Sed quæsò qđ ſi dictum eſſet progenies fratris, vel filij, vel deſcendentes fratris mei? certe & tunc ſine dictione, ex, originem oſtenderet, ꝙ quidem puto eſſe proprijſſimum huius formæ loquẽdi: & ideo dicatur genitiuus, quia generationem præſeferat. Item volunt ſignificare ius adminiſtrationis. Addunt & cauſam finalem & etiam cauſam iniuſtam poſſeſſionis. Item dominium ſub Spe. Itẽ temporis prẽfinitionem perfectam. Bar. in l. ſi cui legetur de cõd. & demon. Celſ. Vgo. conſi. 38. nume. 11. Item tempus præſens. Corn. conſi. 14. nume. 7. lib. 3. licèt hoc videatur contra illud, qđ importet dominium ſub ſpe: ſed in tanto aceruo ſignificationũ, non mirum ſi quæ inter ſe contrariẽtur. Et ſic multiformes ſimilesq; alias ſignificationes licebit colligere, quas paſſim, & cõfusè 1
DD. enunciant, vt cum frequentiſſimus ſit iſte modus loquendi, tot nihilominus videãtur ferè ab Interpretibus colligi ſignificata, quot ſunt eius locutionis exempla: Quapropter vt ea omnia vno verbo comprænhenderent, dixerunt à materia ſubiecta regulari, atq; hac una regula oĩa exempla genitiuorũ moderẽtur: Qđ tñ me iudice, nihil aliud eſſe vr̃, q̃ conſtanter aſſerere de hoc nihil certi poſſe affirmari, quo nihil verius. Soc. hic & qdã alij moderniores nituntur quaſdã generales regulas cõſtituere, quas per voſmetipſos videatis: non. n. ſemper vtile fuit de ſingulis diſſerere. Scdò aſſeruit Bar. Genitiuos † proprius referri ad dominiũ,
4 q̃ ad poſſeſſionem, qđ expreſſius voluit in d. §. poteſtatis, & in d. rubri. 1. Cod. Idem dixit Bald. in l. 1. §. item Pomponius. naucaup. ſtab. & in cap. j. de poſtu. prẽlat. Alex. Iaſ. Dec. & Curt. Iun. in rub. de iuriſd. omn. iud. Alex. & Iaſ. in d. l. ait Prẽtor. de re iud.
5 Quamuis ibi ſentiat Iaſ. iudicis delegati † non impropriè dici iuriſdictionem: & tamen propria eius non eſt. l. 1. §. qui mandatã. & l. 2. de offi. eius. l & quia. de iuriſd. om. iud. idem voluerunt in d. rub. Dec. Rim. nu. 3. Cur. iun. n. 7. & Cag. in rub. ſi quis ius dic.

non

6 non obtep. Sed aliud eſt in iuriſdictione † quæ cum incorporalis ſit neq; dominij eſt capax, iux. not. in l. 4. de vſufr. & latius in l. ſi quis vi §. differentia. de acq. poſ. Neq; poſſeſſionis. l. 3. in prin. vbi gl. de acquir. poſſ. l. ſequitur. §. ſi viam. de vſucap. cum ſim. Sicuti enim ſeruitutes, quas alicui in domo vel fundo tuo conceſſiſti non impropriè illius dicuntur. §. fi. Inſt. de ſeru. præd. & actiones illius, cui tu eas contra tuum debitorem ceſſiſti. l. 3. fam. her-
7 ciſ. vbi gl. probat Ceſſionarium † ex ſola ceſſione conſtitui procuratorem in rem ſuam, ad quod etiam facit l. ſi procurator. §. fi. mand. Bal. in l. j. col. 4. C. de act. & oblig. & in add. ad Spec. in tit. de ceſſione act. verſi. eo ipſo quo conceditur: ſic iuriſdictio, quæ in delegatum transfertur propria illius dicetur, quàmuis non iure proprio ea vtatur l. cognitio. §. cum propriam. de off. eius. cum ſim. & ita ſentiunt præfati Doct. Hæc tamen ſolent frequenter interpretes perturbare in d. rub. de iuriſd. omn. iud. & in rub. de offic. eius. & Canon. in cap. eius iuriſdictio. & in cap. fina. de offic. delegat. Non tamen perturbant excellentem admodum ac facundiſſimum. D. Cynum Campanum, quem honoris cauſa nomino: cuius tanta eſt in dicendo facundia, tantaque in interpretando iuris ſcientia, quanta vix vltra deſiderari poſſit. Quæ igitur hic incidenter de iuriſdictione delegata, an delegati propria dici poſſit vel nè, ſuborta eſt difficultas ipſe fœlicitate ingenij, atque vbertate dictionis, perlucidè in matutinis horis, quæ ſuæ ſunt explanabit? At nobis ſat erit ex modico noſtro penore deduxiſſe iam dicta: quibus ſatis conſtare poteſt quicquid de iuriſdictione delegata in rem præſentem adducitur haud ſatis appoſitum eſſe. Cum Bar. tenuerunt etiam Franc. Are. in l. qui abſenti. §. ſi quis. de acq. poſſ. Soz. in l. rem quæ. cod. ti. & in conſ. 74. lib. j. Corn. in cõſilijs ſupra citatis & in cõſ. 14. n. 5. lib. 1. cõſi. 100. n. 15. li. 2. conſi. 278. n. 13. li. 3. conſi. 282. n. 12. lib. 4. Ale. conſi. 35. nu. 14. lib. 4. conſi. 171. num. 3. lib. 6. Gozad. conſi. 82. nu. 7. Barb. conſi. 50. col. 6. lib. 1. Ruy. conſi. 65. nu. 4. lib. 2. Paris. conſi. 21. nu. 32. li. 2. conſi. 58. n. 57. li. j. Cur. iun. conſi. 294. n. 53. lib. 3. Rim. iun. conſ. 128. n. 37. cõſ. 186. n. 25. conſ. 190. n. 67. li. 2. cõſ. 8. n. 56. li. j. Ang. in l. j. §. hæc actio. ſi quis teſt. li. eſſe ius. fue. Abb. in c. quia V. n. 4. Fel. & Dec. n. 4. de iud. Car. Alb. ad Bar. hic & in d. §. poteſtatis. qui multos cumulat: Et tandẽ ita aſſeruerunt hic Caſ. Imo. Alex. Iaſ. Alc. & cæteri qui & alios congerunt, pręſertim Nicon. ad ſaturitatẽ. n. 140. Ro. cõſ. 180. in fi. Caſ. conſ. 11. li. 2. Bar.

Bellencin. in trac. de Charitat.ſubſidio q.122.nu.5.Rol.de luer. dot.q.98.Et demum quia in hanc ſententiam iuerunt ferè omnes Flor.& Senen.appellauerunt hanc communem * concluſionem Doctorum: idem Cagn.in proœm.Dig.n.17. At Cum.hic n. 5.videtur ſentire genitiuorum naturam omnino difformem eſſe idem tenet Sayſell.etiam de proprietate ſermonis; aſſerentes nõ poſſe de hoc certam dari doctrinam: idem tenet Cro. hic & Ro. ſaltẽ de iure canonico.n.12.de quo tamen Ale.ait quòd in hoc ar

8 ticulo nihil boni firmat. Conſentiunt autẽ omnes propter † ſubiectam materiam,vel cõem loquendi vſum, poſſe importare interdum nudam poſſeſſionem,vt dicit Bar.in l.parui per illũ tex. naut. caup.ſtab.in l.2.§.hac actione.de vi bon.rapt. ſentijt etiam gl.in l.fi.C.de ed diu.Hadr.toll.in verſi.fuerunt per illũ text.quãuis nominatim de genitiuo non exprimat. Idem voluit Curt.in d.rub.de iuriſd.omn.iud.Affl.deciſ.239.nu.5. Menoc. de recup. poſſ.remed.15.in prin. Vltra ſupra citatos,& alios quos citat hic Iaſ.& cæteri.Hæc communis concluſio eſt antea declaranda poſt modũ examinanda.Pro declaratione aduertendum eſt,quia non

9 credimus eſſe ex ſententia † DD. vt impropria ſit quælibet locatio per genitiuum ſi nõ ad dominium referatur,cum apud quoſcunq; authores in alijs ſignificationib. frequentiſſimus ſit genitiuorum vſus. Quinimo etiam apud eoſdem met interpretes de ea re tractantes:& quidẽ quid videri poſſet magis abſonum,quã dum diſputatur de propria ſignificatione genitiui,improprie eo vti? exempla autem cuiq; licebit ab eorum ſcriptis dictantiſq; haurire.Et ſi quis dixerit poſſeſſionem eſſe Titij, quis vnquã improprietatis nomine locutionem iſtam damnabitur? Et tñ hoc rectè dictum eſſe vult Spec.ti. de probat.§.Videndum verſic.Sed

10 ponè.nu.11.& nemo inficiabitur.Sed rẽm hanc † à DD. his puto terminis agitari: An ſcilicet illis caſibus quib.genitiuus poſſet referri ad dominium,& ad poſſeſſionem quoq; potius in dominio ſit intelligendus? Vt ſi dixerimus rem Titij cum rei Titioque accidat & dominium & poſſeſſio: & vtrunq; poſſit tum coniunctim, tum ſeparatim eſſe Titij, an adeo dominium includatur, vt quantum ad ſolam poſſeſſionem ab eo ſeparatam,non rectè dictum fuerit rem eſſe Titij, ſi is in re tantum poſſeſſionem habeat? Hoc animaduertens Dec.in d.c quia.V.de iud.declarando hanc communem cõcluſ.dixit genitiuum non importare dominium cum ſubiecta materia non patitur. Et his terminis tra-

ctari

etari quæſtionem ab interpretibus, ego quoq; arbitratus ſum ex ijs ad quæ ipſi inferunt de quib. poſtea: quod etiam clarius fiet ex tunc dicendis. Nō autem erit inutilis inquiſitio hæc pro multorum ſtatutorum atq; conſtitutionum interpretatione, de quibus in foro ſæpius agi contingit: Sed etiam pro multarum noſtri ſcripti iuris legum intelligentia, quæ frequēter tum in foro tum in ſcholis veniunt ſtrictè interpretandæ: Non igitur eſt ſpernenda quæſtio, quaſi in ea videamur grāmaticos agere. Primo itaq; quòd dominium magis quàm poſſeſſionē genitiui præſeferant
11 allegat Bar. tex.† in l. ſeruum Titij. mandati. vbi dicitur ſeruus Titij non autem meus, quamuis cum poſſideam bonafide. Reſp. ex alio ibi nos eſſe in claris, non enim dicitur ſimpliciter ſeruus Titij, ſed quem ego, inquit, ab alio emi, & poſſideo: ſi igitur ego ſum qui poſſideam, vtiq; nō poteſt in Titio ſignificari poſſeſſio arg. l. 3. §. ex cōtrario. de acq. poſſ. Sed & alia ratione dicimus exēplum illius legis & l. ſi hæredis ſeruus. de leg. 1. & l. ſi ſeruus cōmunis Mæuij & caſtrenſis peculij. de ſtipul. ſeru. & l. ſi poſtulauerit. §. de eo. ad l. Iul. de adult. quam pro communi allegat hic Soz. cum multis alijs, quæ in eundem ſenſum deduci poſsent, nihil
12 facere: nam ſeruus † relatiua dictio eſt ad dominum & quidem ratione dominij, vnde dominus dicitur: Et ſeruitus definitur cōſtitutio iuriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. §. 1. Inſt. de iure perſ. ſic dictio, ſeruus, ex ſe ipſa refertur ad dominum & ad dominium: idcirco fit, vt alienus cenſeatur etiam is in quo habeam vſumfructum. §. ſeruus alienus. Inſt. de hæred. inſt. Quamobrem in illis legibus & ſimilibus dicerem importari dominium ex ipſa dictione, ſeruus, nō ex vi genitiui, vt probatum eſt per definitionem ſeruitutis: Idem dicendum de quacunq; alia dictione ſimili: Quid enim ſi dictum eſset dominium Titij? quis dubitare auderet, quin hoc ſermone excludatur poſseſſio? Primò itaq; ſemper attendenda erit vis adiunctorum verborum, ut paulò ante dicebamus, deinde loquendi for-
13 ma ſi vis verborum erit dubia. Et præſertim † incumbendum cēſeo in omnes dictiones relatiuas, quia hę non ex ſe tantum, ſed à vi quoq; relatorum verborum interpretationem capiant. Scdò
14 l. qui abſenti. † §. 1. de acq. poſs. ubi illa verba ſi ipſius fundus eſſet, intelligūtur de dominio. Reſp. quia & ibi conſtabat non poſſe intelligi de poſseſſione: illa enim erat, quæ trāsferebatur ſub cōditione ſi accipientis fundus eſset. Prætérea illa ſunt verba le-

giſlatoris non autem transferentis poſſeſſionem: quem credendum eſt dixiſſe, ſi fundus tuus ſit, non autem per genitiuum.

15 Item dicerem, vt ſupra fundi † appellatione dominium & proprietatem proprius deſignari, quàm poſſeſſionem, vel vſumfructum. l. filios hæredes. l. ſi Titio fundus. de vſufruc. legat. vbi Bar. l. qui vſumfructum. de verbo. oblig. Bald. in l. cum quæſtio. C. de leg. Corn. conſi. 236. nu. 12. lib. 4. vbi dicit idem venire appellatione rei, Quamobrem nec quod conſiderat Soz. de vſufructu quicquam facit, non mirum igitur ſi cõditio, ſi fundus accipientis eſſet, nõ intelligitur verificata, ſi is tantummodo poſſeſſor eſſet vel vſufructuarius. Tertiò allegat Soz. l. fi. de publ. vbi illa verba, ſi res poſſeſſoris non ſit, interpretantur. de vero domino non de bonæfidei poſſeſſore. Clara eſt reſponſio nam dictio, poſſeſſoris, poſſeſſorem excludit, non autem modus loquendi per genitiuum: tantundem proculdubio eſſet ſi dictum fuiſſet, ſi ad poſſeſſorem res nõ pertinebit: vel aliter quàm per genitiuum: quo modo enim poteſt de poſſeſsore intelligi, quòd ab eo expreſsè, excluditur. Quartò idem allegat. l. ædibus inf. eodem. ibi, nec ad rem pertinet, cuius ſolum ſit, in quo opus fiat. quod interpretandum eſt de domino propter verba quæ ſequuntur, ſed quis eius ſoli poſſeſsor inueniatur, Reſpon. hæc ſequentia verba oſtendere ibi ſubiectam materiam non pati, vt genitius exponatur de poſseſsore, de quò ſpecialiter expreſsum eſt: Facillimum enim erit reperire multoties dici rem alicuius ratione do

16 minij ad differentiam poſseſsoris; plus enim dominus † in re habet, quàm poſseſsor iux. tradita in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſs. & l. ſi quis vi. §. differentia. eod. titu. Præ rerea tentari poteſt, vt ſupra dictum eſt de dictione, ſeruus, &

17 dictione, fundus, ita hic in dictione ſolum † eſse vim denotandæ proprietatis, & ſubſtantiæ rei immobilis: potius quàm poſ-

18 ſeſſionem, quæ accidens † eſt extra rem l. quæſtio. de verborum, ſignification. & ſolemus declarare in l. 1. de acquiren. poſseſs. Nec dictio, ſolum, multum diſtat à dictione, fundus, d. l. quæſtio. & l. 1. §. hoc interdictum. de vi & vi arm. Quintò l. ſi do-

19 mus. † §. fina. de leg. 1. vbi probari volunt genitiuum importare dominium directum, & excludere vtilem: facit ibi, Quamuis fundus vectigalis municipum ſit: Ille verò qui tenet fundum hunc, ſolum dicitur in eo ius habere, vt idem tex. probat Reſpondet Soz. illud ibi eſse propter ſubiectam materiam, nec aliud:

quæ

quę rñſio eſt nimis gñalis, nullaq́; eſt lex, quæ non ita pollet ſol ui. Nos rñdemus negari non poſſe quin ibi dicatur fundus etiã eius qui legat, quinimò expreſsè dicitur habere ius in re pp qđ ſubſtinetur legatũ, ſic & eius dicitur fundus aliquo ſaltem reſpe ctu, ſimiliter & fructuarius qui ſolũ habet ius in re interdũ dici tur dominus. l. 4. de vſuf. cũ ſim. vẽs. quis rectè dicatur etiam pro prietarij tota res eſſe. l. rectè. de uerb. ſign. Et dominus, ideſt poſ ſeſſor, exponit gl. in l. ſi finita. §. Iul. in tit. j. Vel dicerem vt ſ. illud eſſe ob dictionem, fundus, quæ ſecũ infert proprietatem d. l. quæ ſtio. Vel generalius reſponderem in eo tex. & ſimilib. multis agi

20 de re † nõ de vi uerborum, & eſt ſenſus, quòd magis pertinet res ad dominum directi, quàm vtilis dominij, ſed illud quod ad dominum vtilis pertinet æquè propriè poteſt exprimi per genitiuum, ſicut illud quod ſpectat ad dominum directi: Sæpè enim

21 ſolemus ab alijs irrideri, dum de quæſtione † nominis, qualis eſt hæc noſtra, ad quæſtionem rei, & èconuerſo tam facilè digredimur. Vltimo l. 2. §. j. de relig. & ſump. fun. qui text. arctius ligat quolibet alio: Nam agitur ibi ex profeſſo de interpretandis illis verbis, in locum alterius, concluditur dominũ ſignificari & excludi bonæfidei poſſeſſorem. Sed in quæſtione ſequenti latè tractabimus de hoc tex. & eius ſolutione, quæ tunc dicentur hic de

22 ſeruient. In contrarium allegat Bar. l. j. in prin. & §. ait Prætor. † cũ ſeq. qui incipit item Pomponius. aliàs eſt l. Parui. nau. cau. ſtab. nam in edicto dicitur, Quod cuiusq; ſaluum forè receperint, Et tamen habet locum, etiam ſi a non domino accipiant: ſatis enim eſt ſi deponentis interſit rem ſaluam fore. Barto. reſpondet illud ex lata ſignificatione fieri, quod admitti poteſt p uerſi. Etenim. ea l. Etenim, inquit, nobis magis quàm quorũ ſunt debent ſolui: quaſi dicat, licèt propriè uerba edicti videãtur importare dominum, nihilominus bona eſt interpretatio Pomponij, vt comprehendatur in edicto, etiam non dominus, quia deponenti reſtituendæ ſunt; nec eſt curandum dum repeto rem à me depoſitam an eius eſſem dominus, quapropter Soz. ponderabat hũc tex. po tius pro opinione cõi, ſed neq; pro ea facit ꝓpter ſubiectam materiã, quæ ſatis apparet, quia ibi de poſſeſſore agitur expreſsè ad

23 differentiã dñi. Secũdo l. 2. † in prin. iũcto §. in hac. de vi bon. rapná in prin. ponitur edictũ, in quo hęc verba cõtinentur, ſiue cuius bona rapta dicẽtur, quæ in nõ dñis, quoq; locũ habẽt, videli-

24 cet ſi eorũ interſit, & ẽt in depoſitario, qui nec poſſidet † quidẽ l.

3.§.ſi rem.l.qui vniuerſas.§.fin.l. ſi rem mobilem.vbi glo. de acq.
poſſeſſ. Bart.reſpondet eodem modo illud ſummi ex lata ſignifi-
catione: quod & hic ſuſtineri poteſt, quia interpretatio illa fit
25 in odium raptoris Et quamuis non liceat in odioſis legem.† ex-
tendere ad caſum minus propriæ ſignificationis.cap.in pœnis.&
c.odia.de reg.iur.in 6.l.pœnales.ad l.falci.l.prætor.§.1. de iniur.
26 tradunt DD.in l.ſi verò.§.de viro.ſolut.matr. Poteſt † tamen hoc
facere alia lex interpretatiua,qa lex benè noſcit cauſas odij qua-
tenus extendi debeant, prout in iure quàm ſępiſſimè factum vi-
demus.In hoc autem,vt mihi videtur,multi ſeſe decipiunt,putã-
27 tes ſibi licere † extendere,quia alio in caſu fortè ſimili viderunt
legiſlatorem extendiſſe: ſed ei authoritate legis licuit,quod non
28 licet omnibus.Et hic fortaſſe fit vt † materia extentionum videa-
tur in iure tam periculoſa,& obſcura: Etenim Rom. in d.l. ſi ve-
rò.§.de viro: dixit impoſſibile eſſe eam ſub certis regulis declara-
re,quod incidenter dictũ ſit.ſanè hęc Bar.reſponſio probabilior
eſt illa Croti , dum inquit extẽſionem ibi factam ex identitate ra
tionis,quod fieri poſſe vult per l.filium habeo.ad Maced.& gl.in
cle.1.in verſi.eligantur.de electio. Nam ipſemet ſibi contradicit
vt patet ex ijs quę paulo poſt connectit;Etenim quis vnquam di
ceret eandẽ eſſe rõnem in domino,& in depoſitario, nec tex.ille
hoc ſentit vt potuiſſet Crot.animaduertere,ſi integrũ.§. perlegiſ-
ſet,dũ in eo hẽtur,ſiquis igitur intereſſe ſua vel modicè docebit,
debet habere vi bonorũ raptorũ actionem: Hęc eum non vidiſſe
iure ſuſpicari poſſum,quia in fine huius quęſt. idem circa hunc
29 tex.dubitat,qũo † depoſitarius, qui nõ tenetur de caſu fortuito,
30 l.quod Nerua. depo. habeat illam actionẽ: ſiquidem rapina † in
ter caſu eſt fortuitos.l.ad res.commod.ſi ipſe hunc tex.perlegiſ-
ſet reperiiſſet iuriſcõſultũ occupaſſe difficultatẽ eamq; reſoluiſ-
ſe,nec opus fuiſſet intelligere de depoſitario,qui latã culpã ad-
miſerit & intermiſcere difficultatẽ à re noſtra penitus alienã,an
31 in delictis lata † culpa ęquiparetur dolo, vt ipſe fecit. Nec aliter
fuiſſet Cro.ſuę difficultati reſpõſurus,q̃ per verba ipſiuſmet tex.
ſed & illud ẽt fuit minus appoſitũ,quia ex parte depoſitarij non
cõſiderabatur an dolũ vel culpã admiſerit, ſed ſolũ an illa actio
ei detur,& non cõtra eũ: Idcirco ſequamini B.ſolutionẽ, vel dica
tis verba illa in edicto,ſiuè cuius bona rapta eſſe dicẽtur,ſpecta-
re ad dñm,nã is certè actionẽ hẽt;alij verò qui ponũtur in d.§.in
hac cõtinẽtur in edicto ſub illis alijs verbis,ſicui dolo malo ho-

minibus

minib.coactis dãni quid factũ eſſe dicetur, quę in prin.d.l.2.reci tãtur,& ita ſoluit Ruy.infra in quæſt.ſeq.& bñ. Tertiò.l.lex Cornelia.verſi.lex Cornelia iũcto §.domũ.de iniur.nã quod lege Cornelia cauebatur, ſi q̃s domũ eius ui ingreſſus fuerit teneretur, in d.§.domũ, exponitur ẽt de domo conducta. Bar. reſpondet vt ſ.& eſſet bona rñſio, nã principaliter cõpræhẽditur domus propria: ſed extenditur ẽt ad habitantem in domo non ſua, ob gñalitatẽ, verborũ,& ex identitate rationis, quicquid hic ponderent Crot. & Paris. qui volũt maiorẽ eſſe rationẽ in eo qui de domo ꝓpria expellitur: nã & ſi in damno ſit maior rõ, ibi tamẽ iniuria principaliter attenditur,& de ea potius q̃ de damno agitur, vt probat

32 rub.cum toto tit.Vel reſponderem dictionem domus † ſignificare non ſolum ædificij corpus,ſed etiam nudũ actum habitationis, Vnde non impropriè dicitur mea domus in qua actu habitem licèt corpus ipſum alienum ſit, ſecus fortè ſi dicerem meas ædes vel meum ædificium: ſic itaq; ex dictione, domus, fit illa interpretatio, non ex vi genitiui: atq; ita ſoluit Ruy.& alij communiter * in ſequenti quæſtione. Ad quod facit l. qui domum.& l. nec in ea.de adult.l.j.§.domũ.de aleæ luſu & aleat.& eſt bonus tex.in l.in lege.Cenſoria.de verb.ſign.Eam domum, inquit, vnicuiq; ibi debere exiſtimari, vbi quiſq; ſedes & tabulas haberet, ſuarumq; rerum conſtitutionem feciſſet Ruy.:conſ.81.col.2.lib.

33 2.Cor.conſ.255.n.8.lib.3.Et ita intelligitur illud Domum † propriam cuiuſq; eſſe debere tutiſſimum refugiũ.l.pleriq; vbi DD. de in ius vocan.B.in d.l. qui domũ.& in l. nec in ea de adult. Fel. in c.fi.de for.compet. Maria.in trac.citat.artic.17.q.2.Caſ.conſ. 42.& conſ.211.li j.Dec.in l.nemo de domo.de regu.iur. Ferrar.in caute.22.vel rñderem ibi nullam eſſe vim in genitiuo, dicebatur. enim in lege Cornelia ſi quis domũ ſuam vi introitã eſſe dicat. Quarto l j.in princ.& §. familiæ.de publican.nã quod dicitur in prin. familiã publicanorum feciſſe, exponitur poſtea ẽt de ſeruis alienis liberiſvè hominib.qui operã ſuam locant præſtantuè publicanis.Reſp.vltra dictã reſponſionem B. illud eſſe quia ibi fa-

34 miliæ † nomẽ latius ſignificat, quàm in ti.Inſt.de leg. fuſ.Caniu. toll.& alibi interdũ vbi ſolũ familiæ appellatione vnius domini ſerui compræhendũtur; ſed capitur ꝓ corpore pluriũ hominũ vectigalis cã paratorum.l.pronũciatio.§.ſeruientiũ. de verb.ſig. ſic ẽt accipitur in l.ędiles.§.familię.de ædili.edi.l.1.§. familiæ de ui & vi arm.l.2.§.familiæ de vi bon.rap.l.deteſtatio.§.familiæ.de

ver.ſign. vbi ſemper familiæ nomen extẽditur ad liberas quoq; perſonas. Sed & q̃ varia ſit huius dictionis ſignificatio oſtenditur in d.l.pronunciatio.de verb.ſig.& in l.fi.C.eo.tit. Bertr.conſi. 32.lib.2.Corn.conſ.40.li.2.& DD.in d.l.fin.Ibi videtur accipi in ea ſignificatione quæ vltra dominiũ extẽditur.ſic etiam reſponderi poterit ad c.pro illorũ.de præb.& c.quia G.de iud. cũ ſimil. in quib.dicitur eccleſia clerici vel cuiusq; alterius,qui tamẽ dominium nullum habeat.Sic etiam dici ſolet ſepulcrum Titij, ſociorum vel hæreditatis,item hoſtiũ in l. ſepulchra.de ſepul. violat.& ſæpius in tit.de relig.& ſump.fun.& in tit. extra de ſepul.& tamen in his nemo habet dominium.§.nullius.Inſt. de rer.diuiſ. Quod quidem fit, quia dominium ſæpius excluditur natura rei de qua agitur,non modo aliquo loquendi.quod diligẽter cauendum cenſeo,quia in hoc multi ſæpè decipi poſſent. Quinto pro

35 nomina † meus,tuus,ſuus,& ſimilia non videntur differre à genitiuo,nam promiſcuè vtitur dictione ſuam, & genitiuo,eius, Iuriſcõſultus in d.l.lex Cornelia.in pri.de iniur.& gl. in l.2.de orig. iur.in verſ.Papirius,& tamen cõditio ſi Stichus meus erit tempore mortis meę,vera redditur,etiã ſi fuerit à me viuo manumiſſus l.talem.§.j de hęred.inſt.Et in l.ſeruos autem.de leg.3. ſuorũ ſeruorum appellatione continentur etiã bonafide poſſeſſi.Reſpon-

36 de pronomina† illa ſui natura importare dominium.gl.in c. quo iure.8.diſti.Corſet.in ſing.in verbo,meus.Soz.in trac.fallen. nu. 96.& in conſ.92.lib. 1.Faciunt plura notata per moder. Vltram. in l.meorum.de verb.ſign. Verum ſi quando dñium non important,vt in d.l.talẽ.& in d.gl.in uerbo Papirius.& in l.2.C.in quib.

37 cauſ.colon.cenſ.&c. li. 11. ex ſubiecta materia † iſtud fieri dixerim,uel ob vrgentẽ aliquã rõnẽ, vt per Soz.in d.fall.96.Et eſt bonus tex.in l.4.de manumiſſ.qui ſatis benè probat pronomen,ſuũ ad dominiũ ſui natura referri.Vel reſponde q̃d per genitiuũ † exprimitur,poſſe ẽt exprimi per pronomẽ,ſed non econtra, vt videtur ſentire Bar.in l.Quintus.2.§.argentũ.de aur. & arg. leg.in fi. coniungendo quod hic dicit,ad quod ipſe ſe remittit. Ideo fit vt promiſcuè tam ſæpe inueniatur vterq; iſte modus loquendi ad idem ſignificandũ : ſed aliqua dico mea,quæ fortè per genitiuũ non ita rectè exprimerẽtur, vt ſentit Bar.in d.l.Quintus, & mihi videtur interim probari p d.l.talẽ.§.j. Nã illa conditio Stichus ſi meus erit cũ moriar,verificatur,ſi erit libertus,quia & tũc meus dicitur,non tñ ratione dñij,ſed patronatus: At ſi tibi legarẽ ſeruum

uum Titij,ſi eius fuerit cum moriat: expiraret legatum,ſi tunc
temporis eſſet manumiſſus, quia defecerit conditio, argumento
eorũ quę ſentit B.in d.§.argẽto.Vlt.allegatur l.1.§.non ſolũ.de ar-
bor.ceden.cum enim in edicto dictum eſſet,in ædes illius impen
det,in §.non ſolum. explicatur etiam in fructuario ædium. Ad-
dit Iaſ.l.oſſa.§.pen.de relig. Nam, vt ſupra viſum eſt,edictum il-
lud loquitur per genitiuum , in locum alterius, & tamen in d.§.
pen.exponitur habere locum etiam in fructuario. Hinc inferunt
39 † DD.quòd ſi terris alicuius interdictum ſit, intelligatur etiam
interdictum illis in quibus vſufructum habeat, vt hic Iaſ. & Ca-
noniſtę in c.ſi ſententia.§.1.de ſenten.excom.in 6.& in c.1.de pó
ſtul.prælat.ubi Butr.n.63.idem dicit de terris,quas in pignus ha-
beret, & totam uim facit in eo, quòd per genitiuum interdictio
40 facta ſit.Item ſi per ſtatutum † damnum paſſi iuramentó ſtandũ
eſſe præcipiatur ſtandum erit iuramento fructuarij, ſi is damnũ
paſſus fuerit.vt hic per Caſt.Iaſ.& Bal.in add.Specul.ad titulum
de probat.in verbo,ſi per ſtatutum Alex.conſi.129.lib.2.Reſpon
deri poſſet iſtud fieri,quia fructuarius habeat quandam ſpeciem
dominij.d.l.4.de vſufr. & l. in uenditione de bonis author.iud.
41 poſſ.ut dixi ſupra.Sed fortè melius erit ſi dixerimus in dictis† cã
ſib. comprehendi fructuariũ potius rationis identitate,q̃ vi ver
borũ:quod in utroque illo tex.ſatis oſtenditur:nã in d.§. non ſó
lũ.adducitur ratio quare,& ipſe habeat illud interdictũ,quia (in
quit) & illius intereſt arborem iſtam non impendere: rurſus in
d.l.oſſa.§.pen.q̃a ius ꝓhibendi ẽt hi habent,quod ſatis oſtẽditur
ex l.1.§.ſi vſumfructũ.eo.ti.vbi vſusfructuarius proprietariũ etiã
impedit, niſi is eſſet inferẽdꝰ,qui uſumfructũ legauit:faciũt quę
42 per Bal.in d.add.ad Spec. Concludimus in genitiuo † nullã ma-
iorẽ eſſe uim importandi dominiũ,q̃ poſſeſſionẽ:nam ſiquis di-
xerit dominium eſſe Titij rectè loquitur, nec quidem minus re-
ctè qui dixerit poſſeſſionẽ eſſe Sempronij, quales loquendi mo-
dus in iure q̃ ſæpiſſimè reperiuntur: Et quia qui poſſeſſionẽ eſſe
Sempronij dixit,nihil de dominio, & qui dominium eſſe Titij
enunciauit nihil de poſſeſſione uerbis concepit ideo arbitratus
ſum nullã vim eſſe in genitiuo,ſed dũ dicimus rem eſse Gaij tota
difficultas an ſit hoc de dominio,uel de poſseſſione interpretan
dũ non erit in modo loquendi,quia ſi demus dictionẽ, rem,tan
tum valere,quantum dominium,vel potius quantum poſseſſio-
nem erimus in claris:Solum itaq; in eo verſatur difficultas,quia

non

non ſatis bene cõſtet an rei appellatio dominium vel poſſeſſionem importet;quam ſiquis voluerit (ut par eſt) in dubio potius referri ad dominium; dixerim ergo ex dictionis iſtius ſignificatione non ex modo loquendi per genitiuum fieri de dominio interpretationem: demus enim dictionem aliquam per ſe magis
43 aptam ad poſſeſſionem, quàm ad dominium vt eſt, vſus, † d. l. quæſtio de uerb. ſign. ſiquis dixerit vſum eſſe Meuij, nec errabit, nec impropriè, nec de dominio dicetur locutus fuiſſe. Debuerũt
44 igitur DD. diſputare an circumſcripto † omni reſpectu ſubiectę materiæ, dictio, res, ad aliquam perſonam relata proprius dominium illius perſonæ in re tali oſtendat, quàm poſſeſſionem; In qua quidem dubitatione ſenſiſſent DD. pro dominio & merito; quia rei nomen videtur ſignificare ſubſtantiam ſubiecti de quo
45 ſit ſermo; At poſſeſſio eſt pęnitus extra rem ſolum conſiſtens in actu perſonæ; vnde fit vt ad ſui exiſtentiam factum requirat. l. j. §. 1. & § ſi uir. de acquir. poſſ. & alibi ſæpe in eo. titu. ſiue factum corporis, ſiue animi, illud in acquiſitione, hoc in retentione, & fortaſſe integra facti ſit l. denique. ex quibus cau. maior. l. in bello. §. factæ. de cap. & poſtlim. reuer. l. 1. §. Sceuola. ſi qui teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuerit. quod in d. l. 1. de acquir. poſſeſ. hoc eodem anno fauente Deo, me vobis latè explicaturum polliceor. Quinimò adeo hæc ſeparantur, vt cum poſſeſſione nihil commune habet proprietas. d. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqu. poſſ. quod etiam ſuo loco exponendum erit. Cum autem dicimus rem eſſe alicuius, certè de corpore ipſo, & ſubſtantia ſubiecti intelligimus, & ſic de domino non de poſſeſſore fiet interpretatio; quia is non ſubſtantiam habeat, ſed ſolum factum circa rem d. l. quęſtio. Et quod de dictione, res, dictum eſt idem dici poterit de ſimilibus, puta corpus, ſubſtantia, fundus, prædium, ager ſolum, lo
46 cusve inquantum apud noſtros interdum pro corpore † immobili accipitur, ut in d. l. j. de relig. d. l. quæſtio. & l. locus. de verb. ſign. §. quod autem. Inſt. de uſucap. Sanè in rub. & toto titu. de eo quod certo loco & alibi ſæpius: nec non & apud Philoſophos longè aliter accipitur. Hæc ſatis uideri poſſent pro deciſione pręſ
47 ſentis quæſtionis. Sed uideamus parumper aliqua de natura & vi genitiuorum, licèt hoc Grammaticorum potius, quàm noſtrũ futurum eſſet officium. Equidem mihi uidetur omnem naturæ
48 ordinem perturbare, qui uelint per caſus † aliud ſignificari, quã in caſu ſit: ut eſt cum uolumus genitiuum ſui natura importare

magis

magis dominium,quàm poſſeſſionem, nam verba ipſa ſunt quæ
ſignificant, vt habemus integrum titulum de verbor. ſign. Verba
autem nunc appello quicquid formatum per ſe ſonum vocis ha
bet,vt etiam in d.tit. & eius rub. & alibi frequenter . Inflexiones
49 autem, † vt ſunt caſus,modi,tempora,numeri, & ſim.non res de
nouo referunt,ſed quod circa res ſignificandas accidit:inter alia
nominibus accidunt plures caſus, vnus eſt generationis, quòd
ideo genitiuus nuncupari videtur. Hic verò generationem acci
piatis omnem quancunque vnius rei ab alia dependentiam: ne-
que enim uidetur potuiſſe concinniori vocabulo explicari: Et
quia miro quodam magiſterio à ſummo omnium rerum opifi-
ce concatenata ſunt omnia, multiplicesq́ue ſunt connexitatum
cauſæ: ideò fit, ut cum ad eas referendas genitiuo utamur,variȩ
ac multæ videantur huiuſcæ locutionis vires, vt credunt noſtri
DD.qui per errorem uarias genitiui ſignificationes appellant,
cum tamen ſolùm ſint circa res ſignificatas multiformes coniũ
ctiones: Vt exempli gratia in homine tam ratione ſubſtãtiæ,quã
accidentium concurrunt multa, puta genus, vt animal, forma vt
ratio,finis, vt mors ex quibus bona hominis definitio conſtrui-
tur: accidit ei proprium , vt riſibile, totum cum ſit quid integra-
le,partes vt membra,& quaſi ſpecies quædam quatenus ſeparan
tur homines moribus,legibus, locorum diſtantia, & alijs quali-
tatibus: Alia etiam ei accidunt complurima tam intrinſecè,quã
extrinſecè,quæ enumerare non minus ſuperuacaneum eſſet,quã
longum : & longè plura in ipſis met indiuiduis,quæ omnia ho-
minis eſse,& ſingulariter illius de quo loquimur haud ineptè di
cimus, & per genitiuum ſingula demonſtramus. Inter alia ex-
50 trinſeca hominum eſt rerum † acquiſitio,quam dominium no-
ſtri appellant. §. ſingulorum.Inſt.de rer. diu.& toto tit. de acqu.
rer.dom. Habet etiam homo circa eaſdem res poſseſſionem to-
to titu.de acquir. poſs. vſumfructum dominio ſatis proximum
d.l.4.de vſufr. iuriſdictiones, ſeru itutes,adminiſtrationes,deten
tiones, & alia id genus,quæ rectè & proprijſſimè hominum eſſe
dicuntur: Sed quia dominium rerum ſubſtantiam reſpicit, ideo
fit, vt magis res dicantur hominum ratione dominij,quàm alio-
rum iurium: & cuius eſt rei dominium eius eſt ipſa res.d.l.rectè.
de uerb.ſign.§.alienus.Inſt.de hȩr.inſt.ſed cuius eſt poſseſſio rei,
non res ipſa,ſed quod rei accidit illius eſse intelligitur.d.l.quæ-
ſtio.& eſt uſus ſeu factum tenendi eam rem iure uel iniuria, vn

de duo poſſeſſionem genera iuſta uel iniuſta.l.3. §.genera.de acq. poſſ.ex quibus ſatis conſtat, quæ nam una & vera ſit genitiui vis atque natura: nec per ſe dubium ſermonem facere niſi uerbis
52 ex ſe dubiis adhęreat. Quapropter ſi teſtes † depoſuerint rem de qua ſunt rogati eſſe Titij, non facile, niſi aliud obſtet dicētur æquiuocè,& conſequenter inutiliter quoad producentem depoſuiſſe.quicquid tentauerit Corn. ſpe forte lucri allectus in conſi. 201.col.2.lib.1.conſi.304.num. 10. lib.3. Tertio circa genitiuos
53 dicit B.ex communi vſu loquendi † eos referri,etiam ad poſſeſſorem: nam dici ſolet fundus illius coloni,& equus illius ragatij, vt utar exemplis & verbis glo. in d.l.2.§.1. in uerſic.Papirius, de orig.iur.& B.in d.l.Quintus.§.argento de aur.& arg.leg.ubi vult dici fundum & equum illorum, ratione adminiſtrationis. An ue-
54 rus ſit iſte communis uſus † loquendi, eſt quæſtio facti conſiſtēs potius in re ipſa, quàm in opinione interpretum Gozad. conſi.
55 35.num.12.Et generaliter de omni conſuetudine † dicit idē Bal. in l.ſiquis.§.1. de pignor. in l. conſentaneum.C. quo. & quando iud.Aret.conſi.133.Alexan.in l.poſt dotem.ſol.matr. Galiau.in l. Gallus.§.quidam rectè.de lib. & poſth. ubi dicit Modernos in l. de quibus.de legibus.ita tenere, licèt contra Bartolum, qui uult
56 ſtandum eſſe teſtimonio † Doctoris aſſerentis de conſuetudine. Cuius dictum intelligendum eſſe uolunt, ſi quis egregius, & fa-
* moſus Doctor de ea teſtetur: ita communiter * firmatur teſte Docio conſi. 559.in fi.& in l.2.in fi.ſi cert.pet.ubi de magis commu-
* ni: * refert,& ſequitur Goz.conſi.19.num.18.tenet Bald.conſi.71 num.23.lib.1.facit glo.in l.dos à patre.ſol.mat.in auth.quod locum.C.de ſecund.nup.& Bal.in cap.cum dilectus de conſuetud. pro quo uidendus Gabr.concl.4.lib.1.de probat.qui plenè cumulat. Quo ſtante plurimum certè prodeſſet in foro iſtud teſtimonium Bar.cum ille plus quàm excellens, & famoſus ſit. Sed ta-
57 men bonum † erit probare per teſtes conſuetudinem loci, quia dictum ipſius uel cuiuſque alterius non poteſt probare conſuetu-
58 dinem huius temporis,& loci, prout requiritur† ad obtinendam in foro conſuetudinem Salic.in d.auth.quod locum.Gozad.in d. conſi.35.num. 12. ſed aſsertio illius probaret tantum conſuetudinem legumlatorum, ſuorumque temporū,& locorum: de quo tamen dubitari,& diſputari poſset: ſed ego libenter eius teſtimonium ſequor, dicant alii quicquid uelint: tum ne cogar de ſingulis diſserere: tum etiam, quia in caſu noſtro ſatis conſonat cum

ijs quæ de genitiuis in genere ſupra firmauimus. Secundo circa
ſtatutum ſiquis receperit rem alterius puniatur aliqua pœna: vi-
59 dendum, eſt quid dicat B. Et quamuis hic formet ſtatutum † per
verbum receperit: & in l. 2. §. poteſtatis. de pecul. per uerbum, ac-
ceperit: tamen in prima rub. C. dixit ſiquis damnum dederit in
rem alterius, dum de hac eadem dubitatione loquitur: ex quo
apparet omnino ſentiſſe de ſtatuto pœnali: Idcirco decipiuntur
quidam ex modernis putantes ex mente B. ſtatutum hoc poſse
intelligi non pœnale. Dixerat B. communem vſum loquendi eſ-
60 ſe rem † dici alterius ratione ſolius poſseſſionis, ideo firmat ſta
tutum hoc in eo etiam, qui rem à non domino poſseſsam ingre-
ditur, locum habere. Econtra negat, circumſcripto vſu loquen-
di, ſtatutum prædictum ſolum in poſseſsore uerificari: Et quia
iſtæ duæ ſententiæ contrariam iuris diſpoſitionem ſonant cre-
didit Imo. Bartolum ſibi eſse contrarium hic & in d. pr. rubr.
Cod. ſed tamen ſemper idem ſentijt, vt animaduertit Alex. illud
* primum Crot. hic num. 36. inquit ab omnibus * firmari, quam
quàm nonnulli ſunt, qui non facilè admittunt in ſtatutis præſer
tim pœnalibus eſse ſtandum vſui loquendi, vt hic per Alexã. de
* quo infra. Suppoſito interim contrario, vt communiter * credi
tur; Hæc prima ſententia B. eſt indubitata, & cum ea tranſeunt
verè omnes: ſed in altera maior eſt difficultas de qua modo agẽ-
61 dum. Reuoco igitur in dubium, an circumſcripto † vſu loquen-
di populi, cuius ſit hoc ſtatutum, inuadens rem poſseſsam à non
domino, incidat in ſtatuti pœnam? B. vt iam diximus, & hic & in
locis ſupra citatis tenet pro negatiua, licèt reuera iſtud verbis nõ
expreſserit ſed colligitur ex eius mẽte in neceſsariam conſequẽ-
tiam. Hoc idem tenet Fulg. in d. prima rub. Cod. Butr. in c. j. de po
ſtul. præla. Bal. in d. l. 2. in pr. de orig. iur. Imo. Alex. & Iaſ. hic, licèt
Iaſ. in add. poſtea teneat pro contraria Rom. conſi. 180. qui loqui
tur in priuilegijs, & mouetur ea ratione, quia ſtrictè debeant in
terpretari, ſicut, & ſtatuta: idẽ tenẽt Cum. hic Ruy. & Mod. Flor.
Itẽ Alex. cõſi. 129. lib. 2. in fi. conſ. 35. n. 14. lib. 4. cõſ. 171. li 6. Cor.
cõſi. 221. col. 2. lib j conſi. 247. n. 16. lib. 2. cõſi. 24. n. 11. lib. 4. Rol.
* de luc. dot. q. 98. & ita eſt cõis * opinio, vt teſtatur Ruy. hic n. 9. &
Soz. n. 61. Pro contraria tamen eſt Rom. Caſtr. & Iaſ. hic in add.
Nicon. Crot. & Soz. Conſtat aũt vtiliſſimam eſse hanc inquiſitio-
nem, tũ ratione dicti ſtatuti, qđ extat in multis Italiæ ciuitatib. vt
ratione omniũ aliorũ ſtatutorũ, & conſtitutionũ, prouiſionũque

Prin-

Principum, & ubicunque iſte uel ſimilis loquendi modus ſer-
62 uetur. Sanè in reſcriptis † ubi fieri ſolet lata interpretatio.l.fin.
de conſt.princ.pro poſseſsore reſpondit Alexan. conſi.98. lib.5.
63 Pro opinione communi principaliter allegatur l.2.†§.1. de rel.
& ſumpt. fun. ibi. Nam cum dicat in locum alterius apparet de
domino ſentire,ideſt eo cuius locus eſt: Hæc uerba totum nego-
cium faciunt: Namque hic agitur ſolùm de vi illorum uerborũ,
in locum alterius, & ideo in ſolutione iſtius textus longius pa-
rum per erit immorandum.Conantur DD.uarijs modis reſpon-
dere.Primo Aret.in proœm.Inſt. dicit illud ibi eſse, quia dictio,
64 † alterius,non differat à dictione,alienus,l.qui abſenti.§.1.de ac-
quir.poſs. quem tex. longè melius noſtri Senen. quàm Florent.
65 ponderant. Sed dictio alienus † qua vtitur lex illa in princ. ui-
detur importare dominium.§. alienus. Inſt. de hæred.inſt.& alia
multa in hunc ſenſum,quæ cumulat hic Crot. Non probat hanc
ſolutionem Iaſ.nec cæteri,quia ita excluderetur etiam fructua
rius: nam hic alienam rem habet.d.§. Alienus. & patet in defini-
tione vſusfructus in princ.Inſt. de uſufr. item quia ibi principa-
lis vis fit quòd in edicto dictum ſit,in locum alterius, ut in uer-
bis illius tex. eſt ſatis clarum, & in §. ait prætor.ea.l.vbi recitan-
tur uerba edicti concepta non per dictionem, alienum, ſed per
dictionem alterius: Siue (inquit) homo mortuus, oſsauè homi-
ois mortui in locum purum alterius,&c.quæ nominatim ex edi-
cto citantur in d.l.2.§.1. Non illa in princ. l.qui mortuum in lo-
cum alienum,quæ ſunt Iuriſconſulti non Prætoris, & in quibus
nulla fit vis.Præterea ſi in ſtatuto dictum eſset, ſiquis occupaue-
rit rem alienam, fuiſset tamen locus diſputationi huic:Ná,quic
66 quid arbitratus ſit hic Crotus,etiam dictio,alienus, † uidetur ve
rificari in ſolo poſseſsore,vt in furti actione dicente lege ult.C.
unde vi.ſi quis alienam rem contra voluntatem domini attige-
rit furti teneatur,& in l.pignoris.de furt.Nihilominus etiam poſ
67 ſidenti † tantum furtum fit.l.1.in fi.de furt.§.j.Inſt. de oblig. quę
ex delict. naſcun.Et quamuis B.in l.1.§.1.de ſer.corrup.notet di
68 ctionem,alienum † verificari ſolum in domino,tamen malè hoc
notat ex eo tex. ubi non ponderatur dictio,alienum uel alia ſed
ſolum quòd iniquum eſset duobus dari eandem actionem de
69 eodem ſeruo corrupto. Equidem arbitror per dictionem † alie-
num non dominium uel poſseſsionem uel ius quodlibet in ali-
quo denotari; ſed ſolum non ius eius de quo ſit ſermo, ut patet

70 in definitione poſthumi † alieni, q̃ ideo dicitur alienus quia ſuus uel inter ſuos teſtatoris non ſit naſciturus, etiam ſi fortè nullius ſit futurus ſuus.§.poſthumus quoque Inſt.de leg.vbi ponitur exẽplum de naſcituro ex ea quæ iure Romano uxor eſse non poteſt qui cum in nullius poteſtate futurus ſit.§.ſi aduerſus. Inſt. de nuptijs,nec quidem poteſt alicui naſci ſuus argumento §.ſui. Inſt. de hæred.qual.& diff.& ſic dictio iſta,alienus,ſua vi negatiua potius quàm affirmatiua uidetur. Secundo reſpondet Iaſ.ideo bo
71 næfidei † poſseſsori non competere illam actionem,quia ſua nõ interſit: ſi enim ſua intereſset ageret,quamuis non ſit dominus; vt in l.oſsa.§.pen.eo.tit.& in eadem l.2.§ ſed ſi alius. Hoc Ruyno
72 non placet, quia etiam poſseſsoris † intererat non turbari in ſua poſseſſione. Etenim, ut primum locus per illationem cadaueris factus eſt religioſus,deſinit ille poſſidere, vſucapere, & fructus percipere: quos in præmium bonæfidei ſuos alioqui faceret pro cultura,& cura.§. ſi quis à non domino. Inſt.de rer. diu. nam eo modo res penitus eximuntur de patrimonio noſtro,vt in toto illo tit.Soz.partes Iaſonis ſumendo inquit, iſtud verum eſset dum poſseſsor haberetur pro domino,quo etiam caſu aget quaſi dominus illa actione: At ille tex.intelligitur quando iam conſtet eũ tantummodo eſse poſseſsorem non dominum. Sed hoc nequaquàm placet:nam ſic tex. qui de bonæfidei poſseſsore loquitur reſtringeretur ad caſum,quò iam ceſsaſset bonafides,quod abſonum uidetur.Præterea iure ciuili commodum poſseſſionis durat etiam poſtquam ceſsauerit bona fides.l.ſequitur.§.de illo.de vſucap.l.bonæfidei.§. in contrarium. de acquir. rer. dom.l unic.
73 vbi glo.C.de uſucap.transfor. Quinimo etiam prædonis † iuſtè intereſt ratione ſuæ poſseſſionis, licèt uitioſæ aduerſus extraneos.l.2.uti poſſid.l.uis eius.ubi Bal.C.de probat.& firmauit alias dum in patria profiterer in interpretatione rub.& l.1.C.de ſent. quæ pro eo quod inter. Item nec uidetur ſecura hæc ſolutio Iaſ. quia ibi ſit tota uis in modo loquendi,potius quàm in re. Tertio
74 reſpondet Ruyn.ſatis doctè bonæfidei poſseſsori † nõ dari actionem illam in factum alternatiuam,ad tollendum corpus, uel inferendam æſtimationem,quæ datur domino. l. is qui.eo. titu.& hoc uult tex. ſed ei dabitur alia in id quod intereſt: ut ipſe adducit in hunc ſenſum duo ſimilia.Sed uere non caret ſenſus iſte diuinatione:& durum eſt aſserere quod fortè tex. ille non ſentijt. Præterea ex hoc ſolo tollitur quædam iniquitas,quæ uidebatur

inde

inde oriri, quòd huic bonæfidei poſſeſſori non ſuccurreretur.
Sed tamen hoc admiſſo non ſuccurreretur ei per illud edictum,
à quo nihilominus remaneret excluſus, ut uerba ſonant, tam in
edicto quàm in expoſitione Vlpiani: In quæſtione autem propo
ſita de ſtatuto, qui contrarium tentant uolunt per ſtatutum eodē
modo domino proſpici, & poſſeſſori: Crotus & ipſe quatuor af-
fert ſolutiones, ſed in prima non differt à Iaſ. in ſecunda à Ruy.
in 4. ab Aret. & ideo iſtas omnes idem reprobat. Tertia uerò dū
dicitur in tex. excludi tantum bonæfidei poſſeſſorem non alios
ponderat in contrarium quòd alij ueniant, licèt non ſint domi-
ni, ſub genitiuo illo, in locum alterius, & bonæfidei poſſeſſorem
putat ideo excludi, quia non habeat ius prohibendi. Quod non
placet, tum quia non ſoluūtur per hoc uerba illius tex. quæ prin-
cipaliter obſtant, & allegare inſtantiam de fructuario, & eo qui
habeat ſeruitutem non eſt ſufficiens ſolutio: Tum quia per hāc
ſolutionem non declaratur, quare bonæfidei poſſeſſor non ha-
75 beat ius prohibendi, fructuarius autem habeat, quos † in multis
uidemus comparari. §. idem placet. Inſt. per quas perſ. nob. acqui
ritur. quinimo domino magis accedit interdum poſſeſſor, quàm
fructuarius, cum ille vſucapiat, iſte nō l. 1. §. per eum. de acquir.
poſſ. l. ſciendum. §. pen. qui ſatiſd. cogan. & d. §. idem placet: Item
ille rectè dicit rem ſuam, iſte non l. ſeruos autem de legat. 3. Sed
hæc, ædepol, quid ſoluit ſi in bonæfidei poſſeſſore, in quo tota eſt
difficultas conceditur argumentum? non enim de fructuario, vel
habente ſeruitutem diſputamus, an ſub ſtatuto iſto contineatur,
ſed ſolum de bonæfidei poſſeſſore. Reſp. Moder. Flo. alio modo
ſed parum differunt ab Aret. vnde nec ipſi met ſuæ ſolutioni ſa-
tis conſentiunt. Senen. reſpōdent dupliciter, Primò ibi agi de pro
pria ſignificatione genetiui: ſed in noſtro ſtatuto ſuppoſita geni
tiuorum illa proprietate, dubitatur, ne aliter ſit facienda expo-
ſitio ex mente ſtatuentium, & ſubiecta materia. Verum in hoc
ſtatuto nondum de mente ſtatuentium conſtat, & agitur de ea
elicienda à proprietate verborum argumento d. tex. in quo ſimi-
liter elicitur mens Prętoris, qui in edicto iiſdem uerbis uſus erat
ferè quibus, & ſtatutum iſtud concipitur. Præterea non eneruat
difficultatem illius tex. ſiquidem adhuc remanet dubium, cur bo
næfidei poſſeſſori non detur illa actio, quę datur domino, & fru-
ctuario, hoc autem eſt quod uidetur DD. plurimum perturbare;
Secundò ijdem reſpondent illa omnia uerba ſolum oſtendunt

eum

eum teneri qui non intulit in locum ſuum : nec curatur an fuerit dominus nec nè qui damnum ſentit : nam etiam fructuarius agere poteſt, vt in d.§.non ſolum : & ſic nolunt agi de ui uerborum : Sed errant iudicio meo: quia ibi expreſsè de uerbis exponendis agitur, ut clare in tex. patet, præſertim per expoſitiuam
76 illam dictionem, ideſt, † cuius munus proprium eſt declarare. Bar.in l.prima.ad l.Aquiliam Alb.in dictionario in verbo, ideſt Arct. in l. qui liberis.in princ. nume.3.de uulgar.& pupill.Item nec valet ſolutio hæc, quia imo ibi expreſsè tractatur de eo qui agere poſſit ex illo edicto, & dicitur dominum eſse debere, excluditurque bonæfidei poſſeſſor : Sed ſi in noſtro ſtatuto ſaltem admittimus excludendum bonæfidei poſſeſsorem ſatis eſt utique probata per illum tex.communis opinio. Putamus nos præſentem difficultatem in duobus conſiſtere: primo, vt eliciatur ratio ad illum text. quare bonæfidei poſseſsor non agat illa actione, cum etiam ſibi damnum inferatur per illationem mortui, præſertim cum detur fructuario, ut dictum eſt: Secundò uidendum quomodo ille tex. non faciat ad noſtrum ſtatutum. Ad
77 primum equidem ſemper ſtultiſſimum † eſse arbitratus ſum audere aſserere ſine ratione Iuriſconſultos fuiſse locutos, quoniam eorum reſponſa naturali ratione per interpretationem legum atque edictorum : & ob neceſſitatem diſputationis fori recepta fuere. l.2.§.his legibus latis. de orig. iur. neque enim eorum tanta erat authoritas, quanta Principis, cui quicquid placuiſset lex eſset : ſed ſolum populi habebant aſsenſum, quatenus iuſti æquiuè boniuè ratione eorum dicta protegebantur: vt anno præterito ad l.Gallus.de liber. & poſthum. me exponentem audiſtis.
78 Nec me mouet l.non omnium.† cum ſeq. de legibus.quia eas de quibuſdam primis poſitionibus, ac de nonnullis Principum placitis intelligendas arbitror: ut in illis uerba ſatis apertè ſonant. Idcirco eorum exploſa reſponſione, qui & hic,& alibi ſæpius aſſerunt per d.l. non omnium. leges ſine ratione quandoque conſiſtere poſſe,ſi in ſimiles incidunt difficultates: dicerem in d.l.2. §.1.de relig.poſseſsorē etiā bonæfidei non agere eo iudicio, quia ſanè nimis iniquum erat ei dari actionem,per quā liceret illatori ei ſoluendo æſtimationem, ſeu quanti ſua intereſſet, facere locū religioſum : Ita enim fieret, vt cum religioſæ res in patrimonio nullius ſint l.1.in prin.l.in tantum.§.ſacræ.de rer.diuiſ.§. nullius. Inſt.eod.titu. uerus dominus ſine facto ſuo rei ſuæ dominio pri-

uaretur contra naturalem rationem: l. uenditor. §. fin. com. præd. l. 2. §. dominorum. de ijs qui ſui uel al. iur. ſunt. cum vulg. Et ideo qui ſolum ſe poſſidere aſſerit illo remedio non aget. Sed, di-
79 cet quis, quare datur † fructuario? Certè non alia ratione, niſi quia is habet ius in re. l. rectè. de uerbor. ſignif. In tantum, vt nec etiam dominus poſſit inferre eo inuito, ut in d. l. ſecunda. §. ſi uſumfructum: nam cum res religioſa ſit, quia ita in patrimonio noſtro eſſe deſinit, dic. §. nullius: perit in ea uſusfructus:
80 Sed an is aget † alternatiuè, ut dominus? Equidem non credo: quia qui uſumfructum habet inferendo ipſemet locum religioſum non facit. d. §. ſi vſumfructum, ergo nec conſentiendo inferenti, argumento. l. cum quis de regul. iur. l. cum pater. §. libertis, vbi glo. & Bar. de legat. ſecundo. Bal. in l. fin. C. de pact.
81 Nam prohibitus † à lege uel ſtatuto alienare, intelligitur prohibitus etiam alienanti conſentire: quod vbi ſubſit eadem ratio abſolutè procedit Dec. in l. aliud. de regul. iur. de qua re latè Tiraqu. in l. ſi unquam. in verbo, donatione largitus. num. 343. & ſequ. C. de reuoc. donat & negari non poteſt in caſu noſtro, eadem ratione dictari, ne fructuarius inferat neque inferenti conſentiat: Aget tamen alternatiuè ad remouendum, vel ſoluendum quanti ſua interſit: quod proderit inferenti, ſi fortè proprietarij conſenſum habeat: & ita intelligerem. d. l. is qui. & d. l. oſſa. §. non ſolum, eo. titu. ceſſat hoc in bonæfidei poſſeſſore: nam ius ſuum non eſt in re, ſed ſolum in poſſeſſione, & in cauſa ſi iuſta ſit propter quàm poſſidet: quæ non minuit ius veri domini, &
82 ideo non niſi poſſeſſoria remedia intentat: Et præſertim † illi ea denegantur, per quæ aliquod fiat præiudicium proprietati. l. naturaliter. §. nihil commune, vbi tractatur de acquir. poſſ. Similiter uidemus in eadem l. ſecunda. §. 1. in mox ſequentibus verbis, quod ſi ſocius uelit agere contra ſocium, qui intulerit ſe ignorante non aget illa actione, ſed iudicio familiæ herciſcundæ, vel communi diuidundo. Et tamen ſocius plus iuris habet in
83 re, quàm iuſtus poſſeſſor. Ad idem facit. l. 1. † §. 1. de ſeruo corrupto. vbi bonæfidei poſſeſſor non agit eo iudicio, quia agit dominus, & iniquum eſt eandem actionem duobus dari, & tamen datur fructuario. l. ſiquis ſeruo. §. ſi in ſeruo. eodem titu. Ex quo notanda eſt alia differentia inter fructuarium, & bonæfidei poſſeſſorem ſimilem huic. Ex his credo ſatisfactum primæ difficultati: quæ licèt quaſi præter rem ſuborta uideatur: tamen

pro

pro omni ſcrupulo remouendo explicanda fuit. Quoad alte-
84 ram arbitror ideo ibi de dominio † fieri expoſitionem, quia di-
ctio illa in locum deſignat corpus ipſum, ut in d. §. primo. in
primis verbis: In locum alterius accipere debemus ſiue in
agro ſiue in ædificio: Et melius facit d. l. is qui. §. vltimo, & l.
locus. de verborum ſignif. vbi manifeſtum fit locum accipi pro
ipſo corpore: corpus autem non niſi impropriè dicetur poſ-
ſeſſoris: Et hoc eſt quod ibi ait, apparet eum de domino ſenti-
re, ideſt eo cuius locus locus eſt, ſed ſtatutum noſtrum gene-
ralius loquitur, cum in eo dicatur ſiquis rem alterius occupa-
uerit: intelligi enim poteſt rem alterius occupare, qui eij-
cit, vel impedit poſſeſſorem, nam occupat eius poſſeſsionem,
quæ & ipſa res eſt cum acquiratur, cedatur, & eius furtum fiat.
Poteſt etiam conſiderari aliqua differentia inter illum text. &
caſum noſtrum propter dictionem, alterius: de quo infra.
85 Secundò Ruyn. mouetur quia in ſtatuto † nomen illud res ac-
cipi debet pro corpore ipſo non pro poſſeſſione, quia aliud eſt
res, aliud rei poſſeſſio. l. ſi duo. §. fin. uti poſſ. cum ſim. per eum
adductis. Facit quod ait Bald. in l. prima. de peric. & com. rei
86 vend. Quod qui promiſit † in rei euictione reficere ſumptus
litis: non tenetur ob euictionem poſſeſſionis tantum, & eius
litem: ſecus ſi promiſiſset ſimpliciter ſumptus litis mouendæ.
Sed uerè, vt dicit hic Soz. non fuit hoc argumentum dignum
tanto uiro: nec in quo debuerit Niconi. verſari per tres co-
lumnas: præſertim autem non valet quod affert de iudicio
87 furti: quod non detur † pro incorporalibus: nam non agi-
mus hic de furto: ſed ſtatutum generaliter loquitur, & com-
prehendit etiam eum, qui non lucrifaciendi animo fortè acce-
piſset: quod in furto ſecus eſt. l. prima. l. qui iniurię. l. uerum.
l. ſi quis fur. de furt. cum ſim. quapropter non debet ſtatutum
iſtud regulari à legibus de furto loquentibus. Sed in alio lon-
giùs peccat, quia furtum fit etiam poſſeſſionis, vt ſupra dixi-
mus: ſatis enim eſt ad iudicium illud promerendum, aliquem
in poſſeſſione moleſtari. Quinimò ſi rectè inſpexerimus fur-
88 tum † ſemper fit ratione poſſeſſionis cum dominium per fur-
tum nunquam contrectetur. §. furtiuæ. Inſtit. de vſucap. Si igi-
tur ſtatutum hoc de furto debet intelligi ſuo met Ruyn. gladio
ſe iugulat. Præterea dato, ſtatutum in dictione, rem, intelli-
gi de corporali tantum, quod tamen facilè negari poteſt ob

generalitatem illius dictionis l.prima in fin. ſi cert. pet. in caſu
quoque huius diſputationis res corporalis interuenit,ſicut in le-
89 gibus per eum allegatis: Quinimo † ſine re corporali poſſeſ-
ſio eſſe non poteſt. l.4.in princ. de acquir. poſſeſſ. l.ſequitur. §.ſi
viam. de uſucap. Nec minus propriè dicitur quis accipere ſeu
occupare rem à me tantummodo poſſeſſam, quàm eam cuius
90 etiam ſim dominus. Tertiò adducit Soz. quod dominus † in
re ſita ſit fauorabilior poſſeſſore, ſiue pro ea recuperanda, ſiue
pro ea retinenda agat atque defendat, vt cum aduerſus præſcri-
ptionem longiſſimi temporis per exceptionem ſe defendit. l.ſi
quis emptionis. §.fin. C. de præſcr.trig. uel quadrag.ann.& in l.
pen. & ult. de public. ubi illa actio. ceſſat aduerſus dominum:
ſic & in omni caſu vbi admittitur exceptio dominij, quæ poſſeſ-
ſori non eſt apta competere. Reſp. multos ecòntra cumulari ca-
91 ſus in quibus † æquiparantur, atque eodem iure cenſentur do-
minus, & poſſeſſor: in tantum, vt fuerint ex antiquis Iuriſcon-
ſultis, qui crediderint tanti poſſidentis intereſſe,quanti res tota
æſtimatur. l. ſi duo. §.fin. vti poſſ. Et æquiparatur domino in
ſua poſſeſſione cõſeruanda, etiam ſi iniuſtè poſſideret.l.ſecunda.
eod.titulo: Atque etiam præfertur domino audenti ſuá autho-
ritate rem occupare.l.ſiquis in tantam.C.vnde ui. cuius legis ra-
tionem fortè ſtatuentes hic conſiderarunt ſolum pro poſſidente.
Quartò idem mouetur, quia poſſeſſio ſit à re ſeparata, & ab eá
quid diuerſum:in princ.Inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.l.fin.C.
vnde vi. & ideo lex loquens de vno, non poſſit intelligi de alio.
Argumentatio hæc forte nihil aut parum differt vi ſua ab illá
Ruy.quam idem Soz. tanquam tanto uiro indignam reproba-
uerat. In quantum autem videtur ex adductis legibus probare
92 quòd lex † de re loquens non debeat intelligi de poſſeſſione:
93 quoad d.princ. † cui conſonat l.1. de furt.reſponderem illa ver-
ba vſus rei poſſeſſionisve, probare potius poſſeſſionem ab vſu
quàm à re differre: quaſi ſentiat in re eſſe uſum, & poſſeſſio-
nem, in quibus furtum committatur: Sed ego libentius dice-
94 rem vſum † rei, & poſſeſſionem idem eſſe d.l. quæſtio. de ver-
bor. ſign.l.nec vtilem. ex quib.cauſ.maior. vbi vſus ponitur pro
poſſeſſione: idem in dictione vſucapio. l.3. de vſucap. Qua-
propter dicerem in dic. princ. dictionem illam diſiunctiuam,
95 ve, † ſtare declaratiuè: quaſi dicat committi furtum vſus rei
ideſt poſſeſſionis: ſic diſiunctiua ſtare uidetur declaratiuè

in rub.

in rub. C. ubi cauſæ fiſcales,&c. ponunt glo.& Bar. in l.ſecunda, ad l. Aquil. Rom. in l. ſupra iter. de aqua pluuia arcenda. ubi ait notari in l.prima,de public. Quantum ad.d.l.fina. poteſt dici ideo ibi additum, uel poſseſſionis, quia in præcedentibus non fuit dictum ſimpliciter res,ſed cum adiuncto, alienas, ad quod faciunt quæ ſupradicta ſunt in primo argumento. Vel cum dictio,res, ſit admodum æquiuoca poterat intelligi de corpore ipſo ad differentiam poſseſſionis: quæ corpus non eſt, ſed factum
96 † quoddam: ſeu vſus, vel ius, vt malunt multi in d.l.1. de acquir.
97 poſs. Ita accipitur res † pro corpore ad differentiam poſseſſionis in d.l.ſi duo.§.fin.vti poſs. & in ſupra allegatis iuribus,& ali-
98 bi ſæpius. Quintò allegat quòd ſtatuta † ſint ſtrictè interpretanda,nec extendi poſſint ad impropriam ſignificationem vulg. l.3. §.hæc uerba.de neg. geſt. Hac ratione præcipue videtur moueri Ba. ſed reſpondent extendi poſse ex cauſa, puta ob ſubiectam materiam, uel præſumptam mentem ſtatuentium, vel rationem expreſsam in ſtatuto, uel talem quæ habeatur pro expreſsa: vel publicam utilitatem: uel ob alia multa,quorum ſunt plena ſcribentium volumina. Vel dici poteſt per interpretationem ſtatuti iſtius in poſseſsore non propterea fieri extenſionem aliquam ad impropria, ut infra uidebimus: omnes autem
99 admittunt ſtatuta † recipere quamlibet interpretationem ex pro-
100 prietate ſermonis: quæ non rectè dicitur † extentio,ſed potius declaratio, ſeu comprehenſio, vt tradit Bar. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. & in l. ſi conſtante. ſol. matr. Vltimo mouentur pro hac parte DD. quia ſumus in pœnalibus, quæ ſui natura
101 † reſtringenda ſunt, vt in l.ſi præſes. & l. pen. de pœn. Reſpondent ponderando potius in contrarium: quod ſit fauorabile
102 † ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita. l.ita vulneratus. ad l. Aquil. & ideo poſſit extendi, Bar. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. vndecimo. nume.4. Roma. conſil.105. Caſtren. conſi.23. in antiquis. Corſet. in notabil. in verbo, Extenſio.2. Hoc autem mihi non placet, quia hæc doctrina Bart. dubia ſit. Aret. in l. Gallus.§. quod ſi is.de liber.& poſthum. Item dubitari poſset, an ſtatutum hoc reſpiciat principaliter rationẽ hanc, ne delicta remaneant impunta: non.n.iſtud remaneret impunitũ ſaltem de iure cõmuni. Vel hæc eſt ratio nimis generalis ad oẽs pœnas: Etenim hac ratione ſtãte nulla forte eſset pœnalis conſtitutio, quæ non deberet cenſeri fauorabilis,

Vel non eſt principalior à ſtatuentibus conſiderata, quod quidem requiritur, vt habeat locum doctrina illa Ba. Sed poteſt dici in ſtatuto principalius fuiſſe cõſideratum damnum, vel iniuriam domini. Reſponderem igitur, ut ſupra hic non agi de extenſione, ſed comprehenſione ex proprietate: de quo mox agendum in diſcuſſione pro parte contraria. In contrarium itaque allegantur quæ in ſuperiori quæſtione deducta ſunt ad probandum genitiuum poſſe importare poſſeſſionem: Et, vt de ſingulis
103 agamus, primo, d.l. 1. † in princ.& §. ait Prætor. cum ſeq. naut. caup. ſtabul. & addito quòd illud pœnale ſit edictum, & tamen ſit extenſio non obſtante genitiuo. Reſpondet Ruy. illam dictionem, cuiuſque, importare factum perſonæ deponentis, quaſi dicat quicunque ſit qui depoſuerit non autem referri ad res. Ego vero non probarem hanc ſolutionem etſi probat eam Soz. Nam dici poteſt dictionem, cuiuſque, importare generalitatem omnium deponentium, quia ſit vniuerſalis; ſed tamen ſi illi domini ſint, quia per genitiuum ſit enunciata. Igitur reſponderem illud non fuiſſe principale in edicto Prætoris, ſed demonſtrationis gratia dictum: principale enim erat illud, ſaluũ fore, ſatis enim eſt, vt conueniri poſſint ſi aliquid receperint ſaluandum, quòd poſtea declarantur in § idem Pomponius. Sed in caſu noſtro cum agatur in ſtatuto principaliter de uindicta ſummenda aduerſus eum qui non ſuum acceperit, poteſt videri de principali ſtatuentium intentione fuiſſe diſtinguere an à domino, uel à nõ
104 domino occupauerit. Secundo allegatur. d.l. 2. † in prin.& §. in hac. de vi bon. rapt. Reſpondent quidam extenſionem ibi licuiſſe legiſlatori, quæ tamen nobis non liceat, nec debeamus eam trahere ad exemplum. Imò videtur licere per l. non poſſunt, & ſeq.
105 de legi. Nam illa facta † à Iureconſulto in interpretatione edictorum, cur non etiam hodie Iureconſultis licebit in ſtatutis, quæ edictorum inſtar habent, ſimilem interpretationem facere,
106 ijſdem dictantibus rationibus? Aliàs enim præterito † anno au diſtis dum interpretaremur. l. Gallus. de liber. & poſth. noſtrorum Iuriſconſultorum authoritatem præſertim in interpretationibus faciendis ab illa antiquorum non differre quicquid in contrarium plerique contra ſe ipſos ſentiant. Ergo melius ſoluit Ruy. quod edictum non continebat illa ſola verba, ſiue cuius bona rapta dicentur, ſed & alia generaliora, ſicui damnum quid factum eſſe dicetur, vt ſupra nos quoque ponderabamus.

Nec

Nec obſtant quæ per Nicon. in contrarium perpenduntur: nam non ille eſt ſenſus Ruy. vt nolit verificari in domino, quod ibi de damno dicitur, nec quod de raptu in poſſeſſore, nam & domino, & poſſeſſori per raptum damnum datur, vt in toto illo titu. & in l. rem quæ de acquir. poſſ. & toto tit. de ui & ui arm. cum ſimil. Nec adeo ſtricte verba Ruy. ſunt captanda, vt velit inter illas duas clauſulas nihil eſſe communicandum: ſed ſolum voluit ibi ideo licuiſſe Iuriſconſulto extendere genitiuum, etiam ad non dominos, quia generaliora quædam alia verba in edicto cõcepta ſint non per genitiuum, apta ad poſſeſſorem facilius comprehendendum. Tertiò d. l. lex Cornelia in princ. & in §. domum. de iniur. Sed reſpondendum eſt, vt tunc dicebamus, in dictione, domus, eſſe uim ſolius habitationis. Ex quo ſequitur, vt ſi
107 ſtatutum † imponeret pœnam occupanti, vel ingredienti domum alterius: abſque dubio intelligi deberet de eo qui occuparet, vel ingrederetur domum conductam: Sicuti in ſimili ſtatu-
108 tum † quòd vxore decedente in domo uiri is lucretur certam partem dotis, vel totam habet locum ea decedente, etiam in domo conducta per maritum, in qua habitaret Campeg. in tract. de dote q. 17. parte. 5. Rol. de lucro dot. q. 98. Nicon. hic nume. 148. Quamuis per genitiuum ſtatutum conceptum ſit. Quartò Alex. citat d. l. 1. §. non ſolum. de arb. cædend. cui addit Iaſ. d. l. oſſa. §. non ſolum. de relig. & ſump. fun. & ſim. in quibus verba de domino intelliguntur in fructuario, etiam in materia pœnali. Reſpondet Ruy. illud non poſſe trahi ad exemplum, quia fiat per habentem legis condendæ authoritatem: Quod non placet per ſupradicta. Quatenus poſtea conatur oſtendere illud ibi eſſe per extenſionem, quia detur fructuario actio vtilis: haud ſatis bene probat in dictis caſibus dari utilem actionem: & ſi enim vtiliter agit in lege Aquilia, & alibi: non propterea ſequitur idem ſemper eſſe. Sed nec etiam haberet intentum ſi daremus illas actiones eſſe vtiles, quia non neceſſario infertur vtiliter agitur,
109 ergo per extenſionem: Nam interdum alicui actio † vtilis principaliter aſſignatur. l. qui actionem. de præſc. uerb. ubi non poteſt dici data per extenſionem: ſic & publiciana & hypothecaria quæ pariter vtiles ſunt in rem. Ad idem facit tex. cum glo. in §. fin. Inſt. de interd. & l. actio. de neg. geſt. & generalis regulæ in l. quoties de præſcrip. uerb. Demum etiam ſi daremus fructuarium utiliter agere per extenſionem: tamen non tollitur argu-

mentum ſiquidem eodem modo poteſt dici faciendam extenſio
nem in caſu noſtro. Melius itaque eſt, ut dicamus prout ſu-
110 pra, vſumfructuarium † plus iuris habere in re ipſa, quàm poſ-
ſeſsorem: ibique aſſignauimus rationem: ex quo fit, vt facilius
veniat fructuarius domini appellatione, ut ſupra probauimus:
Et quaſi dominus agere dicitur in l. ſi uſusfructus. de aqua plu.
arcenda. Quintò argumentatur Soz. à ueriſimili mente ſtatuen
tium, quæ uidetur eſse, ut reprimatur audacia occupantium
rem non ſuam: & illud generale, ne delicta remaneant impuni-
111 ta: quod facit, ut uideatur hoc † ſtatutum fauorabile per Do-
cto. Bart. in d.l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & in
l. 2. §. exercitium. de ijs qui not. infam. Dec. in l. in teſtamentis. de
regul. iur. cum ſim. Sed reſpondeo non bene conſtare hic de men
te ſtatuentium, & in dubio id uidentur ſentiiſse quod uerba ſo-
nant, de quibus nunc deputatur, an propter genitiuum de do-
mino tantum non etiam de poſseſsore intellexerint: Item nega-
rem principaliter hic attendi publicam illam utilitatem: ſiqui-
dem puniretur iſte ſatis de iure communi per l. fin. C. unde ui.
112 Sed poteſt dubitari ne ratio † ſtatuentium fuerit fauor potius
113 domini, quàm uindicta publica: quod in dubio † credendum
eſse probat text. in l. ſi præſes. de pœn. Nam niſi conſtet qua ui
fuerit quis damnatus per interlocutoriam iudicis fit magis in-
terpretatio de ui priuata, quàm publica, & magis præſumitur ci-
uiliter quàm criminaliter cauſa tractari. Vltimò idem moue-
114 tur quia † in dubio ſtatuta interpretanda ſunt ſecundum ius
commune, ut ad hoc multa allegat Soz. hic. nume. 71. In tan-
115 tum, ut propter hoc etiam † à proprietate verborum receda-
tur. Abb. in cap. cum dilectus. nume. 21. de conſuet. Sed ius
commune occupantem rem alterius punit, ſiue qui tenebat ſit do
minus, ſiue ſolum poſseſsor, ſiue etiam prædo. l. ſiquis in tan-
tam. & l. fi. C. unde ui. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui. Re
ſpondeo ſtatuta eſse interpretanda ſecundũ ius cõmune, vt tamẽ
116 ab eo minus † recedant quàm fieri poſſit: non vt iuris cõis exem
plo caſus ſtatuti amplientur: nam ita fieret, vt cum ſtatuta re-
gulariter à iure communi recedant: quo magis extenderentur
eo magis ab illis ius commune corrigeretur, & ideo vt minus ab
illis, quàm fieri poſſit corrigatur, facta eſt regula, per quàm ſta-
tuta omnia pronuncientur ſtrictæ interpretationis. l. quicquid.
vbi DD. de verb. ob. l. 2. §. is qui nauem. de exercit. vulg. l. 3. §. hęc

verba.de neg.geſt. & ſolet tradi in l. omnes populi.de iuſt. & iur.
117 Quòd præſertim vires † ſuas obtinet in quantum per ſtatutum vel illius interpretationem recederetur in aliquo à iure commu ni.l.quod vero.l.quod contra.de legib.c.quæ à iure.de regu.iur. in 6.DD.in l.ſi vero.§.de viro.ſol.matr.Præterea cum iſtud ſtatu-
118 tum † veniat principaliter ad corrigendas dictas leges communes non poteſt ab illis interpretationem capere per Doct. Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.præt.quem citat & probat Ro.cõſi. 399.nu.13.Caſtr.in l.fi.§.in computatione.C.de iur.delib. Alexã. conſi.20.num.9.lib. 1.Et in interpretatione extenſiua mihi ſatis placet per ſupradictam rationem: & ita ſemper limitarem com munem * opinionem, quam receptam eſſe, affirmat contra dictam doctrinam Sayſellus in l.inter cætera. nu. 17. de liberis, & poſt.& Curt.iun. conſi. 7. poſt.num. 8. Equidem in hac quæſtio-
119 ne † libentius ſum cum opinione,quòd ſtatutum hoc de poſſeſſore etiam intelligatur:& primo me plurimum mouet ratio Caſt. quia in ſtatuto hoc, non tam videtur dictio illa, alterius, poſita ad denotandum cuius res ſit,quàm ad oſtendendum occupantis non eſſe,vt tanti valeat dicere rem alterius,quanti rem non ſuã: quod de dictione, alienũ, ſupra probauimus ex definitione poſtumi alieni in §. poſtumo quoq; Inſt.de lega. ſecũdum quam rationem, qui occuparet rẽ quam ſuam eſſe probaret euitaret pœ-
120 nam † ſtatuti iſtius ſed non pœnam iuris communis. l. ſi quis in tantam.C. vnde vi.Nam iſte caſus omiſſus in ſtatuto cenſeretur relictus in diſpoſitione iuris communis.Bar.in d.l. omnes populi.Bal.in l.illam.C.de collat.in l.fi.de ſuis & legit.Alex. optimè in in conſi.97.lib. 2.vbi plures notabiles caſus ad hoc citat. Secun-
121 do mens † ſtatuentium non alia,fuiſſe videtur quàm prouidere ne audaces & litigioſi abutantur ea communis iuris diſpoſitione, qua iniuſti poſſeſſores in ſua poſſeſſione conſeruantur aduer ſus quemcunque potiora ſua iura non oſtendentem.l.2.vti poſſid.qua ſpe freti facilè inducerentur, vt non ſatis certum de ſuo iure vel timidum vel debilem poſſeſſorem : vel quem lites faſtidiant,ſpoliarent: ſperantes eum onere grauatum probandi ſuã antiquiorem poſſeſſionem, & ſpolium ſubſecutum,vel tandem tædio litis affectum ab ea diſceſſurum. Sed ſtante hoc ſtatuto ſi quis oſtendatur ſua authoritate occupaſſe,quod antea non habebat incidet in pœnam: quæ ratio æquè militat,ſi contra poſſeſſorem,ac ſi contra dominum occupet. Tertiò ſi quis occupauerit

rem

122 rem vacantem † videtur ſtatuto iſto puniendus; nam & is occupat rem alterius, ideſt non ſuam ſecundum rationem Caſtr. ergo multo magis fiet eadem interpretatio in occupãte rẽ ab alio poſſeſſam, cum in ea militet idem ius, & etiam præiudiciũ poſ-
123 ſeſſoris. Quartò cum ſtatutum † dicat capere, ſiue accipere, ſiue occupare, ſiue ingredi (omnibus enim iſtis verbis ſolet formari, relationem habet ad poſſeſſionem, quaſi declaret eam iniuſtam in perſona occupantis, & propter eam iniuſtitiam, pœnã imponit. Quamobrem videtur conſideratum fuiſſe, quòd à poſ-
124 ſeſſore eam habuerit; Iniuſta † enim poſſeſſio dicitur, non quia à domino capta ſit, ſed quia à poſſeſſore, vel à quolibet alio is cœperit, qui eam capiendi ius non habuerit; à domino vero capta eatenus iniuſta dicetur, quatenus ille antea poſſideret, & ea priuaretur non quatenus captæ rei dominus ſit; nam dominij damnum non patitur; Idem ergo dicemus in quolibet poſſeſſore, quia omnis anterior poſſeſſor iuſtus erat reſpectu iſtius, d.l. 2. vti poſſidet. & d.l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Quintò verba ſtatuti ſunt directa in occupantem, non in eum à quo occupatur; cui nec ſtatutum parat actionem, nec vindictam, nec quicquam; ergo ex mẽte ſtatuti tenebitur quilibet occupans, nec erit curandum à quo occupauerit. Vltimo non parum me mouet,
125 quòd ſtatutum generaliter loquitur de re alterius; rei † autẽ appellatione omne id ſignificatur, quod ſit in patrimonio noſtro, vel eſſe poſſit, vel etiam extra noſtrum patrimonium. l. j. de rer. diuiſ. l. rei appellatio. de verb. ſignific. ẽt incorporalia ſub ea dictione veniunt. §. j. Inſti. de reb. corp. & incorp. & d.l. rei appellatione. Sed hoc ſtatutum factum pro patrimonij noſtri conſeruatione, de omnibus illis reb. ad minus intelligi oportebit, quæ
126 in noſtro patrimonio ſunt; inter quas computanda † erit etiam alienarum rerum poſſeſſio. l. ſeruos autem. de lega. 3. Et quidem pretio æſtimabilis. d.l. ſi duo. §. fin. vti poſſ. Nec impropriè ipſa etiam dicitur occupari, vt in d.l. ſi. C. vnde vi. Sic itaque videtur ſtatutum poſſe intelligi propriè in ſola poſſeſſione; nam & ſi nõ incidat iſte in pœnam, quia corpus ipſum à domino non occupauerit, tamen incidet, quia occupauerit poſſeſſionẽ alterius quę & ipſa non impropriè res dicitur, neque ſine maximo præiudicio occupatur propter interruptam præſcriptionem. l. naturaliter. de vſucap. & ob alia commoda intercepta, quæ ſolent poſſidenti competere. §. commodum. Inſt. de interd. propter quæ vide-

mus complurima iure communi præſertim per Prætorem poſ-
ſeſſoria remedia attributa. Hæc ratio & aliquæ aliæ ex ſupradi
127 ctis procedunt etiã ſi dominus ſit qui occupat: quod fortè † vo-
luerunt ſtatuentes comprehendere exemplo moti. d. l. ſi quis in
tantam: Sed eſſet contra Caſtr. Et fortè hoc met caſu procedit re
gula quòd pœnalia, & odioſa præſertim ſtatuta ſint reſtringen-
da. Cogitate. Poſtmodum circa ſtatuta in genere firmat Bar. In
128 his etiam odioſis † eſſe faciendam interpretationem ex commu-
ni vſu loquendi: Quod ait Iaſ. hic eſse diligenter ſignandum,
nam ſæpè allegari ſolet communis illa regula ſtatuta eſse ſtrictè
interpretanda, nec in eis eſse recedendum à proprietate verborũ
129 l. 3. §. hæc verba de negot. geſt. quæ limitatur † ex dictis Bar. hic.
& in ſpecie ita limitant Lanfr. in l. ſi uerò. §. de viro. ſol. matr. Sal.
in l. 2. C. de nox. act. Euerar. in loco. ab opin. vulgi. Hoc dictum
Bartoli habet duas partes in prima continetur ſupradicta gene-
ralis regula, in ſecunda illius ampliatio, quòd etiam in pœnali-
bus idem ſit, & in ſui natura adioſis: Quæ videtur quaſi limitatio
ad regulam. l. ſi præſes, & l. penul. de pœnis. & c. odia. de reg. iur.
in 6. Nam & ſi odioſa † ſint reſtringenda, non tamen reſtringun
tur contra communem vſum loquendi, ſed potius ſecundum il-
* lum amplientur. Quæ dicta Bartoli communiter * recepta ſunt
quamuis interdum cum aliquibus exceptionibus. Ad quod co
pioſè complures citantur per nouas addit. ad Ro. ſing. 422. & ad
Matheſil. ſing. 95. Fel. in proœm. decret. num. 3. & ſeq. in cap. per
tuas. num. 5. cum ſeq. vbi etiam Dec. de probat. In repertorio eiu
ſdem in verbo, Nepotis appellatione. Tiraq. in retrac. conſang. §.
131 2. glo. 1. num. 9. Lanfr. in trac. de teſtib. num. 67. vbi † copioſè &
vtiliter digerit quomodo & quo tempore vſus loquendi probe-
tur, & ibi in addit. ad idem facit additio noua ad Bal. in l. omnes
dies. C. de ferijs. Bertr. conſ. 251. num. 8. lib. 4. parte. 1. Corn. con-
ſi. 346. lib. 1. & in l. generaliter. in fin. principij. C. de inſtit. & ſub-
ſtit. Brun. ſuper ſtat. exclud. fœm. art. 8. num. 42. Hipol. Rim. con
ſi. 19. num. 6. & ſeq. lib. 1. Decius conſi. 1. num. 30. Et addictam re-
gulam videndus eſt Rol. de lucro dot. q. 6. num. 6. & q. 98. nu. 7.
Nicon. ad nauſeam vſq; in rub. ſol. matr. nume. 42. cum multis
ſequent. vbi etiam Paris. num. 82. Didac. variar. reſol. lib. 3. cap. 5.
in principio Alc. lib. 2. de verbor. ſign. & in rub. D. eo. tit. DD. in c.
quamuis. per illum tex. de verbo. ſignifi. & in c. ex literis. primo.
de ſpon. Sal. Gozad. conſi. 37. nu. 13. Petr. Rebuff. ad tit. de verbo.
ſign.

ſign.in proœm.verſic.ſecunda. & in tractatu de nominat. q.14.n. 14.Additiones ad Abb. in cap.nonnulli. de reſcrip. latiſſimè cumulantes: & hic Cum. Alex.Iaſ.Ruy.Claud. Nicon.Horman. Paris.Soz.& Cardinalis Alban. ad Bartolum, qui omnes communi ore teſtantur communem * eſſe cum Bar.præſertim.Iaſ.nu.2. Claud.num.10.Ruy.nu.22.Nicon.n.205.Crot.num.40. Horm. n.22.Soz.n.86.Item Mari.Salomon. in l. omnes populi.de iuſt. & iur.Ro.d.ſing.422. Turzan. in tract. comm. opinion.nu.29. Bapſt.à Villalob.in eodem tracta.in uerbo, cõis vſus.& in verbo vſus loquendi.Soarez.recept.ſenten.in verſi. Vſus communis.n. 108.Et dicit frequentiſſimo omnium calculo receptum Didac. dicto cap.5.num.1.Et tenuerunt Francus in cap. inſpicimus, & Io.And.in c.in obſcuris.de reg.iur.in 6.Bal. in c.1. de capit. qui curiam vendidit.nu.8.in feud.Cur.in trac. de conſuet. capit.fin. q.12.Cagn.in l.1.nu.241.ſi cert.pet.Mantua in c.j extra de iud. num.76.Dias in reg.796.Roncagall.in rub.de duob.reis.nu.50. Lud.Gomes.in regula Cancell. de non iudicando. &c.q.11.in fi. Aſinius in pract.ſtatut.§.19. capit.31.Ancar.conſi.152.nume.5. Alex.conſi.85.lib.4.Cum.conſi.3.in fi.Ruy. conſi.81.num.4.lib. 1.& conſi.40.num.7.lib.3. Brun.in trac.de ſtat. exclud. fœm. art. 6.num.190.Soz.iun.conſi.144.num.28.lib.3.conſi.65.num.19. lib.4.Paris.conſi.80.num.15.lib.2.Bertr.conſi.2. nume. 4.lib.1. conſi.211.num.7.lib.2.parte.1.conſi.82.nume.4. conſi.276.nu. 2.lib.3.parte.1.conſi.158.num.12.conſi.289.num.8. lib.3.parte. 2.conſi.50.num.4.conſi.140.num.2.lib.4.conſi.157.num. 8.cõſ. 176.num.4.lib.5.conſi.19.num.11.conſi.121.nu. 28. conſ.232. num.3.lib.7.Berous conſi.18.num.16.conſi.43. nu. 3. conſi.165. nu.3.lib.2.Grat.conſi.31.nu.2.lib. 1. Crau.conſi.166. num.10. conſi.295.num.2.Capra conſi.37.num.6. Hipol.Rimin. conſil. 19.num.10.lib.1.Simon de Prę t.conſi.7.nu.3.Crot.conſi. 151. nu.5. Port.conſi. 179.num. 13.Deci.conſi.1.num.5.Colleg.Patau. conſi.2.num.15.inter conſilia vltim.volunt.Et alij multi infrà deducendi; vt dubitandum nequaquam ſit, quin in praxi ſit iſtud tenendum pro firmiſſimo axiomate: præſertim aſcendente authoritate glo.in l.librorum.§.quod tamen Caſſius.in uerſic. Quid igitur de leg.3.in l.frugem.de verb.ſign.in l.2.in princ. de orig.iur.in l.fin. C.de edic.di. Adr. tollen.in l.de pupillo.§.meminiſſe.infra eo.gl.in c.præterea. de verb.ſign. in c.non nulli in verſic.Dictas. de reſcr.in c.inter coporalia.de transl.Epiſco. in c.

Appellamus

Appellamus vbi etiam Abb. de ferijs. in c. nè pro defecti: de elec. in cap. 1. de torneam. in c. cupientes. in uerbo, commodè de ele. in 6. Item authoritate Bar. alterius in iure aſyli hic in d. l. 2. §. poteſtatis. in d. proœm. C. in l. 1. in princ. de ſuis & legit. in d. l. Labeo de ſupell. leg. in l. libellorum. §. ſed & ſi aliud. de accuſ. in l. j. in princ. ad l. Fal. in l. omnes populi. q. 3. de iuſt. & iur. in l. 1. C. de iuram. calum. & alibi ſæpè. Pro quo etiam ponderantur in utroque iure multæ leges, referam quaſdam, & ſuper illis aliter non inſiſtam: uidelicet l. cum delanionis. §. aſinam. de fund. inſtrum. d. l. Labeo. de ſupell. leg. d. l. 1. in principio de ſuis & leg. l. anniculus. in prin. l. ut Alfenus. l. in uulgari. §. fi. l. in uſu. de uerb. ſigni. l. talis ſcriptura. in prin. de leg. j. l. non aliter. l. uxori. in prin. l. legatis ſeruis. de leg. 3. Item ab omnibus allegatur ad hoc ca. ex literis. j. de ſponſ. c. maiores. de baptiſm. c. quamuis. de uerb. ſig. d. c. corporalia. de tranſlat. Epiſc. c. præſenti. §. loca. de præbend. in 6. c. ſtatutũ. de reſcr. in 6. c. fundata, & c. cupientes. de elect. in 6. Et alia complurima. ex quibus locis variæ fiunt illationes per DD. quas præteribimus: nam de his tractare in præſentia eſſet nimis præter rem noſtram: Neque etiam diſcutiemus, an omnia hæc & alia quæ adducuntur probent, quamuis fortè multa ex illis diſputando euitari poſſent: ſed eſt hæc ſententia adeò indubitatè recepta, ut quaſi nefas uideretur, ſi quis tentaret ab ea recedere. Si quis autem putaret ſuo arbitratu ſibi liceret rem hanc perpenderet, ſciat non ex opinione ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina rerum exaudiri debere, ut ait iuriſconſultus in d. l. Labeo.

132 Vel ſi quis crediderit nomina † per ſe naturalem habere ſignificationem, cum legatur in ſacra pagina Adam appellaſſe nominibus ſuis cuncta animantia terræ, & uniuerſa uolatilia cœli, & cætera, Gene. capitu. 2. unde non liceat hominum uſu ab illis recedere: Dicam fortè illud olim fuiſſe in antiqua illa lingua hebræorum, in qua etiam literæ ſignificabant: ſed poſt ædificatam turrim Babilloniæ, & diſpartitas locutiones in pœnam maximæ illius audatiæ, nomina fuerunt ad placitum

133 imponentium. Neque etiam quemquam moueat, † quod ait legiſlator Iuſtinianus nomina eſſe debere conſonantia rebus, in §. eſt & aliud. Inſtit. de donat. namque iſtud hodiè intelligendum eſt ne uoces, earunque ſignificationes inter ſe diſſentiant, atque confundantur, quia ſic fieret obſcuritas rerum maxima, ſi puta quòd in alijs negocijs, dicitur fieri poſt, in vno aliquo di

ceretur

ceretur fieri antea, vt in exemplo d. §. eſt & aliud. Cæterum ſi om nes conſentirēt dictionem, ante, illud idem ſignificare, quod nūc intendimus per dictionem, poſt, non eſſet ineptum. ſimiliter diſ-
134 ſonans, & vt quis lancem † appellet bouem, niſi antea communi ter id receptum fuerit: Et ideò qui opinione ſua ita concepit, nō tamen illud dixiſſe credendus eſt. d. l. Labeo. de ſupel. leg. & l. 4. de leg. 1. Sed tantummodo dicendum erit eū mente concepiſſe. Ex quo fiet, vt vbi pro forma verba deſiderantur puta in ſtipula-
135 tionibus † contrahendis, non poterit per ſubauditos iſtos intellectus res impleri: quod facit pro deciſione illius quæſtionis an ſtipulatio per characteres iſtos A. & B. concipi ualeat, de qua latè interpretes in l. 1. de verb. obli. Iis quæ de vſu communi dicta ſunt, cōſonat quod ait Cicero pro C. Rabirio vſum eſſe optimū rerum magiſtrum. quòd quamuis principaliter de vi verborum
136 enunciatum non ſit, tamē adhuc maxima eſt vſus † authoritas, etiam circa verba inducenda, tollenda & immutanda, nam non ſolum verborum communium veræ & propriæ ſignificationes vſu mutantur Alb. in l. prouinciales. num. 3. de verbor. ſign. Roncagall. in d. rub. de duob. reis. nume. 71. Io. Maria de Plot. conſi. 112. num. 13. inter conſilia vlt. volunt ſed legum quoq; ipſarum diſpoſitiones, quod plus eſt, tacito populi conſenſu obliteratur. l. de quib. de legi. Et ſunt verba Sulpitij Apollinaris, apud Gell. lib. 12. ca. 13. hæc videlicet. Sed nimirum conſuetudo vicit, quę cum omnium domina rerum, tum maximè verborum eſt. Vulgare etiam eſt illud Horatianum in Poeticis, ſed in rem pręſentem maximè accomodatum. Multa renaſcentur inquit, quæ iam cecidere, cadentque quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus: Quem penes arbitrium eſt & uis, & norma loquendi. cuius loci meminit ex noſtris, in hunc eundem ſenſum, vt vſus cōmunis mutet verborum proprietatem Polyt. in tract. ſubſtit. parte prima & Ioan. Bapt. de Plot. in conſi. 130. num. 27. inter conſil. Crimin. vol. j. Quintilianus etiam lib. 1. cap. 5. Authoritatem inquit, ſermonis conſuetudo ſuperat, vt meminit etiam nouiſſimè Sebaſt. Medic. in trac. de legib. & ſtatutis. parte. 3. q. 16. poſt Alc.
137 d. lib. 2. de verb. ſign. An verò ſignificatio † introducta per vſum loquendi ſit propria? Ex iam dictis videtur inferri affirmatiuè, ſi enim proprietatē tollit, ergò aliam inducit, ſed hoc negat Bar. in d. l. Labeo. quem frequentius † ſequuntur alij: Et haberet diſputationem hinc inde: ſed non eſt iſte locus ſuus, aliqua infra dice-

diximus. Videndum eſt nunc quanti valeant quædam, quę opponit Rom. hic contra iam dictam communem doctrinam, quòd ante omnia vſus loquendi attendendus ſit: Non quidem vt ex his videamur eam in dubium redigere, ſed vt difficultates quæ circa hoc oriri poſſent è mētibus veſtris remoueantur. Primò al-
138 legat. l. ſi dictum.† de euict. ibi, non vt vulgus opinatur & ſit reprobatur vulgi opinio in lege interpretanda de qua ibi. Reſpondet Alex. primo non omnem vſum vulgarium illic reprehendi,
139 ſed illius tantum caſus. Voluit hic Alex. iudicio meo, tacitè cōſtituere fallentiam ad communem ſupra dictam regulam: ſi qua lege vſus vulgi reprobatus reperiatur: de quo infra erit videndū in ea limitatione: ſi quod ſtatutum generale dictet omnia ſtatuta eſſe propriè intelligenda. Hæc ſolutio non tollit difficultatē; quo fiat vt interdum in iure reprobetur vſus vulgi interdum approbetur: Hoc fortè voluit Iaſ. dum reprehendidit hanc ſolutionem: ſed quia non apertè expreſſit, ſumpſerunt quidam occaſionem ipſum reprehendendi. Item non placet quia fortaſſe non ſufficit in iure vſum reprobari, ſi hodie contra ius receptum ſit: cum per conſuetudinem legibus derogari ſoleat. d. l. de quibus. Secundò reſpondet idem Alex. nec multum diſtat à præcedenti. ibi reprehendi communem vſum præteritum non futurum, ar-
140 gumento glo. in clem. ſtatutum. de elect. Sed dictum † huius gl. reprobatur communiter: * vt per Bart. & ipſum met Alexan. & Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg. j. Dec. in c. cum omnes. de conſtit. Nicon. hic. nu. 213. quia volunt per legem prohibentem conſuetudinem etiam derogatum intelligi futuræ conſuetudini. Sed in contrarium plurimum obſtat illud quod conſuetudo habet vim legis tollendæ. d. l. de quibus. Poſſet tamen quantum nunc conijcere valet, ita res hæc conciliari, quòd clauſula vel lex abrogans conſuetudinem quamlibet non intelligatur de futuris: ſed ſolum de præteritis, quaſi cognouerit legislator iniquitatem earum: ſecus de futuris, quia nō videatur cogitaſſe iniquas fore recipiendas: cæterum ſi legislator ignorat conſuetudinem nec tollit præteritam. c. 1. de conſtit. in 6. At ſi videat fortè in vna re abrogandam conſuetudinem propter eius iniquitatē: & ſuper eodem certam ſtatuerit legem, non tantum præteritæ, ſed & futuræ quoque derogatum eſſe putauerim facit c. ex parte de conſtit. auth. caſſa. C. de epiſc. & cler. aut. nauigia. C. de furtis. l. 3. §. Diuus. de ſepulch. viol. Et eſt fortaſſe ratio quia tunc videatur

deatur adempta ratio ipſius conſuetudinis: Ex quo fit locus, do
141 ctrinæ Bal.† in aut.omnes.verſic. nota quòd quando Princeps,
C. commu. de ſucceſ. volentis etiam futuram tolli quando per
principem ſit eius ratio correcta. & ita etiam intelligendum erit
quod dicit Bart. in d.l.de quibus. & Alex. in d.§.in legatis, quòd
lex, quę derogat conſuetudini non poſſit tolli per illam met cõ-
ſuetudinem, quia videatur irrationabilis: nam hoc non aliter
eſſet verum, quàm ſi rationi eius fuiſſet derogatum: quæ tamen
dubia ſunt, & altiorem requirerent indaginem. Prædictis au-
tem ſic ſtantibus, ſolutionem hanc poſſumus intelligere ſecun-
dum primum caſum: ideſt per d.l.ſi dictum, non reprobari in
genere omnes vſus loquendi qui futuri erant, quòd tamen non
caret diuinatione vt Iaſ. animaduertit, & non de conſuetudine
in genere, ſed in quodam ſingulari caſu text. ille loquitur. Tertia
quoq; ſolutio Alex. illud eſſe reſpectu alicuius certi loci, eodem
142 morbo laborat, ſed et alio quoq;, quia conſuetudines † locorũ
in illis locis vbi ſunt recepte pro lege habentur, non alibi: Vnde
143 in articulando † vſu communi ſolet apponi locus & tempus no
minatim, vbi & quando ſeruetur illud quod vſu receptum dici-
tur, & ſtatuti conditi de quo interpretando agitur; vt per Bar. in
d.l.Labeo, & pulchrè Lanfr. in tract. de teſtib. num. 97. Rol. de lu-
cro dot. q. 6. num. 7. & ſeq. Dec. in c. in præſentia de probat. Re-
ſpondet Iaſ. cuius dictum ſequitur Soz. ibi non reprobari com-
munem vſum loquendi, ſed tantum vulgi opinionem: quod
non videtur ſatis eſſe ad ſolutionem, nam benè videbat Roma.
in eo text. non eſſe caſum de vſu loquendi: Sed ſibi videbatur
valere argumentum: ut ſi quod opinatur vulgus circa aliquam
iuris diſpoſitionem non ualet; nec ſi circa quamlibet vocabuli ſi
gnificationem, vt ſentijt affirmatiuè tamen Gell. in d. capit. 13.
Quartò reſpondet Ruy. vulgus ibi opinari, ita de iure debere in
telligi. & ſic errabat in iure interpretãdo: at ſi non per errorem,
ſed ſcienter vellet aliquid contra, vel præter ius recipere poſſet
vtique ex certa ſciẽtia: Hinc autem videtur fieri, vt ſi vulgus† er-
144 ret in propria alicuius vocabuli intelligentia, non poſſet quicq̃
circa illius ſignificationem mutandam, vel de nouo inducendã:
quæ quidem eſſet maxima limitatio huius regulæ communis: &
facilè præberetur campus, ut in iudicijs nũquã obtineret, ſi qui
dem haud difficilè eſſet oſtendere uulgus, dum communiter di-
ctionibus complurimis utuntur, earum ignorare propriam ſi-

gnifi-

ſignificationem; nam nedum in latina lingua, ſed etiam in materna Italica ſunt perplures dictiones, quarum vis à latinis, vel Græcis, vel antiquis Hætruſcis, vel à vetuſtiori aliquo idiomate pendent: Et in noſtra Hetruſca non ne multa vocabula à Gallica Prouinciali originem ducunt? quod & multi etiam eruditi ignorant, nec tamen ſemper ſecundum originalem cauſam ſignificant. Nicolitius facit differentiam inter vulgus, & communem opinionem; quia illud ſit viliorum de populo: hæc maioris partis & peritiarum vt per Ariſto. in Topic. Hæc reſponſio non eſt ſe
145 cura, nam vulgus † multoties in iure accipitur pro opinione cõmuni; vt alias declarauimus proximo præterito anno multis collatis legibus & authoritatibus in rub. de vulg. & pupill. quod nec eſt alienum à ſenſu illius literæ; neque eſt uerisimile iuriſconſultum, ualdè alioqui circumſpectum, curam geſſiſſe eorum quæ infamis vulgus opinaretur; præſertim in ijs, quę propriæ farraginis eſſent iuriſconſultorum. Quid enim cum vulgo hoc, quòd qui promittit cautionem eam præſtet cum fideiuſſione uel ſine? Niſi dixerimus ibi reprehendi opinionem quorundam iuriſcõſultorum, quas noluit prudentiſſimus Paulus aliter
146 nominare quã per uulgi appellationem; quia nullius † fortè eſſent nominis; nã & uulgaris perſona dicitur uilis & humilis in l.
147 legitimos. de leg. tutor; & † uulgaris uxor, quæ infami meretricia labe ante matrimonium fuerit notata. l. ſi uxor ad l. Iul. de adult. ſeù ut mauult Bud. ex plebe ducta. Vel ideò eos uulgus appellauit, q̃a in re nimis clara errarent, uñ nec dici immoratur in eorũ opinione confutanda: & ita declarata poterit hæc eſſe bona reſponſio. Vel demum dicerem ibi reprobari opinionẽ uulgi, quæ nondum in uſum deducta erat: hic uero qñ iam per longam tẽpus uſu recepta ſit: ut enim per conſenſum populi conſuetudo inducatur mores debent eſſe diuturni. d. l. de quib. de legib. & d. §. ex nõ ſcrip. Inſt. de iur. natur. ubi interpretes declarãt ad minus de
148 decennio, & in ſpecie noſtra ad probandum † uſum communẽ requiri ſaltem decem annorum ſpatium docet Bar. in d. l. Labeo. & Lanfr. in d. trac. de teſtib. & Brun. in tract. de ſtat. excluſ. fœm. art. 9. nu. 107. Hoc idem fortaſſe ſentijt Iaſ. ſed non ita expreſſit.
149 Scdo allegat Ro. tex. in l. item prætor. † de ſuis & legit. dum ait, Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellentur etiam eorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non propriè, ſed per abuſionẽ, uel potius, ἀν ἀφορμῆς accidit; Hæc & cõſuetudo circa uo

 cabula,

cabula,& tamen non recipitur, ſed tanquam impropria,& quaſi per abuſionem ſit reprobatur. Reſpondet Iaſ. eſſe ibi vſum loquendi nimis ineptum, vt eius ſim cognatus cuius tpe nec animal eram l.j. §. ſi quis proximior. vnde cogn. Non placet hæc ſolutio Ruyno, quia non agatur ibi de conſuetudine illa reprobanda. Sed hoc nihil eſt, nam ex illo tex. apertè conſtat conſuetudinem illam nec facere ſignificationem propriam, nec in edicto contineri, in quo de cognatis fiebat mentio: & tamen communi vſu non dum concepti cognati dicebantur. Credimus autem non eſſe bonam ſolutionem hanc, quia ſit diuinatiua: non 1
enim aliunde apparet iſte ineptus vſus, quàm ex eo text. qui vtitur ea ratione, quòd non ex vi verbi ſed ex quadam conſuetudine profectus ſit. Reſpondet Ruy. ideò ibi non attendi vſum loquendi, quia in edicto ageretur de cognatis tempore mortis, & ſic de ijs, qui eſſent iam in rerum natura. Sed neq; hoc placet, qa in edicto nō erat iſtud expreſſum, ſed ſumebatur per interpretationem prudentū, qui ea ratione principaliter mouebatur quod edictum de cognatis loqueretur ſimpliciter: iſti uerò non ſint proprie cognati, vt text. ipſe declarat: cæterum ſi in edicto fuiſſet expreſſum ſolum conceptos tempore mortis ſuccedere, inutili- 1
ter ibi & in l.j.& in l.Titius.e.tit.& in d.l.j.vnde cogn. & alibi de eo caſu dubitatum fuiſſet. Reſpondet Nicon. pro forma requiri 1
conceptionem tempore mortis,& aliter non poſſe ſuccedere cui formæ & neceſſitati iuris non poteſt derogari per vulgi commu-
1 ſionem vſum. Sed hoc non † videtur omnino verum, ſicut enim cõſuetudo inducere poteſt ſolemnitates de nouo. Auth. ut præpom nom, Imp.& ſupra dictum eſt: ita videbatur poſſe inductas reformare vel tollere, vel quoquo modo immutare. l.j. §. fi. de vent. inſpic.& argu. notatorum in d.l. de quib. Præterea, vt proximè dicebam, non enim ſolutio hæc multum diſtat à ſuperiore Ruyni, non aliter conſtat de ea ſententia edicti, niſi per interpretationē prudētum, vt in d.l. item Prætor.& in alijs ll. quas idem Nicon. 1
allegat,& quarum ponderant ſingula verba, dum cupit oſtendere illud eſſe de forma: ſed nihil agit, namq; l. Titius. eo. ti. eſt eiuſdem Iuliani, cuius & d.l. item Prætor ex eodem lib. quinquageſimo nono Digeſtorum; aliæ verò ſunt iuniorum prudentum, vt 1
patet ex inſcriptione earū; Ergo eo tempore reprobatur à Iuliano vulgi opinio, quando nōdum extabant dictæ leges,& ſic neq; dicta formam, quam ex illis inductam voluit Niconitius. Rñdet

Soz.

Soz. ideò reprobari illic uſum loquendi, quia non appareat ex-
titiſſe tempore edicti conditi: Nam, vt ſtatuta ſecundum vſum
interpretentur, debet probari vſus tempore ſtatuentium Bartol.
in d. l. Labeo. de ſupell. legato. & ſupra dixi. Verum hoc ſapit
diuinationem, præſertim cum in tex. aſſignetur illa ratio, quia ſit
impropria locutio vulgi non iſta Sozini. Idem reſpondet conſue
tudinem illam fuiſſe apud idiotas, ideò per abuſionem dicitur.
hoc etiam non caret diuinatione, nec oſtendit cur non propria
ſed per abuſionem ſit ſignificatio in quam populus conſentit.
Eſt etiam graue præiudicium fateri hanc improprietatem in om
ni vſu loquendi; etenim crediderim ideò ſtrictè ſeruandam ſi-
gnificationem vſus communis, quia vel proprietatem per ſe
facit, vel omninò loco proprietatis habeatur, etiam contra pro-
prietatem ipſam. At ſi demus, verè eſſe per abuſionem, vide-
tur ſtatim conſtitui regula; ſemper hanc ſignificationem adij-
ciendam eſſe, præter quàm in fauorabilibus; At ſi verè eſt per
abuſionem: ergò malus vſus nec ideò ſeruandus, argumento
not. in dic. l. de quibus. Per quàm ponderationem ceſſant aliæ
ſolutiones; ſed non illa Alciat. diſpunct. lib. j. capitul. 38. qui
dicit illud verbum, per abuſionem corrigi in ſequentibus, vel
potius, ἀναγωγικῶς idest, vt ipſe interpretatur, per relatio-
nem. Sed hoc quoque plenè non ſatisfacit; nam & ſi per emen
dationem illam tollitur, ne dicatur iure per abuſionem, non
tamen tollitur, quin ſit impropria ſignificatio, vt ex eadem li-
151 tera apparet; & etiam quia † per relationem tale, impropriè eſt
tale, cum tamen communis vſus loquendi improprius non ſit
ſecundum eundem Alciat. lib. 2. de verborum ſignificat. ſecus
ſecundum alios in d. l. Labeo. de quo aliquid infra. Nos re-
152 ſpondemus † conſuetudinem illam fuiſſe, vt impropriè non-
dum concepti dicerentur cognati; ſicut in ſimili homo mor-
tuus & homo pictus conſuetudine dicuntur homines, non quia
propriè homines ſint & dicantur, ſed ſolum per ſimilitudinem,
& analogicè: in quem quidem improprium ſenſum cõſentiunt
omnes, qui ea dictione illis caſibus vtuntur: vt ſi quemlibet ro-
gemus ſi quem tunc hominem appellat, credat eſſe hominem,
negaturus ſit proculdubio, ſed ita eos appellare ſe ſolitum eſſe
dicat per abuſionem, idest per analogicam, ſeù æquiuocam quã-
dam appellationem, ſed ſolum quià mortuus relationem habeat
ad id quod viuens fuerat, & pictus ſimilitudinem veri oſtendat.

Ita in caſu noſtro quod benè ille text. docet dum inquit, ſed potius, [illegible], quaſi dicat, ſed non benè dixi per abuſionem licèt benè non propriè: eſt enim quædam improprietas quę in relatione conſiſtit: hoc eſt quòd dum populus hac vtitur dictione, in caſu iſto videtur habere relationem ad id quod eſſet ſi nũc viueret qui antè conceptos nepotes mortuus fuit; ſic itaque poterit populus vſu inducere proprietatem; ſed quando præcisè conſentit & propria aliqua vox ſit ad aliquid ſignificandum: nõ ſi cum ſciat eſſe alienam, tanquam aliena vtatur: quòd rationi conſentit, quia nulla conſuetudo, abſque conſenſu vtentium introducitur, & in ea conſenſus primas partes obtinet, vt ſupra diximus per dic. l. de quibus. & d. §. ex non ſcripto. Tertio alle
153 gat l. ita vulneratus. † ad l. Aquiliã. ibi, occidiſſe dicitur vulgò quidem, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit, ſed lege Aquilia is demum teneri viſus eſt; qui adhibita vi & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet, tracta videlicet interpretatione à cædendo, & à cæde; quæ verba ſatis explicant iuriſconſultum non ſequi communem vſum vocis, ſed deriuationem tantum. Iaſ. videtur tranſire cum ſolutione ad d. §. ſi dictum, quoniam; & hic reprobetur, quædam opinio vulgi. Verùm iſte caſus proximior eſt huic quæſtioni, quàm ille: namque hic agitur de interpretatione propria illius verbi, occidere, ibi verò agebatur de re, an teneatur fideiuſſorem dare, qui tenetur promittere, & ideò hæc reſponſio minus facit ad rem. Reſpondebat Sozin. ibi non eſſe opinionem communem omnium, ſed tantummodo vulgi, qui non poteſt rectè, opinari contra regulas iuris, quinimò videbatur vulgus ibi opinari, quod iuris erat, & maximè receptum, vt is dicatur occidiſ
154 ſe, † qui dat cauſam morti quomodocunque; nam in l. Cornelia. de ſicarijs. tenetur qui parauit venenum, vel qui procurauit abortum, vel qui falſum teſtimonium dixerit, propter quod quis morte plecteretur, & alijs ſimilibus caſibus, vt in l. 1. l. 3. & paſſim per totum titulum ad l. Corneliam de ſicar. quia enim dant iſti cauſam morti occidiſſe videntur. l. nihil. d. titulo. capitulo de cætero. de homi. c. ſi. de iniur. Præterea vt ſupra diximus
155 † & alias probauimus in rub. de vul. & pup. vulgus accipitur multoties in iure pro opinione communi iuriſconſultorum: nam & gl. in l. idem Iulianus. §. ſcio. de leg. j. exponit, vulgo, idelt à ſapientib. licèt illa dictio in tex. Pandectarum Florentinarum deficiat.

Ita etiam proculdubio accipi credimus in d. l. ita vulneratus. nã plebs, & vulgares homines non dicunt alium occidiſſe, quàm eum qui proximam cauſam morti præſtiterit: Et illud quod ait tex. occidiſſe dicitur vulgò quidem, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit, intelligendum erit de prudentibus, qui hanc ſoleant communi conſenſu conſtituere regulam, Rñdet Ruy. communem hunc vſum loquendi limitari ibi per legem Aquiliã; Addunt moderni Flor. rationem nè delicta remaneant impunitã: vt dicit ibi tex. propè finẽ; & ad hoc ſemper allegari ſolet. Sed hoc ineptũ omnino eſt, quia ratio illa, vt patet ex deciſione text. facit potius pro vſu communi notato in allegatis verbis, quã pro limitatione hac, nè enim delicta remanerent impunita commodius fuiſſet attẽdere vſum per quem etiam, qui cauſam remotam dediſſet, comprehenderetur, quàm naturalem vim verborum, ſecundum quam opus eſſet exceptione, & ſic nulla eſſet ratio cur illa fieret: nam etiam contra eum, qui non ſuis manibus occidit, ſi tamen cauſam mortis dedit ob eãdem rationẽ competit Aquiliæ legis actio in factum ſeu vtilis. l. item, ſi obſtetrix. eo tit. gloſſ.

156 in l. nihil. ad l. Corn. de ſicar. Nos reſpondentes † dicimus ipſamet lege Aquilia conſtitiſſe, occiſorem debere interpretari à cęde potius, quàm à communi vſu peritorum, namque non ſimpliciter in ea occiſores puniebantur, vt in lege Cornelia de ſicarijs: ſed adijciebatur, vt occiſor teneretur ad æſtimationem quã tiplurimi fuit ſeruus, qui occiſus dicitur in anno præterito à die mortis non à vulnere illato: Ita loquebatur primum caput illius legis, vt in l. 2. in princip. eo. tit. Argumentatur ergò iuriſconſultus ita occiſor is dicitur, qui quomodolibet cauſam mortis tradidit, qui ergo ſeruum ita vulnerauit, vt moriturus eſſet quaſi occiſor debet puniri: At è contra quia cum occiſori pœna imponatur attendenda à morte, non videtur iſte in lege comprehenſus, quaſi occidere hic ille dicatur ſecundũ quãdam reſtrictam ſignificationem à cædere vel cæde qui cæſit: Vtilius tamen eſt eũ teneri ne delicta remaneant impunita, & ea ratione extenderetur lex, vt pœna ſumatur non à die mortis, ſed vulneris, quaſi tunc ab eo qui vulnerauit cenſeatur ſeruus occiſus: quæ ſatis in illo text. clara ſunt. Quarto allegatur gloſſ. in l. quod ſi nepo-

157 tes. † de teſtamen. tuto. quæ videtur velle in communi vſu loquendi nõ ſeruari differentiã inter hæc nomina liberos & filios, Et tamen vult illic Bart. ſi in teſtamentis reperiantur à notario

ſcriptæ iſtæ dictiones interpretari debere ſecundum differentiā illius legis: Ergo non eſt uerum ſeruari vſum communem ſed tantum ſcriptarum legum authoritatem. Reſponde vt per Iaſo. hic, quod alij ſequūtur. & habuit à Bar. in d. l. quod ſi nepotes, & in l. ſi quid earum. de leg. 3. ſcilicet illam gloſſam intellexiſſe de differentia in vulgari noſtro ſermone: quod & verum eſt, nam non habemus certam aliquam dictionem per quam liberos ſignificemus: Et ideò voluit dicere gloſſa, differētia illa obſeruabitur inter loquētes latina, non materna noſtra lingua, qua in teſtamentis multi vtuntur: quod etiam animaduertit Alc. in d. l. 2. de
158 verb. ſig. ſimiliter inter emere † & cōparare vulgò nō fit differētia in lingua italica, cū tamen latinè, & de iure noſtro aliquam eſſe animaduertat Bar. in d. l. ſi quid earū. poſt gl. ibi. Bart. in l. j. de contrahen. empt. vbi Bal. & in l. j. de rer. permut. Quintò Soz. hic ponderat illud quod vnicuique potuiſſet facilè ſuccurrere: non eſſe in ſtatutis recedendum à proprietate verborum vulg. l. 3. §. hæc verba. de neg. geſt. l. j. §. is qui nauem. de exercit. l. non aliter. de leg. 3. l. fi. C. de ijs qui ven. ætat. impe. Eo addito quòd ſtatu-
159 ta † compoſita à prudentibus non vulgaribus, vt ſolet plerunq;
160 contingere, deberent propriè interpretari, quia illi † propriè potius quàm vulgariter præſumūtur locuti Bar. in d. l. ſi quid earū. de leg. 3. Bal. in l. j. C. de ſucceſſor. edict. in l. j. C. de ſeru. fugit. in c. j. de ſucceſ. feud. quem citat hic Ro. n. 11. Alex. conſi. 115. lib. 2.
161 conſi. 2. lib. j. n. 17. conſ. 85. lib. 4. n. 15. Sed ſignificatio † quæ ſub ſtinetur ſolo vſu loquēdi. eſt impropria, vt per Bar. in d. l. Labeo & in d. l. cum delanionis. § aſinam. & in l. j. de ſuis & legit. & in l. liberorum. de verbo. ſig. & ita communiter † creditur. Veruntamen ſecundum Alcia. in d. l. 2. de uerbo. ſign. poſſet ſuſtineri eſſe propriam: etenim nullum eſt uerbum quod aliter ſignificet quā ex vſu hominum. Et ſi uerba ſunt ad ſignificandum, quòd in animo proferētis ſit, ut voluit Ariſt. in lib. de interpret. cuius meminit Corſet. in tract. de minim. part. j. n. 21. & Io. Boich. in tract. de iuſtis nup. lib. 3. n. j. & eſt bonus tex. in d. l. Labeo. de ſuppell. leg. certè videtur ſolum attendendum, an illud proferens intēdebat, quòd ſi omnes in idem conſentiunt, quid aliud in ea dictione eſſe dicetur; Quamobrem hæc dici poterit propria ſignificatio: quod & ante eum voluerunt Iacob. Butr. Anto. de Butr. Barba. & Aretin. quos citat & ſequitur Nicon. hic num. 252. idem Fulg.
162 conſi. 27. col. 1. & Rom. conſi. 4. in fin. Qui vult † propriam dici

inter-

interpretationem ſtatuti, quæ ſumitur ab vſu communi? Scot. conſi. 3. tom. j. lib. 6. num. 9. poſt aliàs quos allegat. Non deſunt tamen argumenta in contrarium, quæ tamen breuitatis gratia prætereo: & pro ſolutione putarem ita facilè poſſe opiniones cõ-
163 ciliari: Nempè † quòd proprietas vocum interdum intelligatur quatenus ipſæ deriuantur uel a Græca, vel à latina, vel ab alia quacunque dictione præcedenti, quæ deriuatio, ſeù dictionum origo à Græcis Etymologia dicitur à Cicerone in Topicis Veriloquium: ad quod ſolemus ſæpius deuenire pro vocum proprietate poteſtateuè haurienda. l. j. in prin. de acqui. poſſ. l. 2. §. mutui
194 datio. ſi cer. pet. cum ſimil. Nec iniuria nam eſt quodàmodo † definitio nominis, quia ſicut definitio veram & propriam oſtendit rei ſubſtantium, ita etymologia propriam uocis ſignificationem: hoc caſu conſentio uſum loquendi non inducere etymologiam, & ſic proprietatem hoc modo acceptam: Et huc uidetur ferè omnia argumenta DD. tendere, quia quàm ſæpiſſimè contingat aliud eſſe in vſu communi, aliud in deriuatione iam dicta.
165 Multoties † uerò commoditatis cuiuſdam gratia uſu recedunt homines ab hoc ſignificatu originis: uel per aliquam relationẽ, uel pro ſimilitudinem, uel per figuram, uel per abuſum, uel per analogiam ſeu æquiuocationem uel aliter, ut tamen remaneat intellectus ille primus à deriuatione pendens: Et adhuc poteſt ſubſtineri communis opinio, ut iſte magis ſit proprius, quippè quia & originem, & uſum retineat, alter autem quamuis uſu receptus, habet improprietatis ſenſum uſui admiſtum; intelligi enim poteſt homines uſos fuiſſe, ut conſentiant propter hoc nõ lædi propriam ſignificationẽ: hæc uerò ſit impropria. non enim reprehendendi ſunt populi, nec etiam literati homines, qui cum propria cuiusque rei non habeant nomina utantur alienis, è quia certum eſt longè plura eſſe negocia quàm uocabula uulg. l.
166 3. de præſcr. uerb. Aliquando uerò uoces † ſui natura ad aliquid ſignificandũ impropriȩ ad illud tamen uſu accommodantur: atque ita communiter accipiuntur, ut utentium opinione nihil aliud in iſtis ſit: & hȩc poterit dici propria ſignificatio, ſicq; fiet, ut proprietas interdum colligatur ex opinione & uſu populi, quinimo ex ſolo uſu peritorum atque artificum cum uelit Cicero nullam eſſe ſcientiam nullamque artem, quæ non propria habeat nomina atque uocabula, nihil apud alios ſignificantia, uel aliquid aliud longè differens. Ex quibus pateat ſolutio argumẽti-

iam dicti. Vel ſi malumus abſque vllo diſcrimine admittere vſum nullam proprietatem vocum inducere vel mutare, poterimus reſpondere, regulam qua negatur eſſe diſcedendum à
167 proprietate, fallere † quoties improprium aliquid ſit communiter receptum. Ita dicit Bartol. in dict. l. Labeo. & Abb. in capitul. j. numero 37. de iudic. qui nominatim vult vſum communem præferri proprietati ſumptæ, ſiue ab etymologia, ſiue à definitione, ſiue à cuiuslibet iuris authoritate, ita etiam tenent omnes DD. ſupra copioſè citati: & eſt ratio iſtius exceptionis quia ſapientis ſit in ijs, quæ bonos mores non corrumpunt, cum cæteris ſentire. Sufficiant hæc ad confirmandam regulam in ſtatutis eſſe attendendum communem loquendi vſum. Circà quòd poſſent tractari alia plura, quæ ponit Bartol. in d. l. Labeo. & alij ſparſim. ſed ſatis eſſe arbitror ſi hic, vbi materia principalis eſt à re præſenti omnino ſeparata, cum Bart. & ab eo parum diſcedentes circa, quædam vagabimur. alia in oportuniorem alium tractatum remittentes. Secundum illud ex Bart.
168 quòd regula † ſupradicta habeat locum, etiam in pœnalibus ſtatutis non obſtante quolibet in contrarium, quod de reſtringendis ſtatutis, pœnis, & exorbitantijs dici ſolet: habet maiorem dubitationem, & ideò ſeparatim moderniores de hoc agunt. communis * opinio hic prout etiam in ſuperiori capite eſt cum Bartol. Ita Abb. in capitul. 2. nume. 1. de arbitr. in cap. non nulli. de reſcript. vbi Zacchar. in addit. teſtatur de communi. Felin. in proœmio decret. num. 3. Aret. in §. j. Inſt. de leg. agnat. ſucceſ. Dec. conſi. 472. & plures tenent cum hac quoq; parte & teſtantur de communi ex ijs qui ſupra allegati fuere: vnde arbitror additionem ad Bar. in d. l. Labeo ſub. n. 5. cuiuſcunq; ſit falſam eſſe, quæ vult cōem opinionem eſſe pro contraria parte, ſed certè errat prę ſertim cum alleget DD. hic qui communiter potius ſentiunt cū Bar. ut per Dec. d. conſ. 472. col. 2. & ſupra vidimus nos & hic citrà diſputationem remouebimus tātummodo quædam obiecta per Ruynum. Qui primò opponit, quòd ſignificatio ex vſu communi ſit impropria, ut concludit Bar. in d. l. Labeo. n. 4. ſed in pœnalib. impropria non admittitur Bar. in l. talis ſcriptura. de leg. j. Reſponderem primo negando aſſumptū, vt ſupra declarauimus
169 Et ēt apparet † quia poteſt aliqua dictio iure communi à natura ſi ſua ſignificatione diſtare, quæ tamen per uſum ad ſuam propriam naturam reducatur: Puta ſi demus ſtare vſum, ut dicatur

Doctor

Doctor ſolum qui docet,& tutor ſolum qui tuetur.Et eſt fortè in
170 dictione,paterfamilias, † quæ cum dictio iuris ſit, ab eo recipit propriam ſignificationem, & importat quemlibet ſui iuris,etiã impuberem l.pronunciatio. §.familiæ. de uerb. ſignific.& l.nam ciuium.de ijs qui ſui uel alie.iur.ſunt.quod quidem à ui naturali recedit,cum nemo ſit pater qui non habeat filios,& longè minus ſi ſit impubes,qui nec iure naturæ habere poſſit. Hoc caſu quis diceret uſum continere improprietatem? eo igitur modo diſtinguendum cenſeo,prout ſupra dicebamus.Sed etſi daremus
171 † vſum eſſe ſemper proprietati contrarium: attamen quòd in pœnalibus,& odioſis debeat attendi proprietas eſt regulare, ſed fallit ſtante uſu loquendi in contrarium communiter recepto: ut probat idem Ba.in d.l. talis ſcriptura.quem Ruy. pro ſe allegat: vbi expreſsè dicit in ſtatutis attendi proprietatem uocis, niſi in contrarium ſit uſus loquendi, idem hìc & paſſim ubique: non enim facilè permittendum cenſeo Bartolum ſibi met contradi-
172 cere: etenim inter † aliàs multas fulgentiſſimi illius luminis laudes: hæc non modica fuiſſe uidetur: eum ſumma cura ſtuduiſſe ne tot ab eo editis uoluminibus, innumeriſque ſententijs, & opinionibus, iuriſque ambiguitatibus pluries, pluribuſque vicibus pertractatis contraria effunderet. Secundo mouetur Ruy. eleganti fundamento, quod vereor, ne ſint qui haud benè
173 perceperint: eius ſenſus eſt: In pœnalibus † indefinitæ orationes non æquipollent uniuerſalibus iux.notata in l.2. de liber.& poſthum. Ba.& alij in l.ſi pluribus. de legat.ſecundo. Fel. & alij Canoniſtæ in ca.auditis.de præſcript.Dec.conſi.343.Quod ideo fieri uolunt,quia indefinita oratio, vt æquipolleat uniuerſali nõ eſt ex proprietate vocis,ſed ex benigna quadam interpretatione B.in l.omnes populi. de iuſt. & iur.& in l. ſi ſeruitus.de ſeru. urb. præd.Ang.in l.1.C.de impub. & al.ſubſt. Domin.in c.ut circa.de
* elect.& eſt communis * opinio,ut per Dec.& Cagn. in l.1.de reg. iur.Didac.uariar.reſol.lib.1.cap.13.num.5.Soarez recept. ſent.in
175 verbo,indefinita. Augetur quòd iſtud † fiat ex uſu loquendi Aret.in d.l.2.de liber. & poſth.per tex. in l. in vſu iuris. de uerbor. ſign. qui tex. ſatis commode probat eius intentionem: Ergo in pœnalibus, & odioſis non attenditur uſus loquendi: Quod eo magis procedit in ſtatutis in quibus regulariter interpretationes impropriæ, ſeu benignæ non habeant locum, & præſer-
176 tim † illa,quòd indefinita æquipolleat uniuerſali Didac. in dic.

c.13.

cap. 13. num. 8. verſic. Quarto hinc. licèt non omnes probent, vt ibi per eum. Alij prætereunt hoc argumentum ſolus Nicon. conatur reſpondere ſubſtinẽdo indefinitam orationem ex proprietate ſermonis æquipollere vniuerſali: quod non intendimus diſputare: ,ſed ſi eſt ex proprietate, vt ipſe uult, & adhuc in ſtatutis regulariter non fit: argumentatio Ruy. longè magis urget, vt nemo per ſe ipſum non intelligit. Pro ſolutione eſſet tractandum an ſemper verum ſit in odioſis indefinitam non æquipollere vniuerſali: & quid in ſtatutis? nam nec deficerent exempla rationeſque in contrarium: Etenim ijdem met DD. addere ſolent ſi pro-
177 nuncietur ab homine: Nam ſi à lege † quia de eius natura eſt, vt ſit generalis. l. iura. de legib. c. erit autem. 4. diſtinct. generaliter interpretabitur: quod ſolum, faciet in hoc argumento ſolutionem: quia ponimus quæſtionem hanc in ſtatutis, quæ leges ſunt municipales. d. l. omnes populi, & ibi Bar. & ſcribentes: vbi quidem. Bar. num. 57. vtitur hac eadem ratione. Idem & Didac. in d. verſi. Quarto hinc patet. Vel etiam reſponderem diſtinguendo
178 vt ſupra dixi, quia interdum † vſu aliqua ſignificatio recepta ſit, vt unum aliquod neceſſario, nec aliud importet: vt eſt in dictione Tutor, Doctor, Imperator, & ſim. Et in hoc caſu procedit aſſumptum Bartoli, quòd pœnalia quoque ſtatuta ſignificationẽ hanc recipiant. atque ita erit interpretanda communis doctrina de qua nunc agimus. Interdum autem vſu recipitur, vt aliqua dictio, vnum quid ſignificet, & tamen aliquid aliud ſignificare poſſit: exemplum ſit ſiquis nepotes ad filios fratris ſignificandos dixerit: non enim tollitur, quin etiam progeniti à filio, vel filia nepotes rectè dicantur. Hoc caſu ſi ſit dubium de intentione proferentis, erit locum argumentationi, & tunc fortè admittetur ꝙ in pœnalibus ſtrictè procedatur: etiam excluſo vſu communi: ſi puta alia quoque ſignificatio, etymologię, vel legumlatorum vſui proximior vſu communi reiecta non ſit: Ideo iure firma-
179 tur ſtatutum † loquens abſolutè de nepote non intelligi de filio fratris, niſi aliud coniecturæ dictent Bal. Sal. Iaſ. Dec. & alii. in l. fi. C. de ſucceſ. edict. Fel. Dec. & alij in d. c. per tuas. de probat. Alexan. in l. ſi dotali. col 3. ſol. matr. Philip. in ca. fundamenta. de elec. in 6. Feder de Sen. conſi. 39. Alex. conſi. 29. num. 9. lib. 5. & conſi. 49. num 8. lib. 1 latiſſimè Andr. Barb. in l. cum acutiſſimi. nume. 38. cum ſeq. & num. 88. C. de fideic. Vbi tamen uidetur poſt longam diſputationem potius ſentire in contrarium: idem Abb. in

c. tua

c.tua nos.de conſangu.& affin.Sed multis collatis authoritatibus negat hoc Tiraq.in l.ſi unquam.in verbo, ſuſceperit liberos.nu. 66.C.de reuoc. donat.qui uult dictionem hanc ad ſignificandos filios fratrum eſſe recentem, & impropriam: & ita communiter * firmatur in d.l.fin. Similiter receptum eſt, vt qui hæredem dixerit,& de vno, & de pluribus potuerit intelligere: ſi non conſtabit quid maluerit erit argumentationi locus,an ſcilicet ſubiecta materia odioſa ſit uel fauorabilis, & ita intelligendam arbitror.d.l.in vſu.cum ſim.quę allegari ſolent ad illam regulã quod indefinita oratio æquipolleat uniuerſali. Tertio d.l.ita vulnera-
180 tus.† ad leg.Aquil.ponderando quòd ob materiam odioſam,vel pœnalem intelligitur lex in caſu ſignificationis à deriuatione ſumptę,non autem ſecundum vſum loquendi.Idem Ruyn.dicebat ſupra,illud ibi eſſe ſpeciale in eo caſu:nunc vero uult eſſe generale in omni materia odioſa, vt ex uerbis eius apparet. Ego autem non aliter reſponderem,quàm,vt ſupra ſcilicet ea ratione ibi dantem cauſam remotam neci non comprehendi ſub lege Aquilia:quia in ipſis verbis expreſsè continebatur de occiſione reſpectu mortis, cum in ea diceretur à mortis tempore faciendã æſtimationem: Alibi tamen ex vſu communi dicitur occidere etiam qui non dat proximam cauſam:& quidem in materia maioris odij, vt in l. Cornelia de ſicariis. quæ erat publici iudicij, illa uerò priuati.§.item legeCornelia.Inſt.de publ.iud.& in prin. Inſt.de oblig.quæ ex delic.naſc.glo.in §.pen.Inſt.de iis qui ſui vel alieni iur.ſunt. & quod ait idem Ruyn.contra dantem remotam cauſam competere actionem vtilem ſatis oſtendit,non odij cauſa,caſum hunc à uerbis legis excludi:cum alioquin à mente legiſlatoris penitus excluderetur: quaſi ob odium intelligeretur ſolum de quibuſdam cogitaſſe, & liberaſſe reliquos: At cum detur actio utilis contra dantem cauſam remotam, apparet maximè hunc in ſenſu legiſlatoris comprehenſum fuiſſe,licèt non uerbis
181 expreſſerit: quia actio utilis vt plurimum datur † ubi ſit uериſimilis mens,ceſſent autem verba: non ergo illud ſit ad extendendum, quod ob odium reſtrictum fuiſſet: commodus enim fuiſſet ex ipſa lege hunc conueniri, vt euitarentur inanes circuitus.
182 Vltimo mouentur, quia debeat † in ſtatutis capi illa interpretatio,etiam ſi impropria ſit per quàm minus lęditur ius commune & omitti propria Abb.in cap. cum dilectus. nume. 21. per illum tex.de conſue.Rom.conſi.180.Corn.conſi.14.col.2.lib.4.Ruyn.

conſi.

conſi.139.num.2.lib.2.Goz.conſi.35 num.13. ergo longe magis ſtatuta ſecundum ius commune interpretanda erunt,quando ſignificatio iuris communis magis propria eſt,quàm quæ vſu recepta proponitur. Hoc procederet etiam in materia fauorabili:& ſic ex eo fieret,vt nunquam ferè eſſet locus illi regulæ, quod ſtatuta ex vſu loquendi interpretanda ſint. Quapropter dixerim hic,vt ad primum, ſ. Hæc & ſimilia alia quæ paſſim ponuntur per ſcribentes ad reſtringendam interpretationem ſtatutorum ceſſare quoties conſtat de uſu loquendi loci & temporis congrui B & alij omnes in d.l.Labeo.& in locis ſupra citatis.Firmetis cū
183 communi traditione, pro qua allegatur † l. ſi uxor.§.1.ad l.Iul. de adult.vbi uolunt authoritate,nomen probari ex vſu loquendi etiam iniuſtas dici uxores : ad quas extenditur pœnalis illa lex. Sed hoc non probat Iaſ.quia authoritas illa Homeri nihil faciat ad vſum loquendi,ſed ſolum illud ex Homero poſtea in prouer-
184 bium † prodijt,non ſoli Atridæ ſuas amant vxores. benè verum eſt in eo tex. & §§.ſequentibus probari legem pœnalem de uxore loquentem trahi ad impropriam quoque uxorem.rationē idem Iaſ.aſſignat in fine huius quæſtionis,ne delicta remaneant impunita. d.l.ita vulneratus ad l. Aquil. Mihi uidetur non ineptè ille
185 tex.potuiſſe allegari: Nam iniuſta † vxor non eſt ibi intelligenda mulier, cum qua prohiberetur expreſsè matrimonium : etenim de hac dicitur in d.l.§.ſed etſi ea:vbi nec uxor appellatur nec aliter maritus putatiuus,quàm ſicut extraneus eam accuſabit. Sed non iuſta uxor intelligetur in d.§.1. quæ non ſit vxor ſecundum iura ciuilia Romanorum:quia iuſtas nuptias ſoli ciues Romani contrahunt in princ. Inſt. de nupt. l.filius.2.§.ſi quis.de legat.2. Qui uerò ciues Romani non ſunt,contrahent iniuſtas:ita declarat illum tex.contra gl.& antiquos Bud. ibi quem ſequuntur Moderniones.Tiraq.de legib. connub. in verbo, de ſon mary glo.8. num.244.Vult igitur ille tex.eas accuſari poſſe, vtputa ſi peregrini Romæ eſſent:uel ubi ius Romanorum inter eos,qui ciues Romani non ſint colitur:uel etiam inter Libertinos latinos & Dedititios,qui ciues Romani non erāt. l.un.C.de lati. libert.toll & l. vn.C.de dedit.libert.toll.§ fin.Inſt.de libert. Et has probat uxores vſu dici Prouerbium ab Homero deductum non ſoli Atridæ amant uxores: Quod cum frequenter in vſu ſit ad oſtendendum cæterorum populorum nuptas mulieres, patet apud latinos eas quoque hoc eodem uxoris nomine contineri, vſu dicti Prouerbij.

bij. Et ita inducendo textus ille videtur probare communem do
186 ctrinam. Confirmatur ex §. ſeq. ubi de uulgaribus † vxoribus:
quæ ſecundum Alc. lib. Parerg. 2. cap. 40. ſunt à ciue Romano
ductæ non ex ciuitate Romana: quæ & ipſæ ſpeciem conſtitue-
bant iniuſtarum vxorum: & tamen æque accuſari poterant, licèt
glo. ibi aliter intelligat, cum qua ſentit Petr. Rebuff. in l. in uulga
ri. §. ſi quis ita. de verb. ſign. magis quàm cum Alciato: ſed expo-
ſitio Alci. mihi magis arridet: tum per ea quæ ipſe adducit: tum
ob coniunctionem quam habet ille §. cum primo, vt oſtendunt
illa prima uerba, ſed & in ea uxore &c. Aliam expoſitionem dat
Bude. quàm nec refero, quia nihil cum re noſtra. Secundo ex mē
187 te Soz. facit quòd omnia uerba † intelligēda ſunt ſecundum men
tem proferentis. d. l. Labeo. de ſupell. leg. c. intelligentia. ca. præte-
rea. & ex his. de uerb. ſign. intentio uerò loquentis ea eſſe intelli-
gitur, quæ eſt in uſu uerborum d. l. Labeo. & l. 4. de leg. 1. quam-
uis quidam ſunt qui putant eas leges in contrarium obſtare.
Tertiò ad idem facit quoniam ſi uerum eſt, ut ſupra firmabatur
communem vſum loquendi præferri proprietati vocis abſolutè,
188 iſtud fit, quia in interpretationibus faciendis illa ex † uſu com-
muni ſit cæterarum omnium potiſſima. Itaque in odioſis ubi
ſtricta ratione proceditur, hęc erit potius quàm proprietas atten
denda: ſi enim aliter fieret plus in his de rigore dimittteretur,
quàm in fauorabilibus: rigor enim eſt, quod iure ſtricto cuicun-
que rei præfertur. Ad quod facit, quia in odioſis ideo proprieta-
ti innitendum eſt, quia hæc ſuperat omne odium: Ergo longè ma
gis ſuperabit odium uſus cōmunis, qui proprietatem uincit pro
pter regulam ſi vinco uincentem te &c. l. acceſſionibus. de diuer.
& temp. præſcr. cum ſim. Vltimo conſuetudo patrisfamilias pri-
mum locum obtinet in uocibus interpretandis. l. ſi ſeruus plu-
rium. §. fin. de leg. 1. ſed longè magis idem dicendum in conſue-
tudine totius populi, quia in uerborum ui ſtatuenda plus poteſt
vniuerſus populus, quàm quilibet per ſe. Et quamquàm teſtamē
ta ſunt fauorabilia. l. uel negare. quemad. teſtam. aper. l. 3. de teſt.
189 Econtra pro ſtatutis † habemus quod in interpretationibus fa-
ciendis mitius agitur cum lege, quàm cum homine l. Celſus. de re
cep. arb. l. multum intereſt. de cond. & demonſtr. & ſic facilius de
beret conſuetudo vniuerſalis, quàm ius facit, attendi in ſtatutis.
190 Sed & quid ſi conſuetudo † loquendi reſtringeret propriam ſi-
gnificationem, vt frequenter contingit, quis tunc dicet in odio-

ſis

ſis proprietatem præferri uſui communi? Nam ſic fieret, vt odioſa ampliarentur contra eandem regulam, qua tentantes contrarium præcipuè nituntur. Limitat Iaſ. regulam iſtam, quòd in ſtatutis vſus loquendi attendendus ſit, duobus modis. Primo ſi in
191 eodem volumine ſtatutorum aliud extaret † dictans ſtatuta omnia intelligi debere nullo extrinſecus addito, vel intellecto: cum
* quo ſentiunt omnes * teſte Soz. hic. nume. 104. Præſertim autem pro hoc citantur Iac. Butr. in d. procœm. & in l. 1. de fid. inſtr. Ant. Butr. Abb. & Felin in procœm. decret. Lud. Rom. ſing. ut habeo in meis 422. incip. Communis doctrina eſt. vbi dicit ſe propter hoc obtinuiſſe magnam litem. Corn. in l. generaliter in fi. C. de inſtit. & ſubſt. & in conſ. 336. col. fi. lib. j. Ruy. conſi. 15. n. 3. lib. 3. Euer. in ſua centur. in loco ab opinione uulgi circa fi. Cagn. in l. 2. n. 245. ſi cert. pet. Rimin. Iun. conſi. 19. n. 64. & hic tenent Alex. Iaſ. Clau.
192 Crot. & Moder. Flor. At ſecus ſi dicatur ſtatuta † intelligi ad literam prout iacent: vel planè: vel ꝙ ſtent præciſè: quoniam hæ formulæ quæ principaliter non negant poterunt exponi, ut tamen admittatur interpretatio ex uſu loquendi: quod etſi præciſè non dixerit Iaſ. dixit tamen Fel. multos allegans in d. procœm. Decr. nu. 14. faciens expreſsè hanc differentiam: Idem tenet Sayſel. hic Alex. cõſi. 211. lib. 2. Rol. de lucr. dot. q. 98. nu. 9. Nic. in rub. ſol. matr. nu. 53. Tiraq. de retr. conſang. §. 2. gl. 1. nu. 6. in fi. & Soz. hic.
193 Quamuis de dictione, † præciſè, dubitari poſſet ne idem importet quod illud, nullo extrinſecus addito, per ea quæ de hac dictione ponit Fel. in c. ex parte. uerſic. Verbum præciſè de reſcr. & Iaſ. in l. omnes populi. nu. 51. de iuſt. & iur. & Tiraq. in l. ſi unquã. in uerbo, reuertatur. nu. 79. C. de reuoc. donat. Dupliciter eſſet de hac re agendum. Primò, an uerè conſtituenda ſit hęc differentia? Secundo an ſit bona hæc limitatio? In utroque concluſiuè proce
194 dam. Quantum ad primum † libenter ſum cum Soz. qui putat tãtum eſſe ſi dicatur intelligendum eſſe ſtatutum prout iacet: vel nihil eſſe ſtatuto extrinſecus addendum: Nam dum interpretatio fit prout iacet, nihil extrinſecus additur, & econtra: tunc dicitur nihil extrinſecus addi quando interpretatio ſit prout iacet. Neque negocium facit ſiquis fortè ponderaret differentiam eſſe inter negationem unius & affirmationem alterius cum in affirmatione ponatur in negatione ſolum remoueatur, nam cum poſitionis maior ſit vis, quã negationis, deberet conſequenter maior eſſe uis illius ſtatuti, ꝙ interpretanda ſint uerba prout iacent,

quàm

quàm illius. Quod non poſſit extrinſeca interpretatio adhiberi.
195 Præterea non eſt nouum † in iure, vt ex duobus pugnantibus inclusio vnius ſit excluſio alterius; & econtra: Ita quidem, vt tantũ præſtet alterum iubere, quantum alterum negare. l. cum ita. de cõdi. & demonſtr. l. Pomponius. §. ſed etſi is. de procur. Sic ex duabus interpretationibus altera extrinſeca, altera prout verba iacẽt iuſſio iſtius eſt prohibitio alterius, & econtra: non tamen nego
196 ex modo † loquendi ſtatuentium poſſe intelligi interdum prohibitam leuem quandam interpretationem, & friuolam, vt per Bar. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. Bal. in l. maximum uitiũ. col. 3. C. de liber præter. & in l. milites col. 2. C. de milit. teſtam. Petr. de Ancar. in c. 1. de conſt. in fi. Interdum aũt intelligantur prohibitę etiam legales, & grauiores interpretationes: & tunc idem erit dicere intelligi ſtatuti uerba, prout iacent, & nullo extrinſecus addito, dummodo de voluntate ſtatuentium conſtare poſſit. Si ta-
197 men ‡ nullę aliæ extent coniecturæ, & hæc uerba in ſtatuto coniuncta reperiantur, vt plerunque contingit: non negarem ob expreſſionem vtriuſque uirtutis, & iuſſionis, & prohibitionis maiorem eſſe uim utriuſque, quia altera alteram augeat: Ad quod videnda ſunt, quæ pulcrè in hunc ferè ſenſum ſcripſit Soz. patr. in l. 1. de uulg. & pupill. ſubſt. nu. 38. verſi. nono limita. Quoad ſecũ
190 dum de limitatione ipſa Iaſonis, an verum † ſit per verba nequid extrinſecus addatur, adimi facultatem interpretandi ſecundum
* communem loquendi uſum? Omnes * credunt adimi, ut hic per Soz. qui tamen diſputando tentat contrarium, & doctè. Pro cõi duo ſolum adducuntur. Primo quia interpretatio ex uſu communi ſit quid extrinſecum: nam uſus eſt potius in utentium animo, & facto, quàm in ſtatuto, uel uerbis ipſius: in quo veritate inſpecta ſolummodo ſunt verba ſecundum propriam ſignificationem. Alterum eſt, quia ſi poſſet fieri hæc interpretatio ſtatutum iſtud generale nihil operaretur, nam ſolum excluderet interpretationem impropriam uſu non receptam: quæ nihilominus excluſa intelligitur: quia generaliter uerum eſt ſtatuta propriè intelligi debere. d. l. 3. de negoc. geſt. §. hæc verba. Sed rñdetur, ad pri
199 mum, ꝙ imò interpretatio † quæ fit ex uſu cõi ſit intrinſeca, vt hic per Soz. & fortius per Alc. d. l. 2. de uerb. ſign. vbi tenet hanc opinionem: cuius non meminit Soz. ſed dixit ſe tenere cõtra omnes. Et huic opinioni, ꝙ interpretatio iſta intrinſeca ſit non obſtabit illud cõe dictum. Ex vſu conſtitui impropriam ſignificationẽ,

quod

quod putauit Alc. eſſe negandum, vt hanc ſuam tueretur ſniam.
200 Sed etſi eſſet minus propria tamen † ex intentione proferentium poteſt eſſe intrinſeca, ſi puta eo animo aliqua dictione vtantur, vt nihil aliud in ea ſit: Non obſtat quòd vſus ſit aliquid ſeparatum à uoce, quia ſignificatio ex uſu communi eſt in ipſa uoce cũ ſic populus uelit: ſecus in impropria ſignificatione nondum vſu recepta, quia hæc uerè ſit extrinſeca. Quantũ ad ſecundũ reſpon
201 detur † ſtatutum operari plurimum, vt inquit Soz. ne ex ſtatutis ſumi poſſit argumentum à contrario ſenſu: ne etiam in fauorabilibus fiat interpretatio, vel extenſio ad impropria cõmuni uſu non recepta: Item ne uoces reſtringantur ob odium ſubiectę materiæ: & ſimilia alia, quæ ſunt extrinſeca: vel ſatis eſt, ſi huiuſmodi ſtatuta generalia idem operantur quod ius commune: plurimum enim intererit ſi ex ſtatuentium intentione non poterit in ſtatutis agi de impropria ſignificatione: nam regula iuris cõmunis per quam non licèt à proprietate recedere. l. non aliter. de le. 3. cum ſim. non nullas patitur difficultates, & exceptiones, quas omnes remouet ſtatutum illud. Vel demum dicamus ſatis eſſe ſi tollitur quædam friuola interpretatio, vt per B. in d. l. omnes populi. dę iuſt. & iu. Imo. in c. Rayn. de teſt. & Soz. in d. l. 1. de uulg. & pup. n. 38. Quamobrem libenter ſum cum ea ſententia, quòd ſtatutum hoc non impediat interpretationem ex communi uſu loquendi: cum diſtinctione tamen, quam paulo poſt afferemus. Moueor iiſdem rationibus quibus etiam Soz. ſed pręſertim quia non aliam iſtud ſtatutum uideatur habere rationem, & intentionem, q̃ vt ex eo excludantur illæ interpretationes, quæ ſunt contra ſtatuentium mentem: & magis confirmari, quæ ſunt ſecundũ illam. Et quid magis congruit eorum menti q̃ interpretatio ſecundum communem uſum: nam & ſecundum illum locuti præſumuntur nedũ ipſi, ſed omnes etiam, qui uerba faciunt Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. in fi. de uerb. obl. & etiam quia optimè ſcirent iure communi ſtatutum eſſe, ut ea præferatur omni proprietati: ut ſic ea uideatur in hoc ſtatuto intelligi extrinſeca interpretatio, quæ ſit aliena à mente ipſorum: illa uerò intrinſeca & recipienda quæ ſit ſecundũ eorum intentionem. Facit quia
202 † extrinſecus intellectus dicitur quicunque non ſonat in aurib. populi Bal. de pace Conſt. in verbo, ſententiam. Nec multum ui-
203 detur dictio, † extrinſecus, à dictione, extraneus, diſtare, nam extraneus dicitur quaſi extra natus, & extrinſecus quaſi extra cauſam.

ſam.l.quid ergo. §.quantum.de ijs qui notãtur infam.docet Petr.
Rebuff.in l.rei appellatio.circa mediũ de uerb.ſignif.Itẽ moucor,
quia hoc ſtatutũ, vt omnia alia, interpretandum eſt ſecundũ ius
cõe: ſed de iure cõmuni eſt, vt ſtatuta, & omnia verba intelligãtur
ex vſu communi loquendi.d.l.cum delanionis.§.aſinam. de fun
do inſtr. l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.1.cum ſim.ergo non aliter
interpretabitur quàm per vſum. Quinimò ipſe vſus nihil aliud
204 eſt quàm conſuetudo, & ſic ius cõe, quia conſuetudo † ſit iuris ci
uilis pars d.§.ex non ſcripto.Inſt.de iure natur.& d.l.de quibus.
l.pen.de legib.Bal.in l.conſtitutiones. C. de bonis quæ lib. notat
Caſtr.& Iaſ.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius, vel utilitatem pu-
205 blicam Soz.conſi.9.lib.1.Ex quo inferunt ad arbitros, † qui iudi
caturi ſunt de iure, ꝙ poſſint ſecundum conſuetudinem pronun
ciare. de quo per DD.in d.l.præſcriptione.& in l. poſt dotem.ubi
Alex.ſol.matr.& latè M.Ant.Patauinus in tractatu de comprom.
q.1.in uerbo, de iure, nu.22. quamobrem interpretatio ſecundũ
communem vſum nunquam videtur abiicienda, ſed potius quæ
libet alia. Siquis tamen Stoicorũ gloriam appeteret qui putabãt
ſapientis eſſe de ſingulis ad utrumlibet diſputare, poſſet ope di-
ſtinctionis ſupra relatæ vtrunque commodè tentare: nempe aut
vſus communis talis eſt, vt propria ſignificatio per illum ſit pęni
tus extincta, & tunc credendum eſt ſtatuentes de hoc communi
206 vſu excludendo nõ cogitaſſe: At ſi propria † adhuc extat, & quę
etiã ex uſu recipitur cum ea opus ſit, ut in dictione, inteſtatus, &
in dictione, nepos cum ſimilibus, tunc facilius ſubſtineri poſſe ar
bitror communẽ opinionẽ, hoc ſtatuto excludi interpretationẽ
ex uſu non propria, eo nẽpe prætextu ꝙ ſtatuentes uoluerint pro
prias uerborum ſignificationes collabenter reſtaurare. Sed & tũc
eſſet diſputationi locus ex voluntate ſtatuentiũ. Vt in ſtatuto lo-
quẽte de inteſtato, an habeat locũ in pupillo, vel inteſtabili vſus
207 n.cõis † Tuſciæ eſt, ꝙ & iſti inteſtati dicãtur, vt teſtatur Imo. in
l.Centurio.de vulg.& pup. quem refert Alex.cõſ.115.lib.2. & ita
ſeruari teſtatur Bero.cõſ.18.lib.2.nu.15. Sed non eſt, vt ij qui, cũ
potuerint, teſtati non ſunt, inteſtati, & uſu, & proprijſſime non di
cantur. Ideo poterit eſſe locus præſumptionib. ſeu coniecturis vo
luntatis ſtatuẽtium, puta ꝙ prudentes fuerint, & idcirco propriè
ſecundũ iura locuti præſumantur non ex vſu vulgi Bal. in l.1. C.
de ſucceſ.edicto in l.j.de ſeru.fugit.in c.j.de ſucceſſ.feud.Ro.hic.
* n.11.qđ tñ negat Corn. ex cõi * opinione cõſ.336.col.pen. lib.1.

H & in

& in d.l.generaliter in fi.C.de inſt.& ſubſt.Sed hic multum pro-
derit ſubiecta ſtatutorum materia atq; aliæ coniecturæ,vt per A-
lex.conſi.115.& ibi in additionibus quæ multa citant.Rom.cóſ.
208 4.Similiter in † ſtatuto de nepote loquente: nam & ſi notorium
eſſe dicat Fulg.in cóſi.68.n.4.filios fratris, uel ſororis ex uſu cói
nepotes dici,atq; ideo uelint non nulli eos cōtineri ſub dicto ſta
tuto Goz.cóſi.59.n.18.tamen quia adhuc propria ſignificatio de
filiorū filiis extat,& fortaſſe illa alia de filiis fratrum ſororumve
impropriè ſeu ἀναφορικῶς tantum recepta fuit, crediderim hoc
facere pro parte uolentium,eos quoq; ſub ſtatuto comprehēdi,
niſi ex ſubiecta materia,uel aliunde conſtet de ſtatuētium inten-
tione,nam in dubio de natis ex filiis eos ſenſiſſe credendum eſt.
Per hæc ēt facilè ſolui poterit illud quod multi hic vtuntur aduer
ſus cões regulas, vt ſtatuta tanquam cōdita à prudentibus ſint
propriè intelligenda magis q̄ ex vſu uulgarium Bal.in d.l.1.C.de
ſucceſſ.edict.& in c.1.de ſucceſſ.feu.vtr.Sed ex falſum eſt ſemper
ſtatuta condi à prudentibus ſeu iuriſperitis,quia multoties à vul
209 garibus,& uulgari ſermone: Quo caſu † abſolutè eſſe interpretā
da ſecundum uſum loquendi uult ipſe Bal.in l.lege.C.de leg.hæ
red.quē citat,& ſequitur Alex.cóſi.26.n.12.lib.3.Bertr.conſ.138
n.3.lib.3.parte 2.Deci.conſi.1.nu.32.Præterea etiam periti ex uſu
cói locuti præſumendi ſunt cum uerba debeant eſſe proportio-
nata auditorib.c.rector.43.diſt.Conduntur n.ſtatuta, ut ex illis
uulgares potius quàm periti inſtruantur: & ut decidatur ea quæ
ſunt in cói uſu frequentiora:atque ideo prudentes quoque præ
ſumentur ijs vti vocibus quib.melius intelligantur. Sed ſtatuen
210 tes † tanquam periti,& prudentes ſolum præſumentur euitaſſe,
vt aiunt, groſſa quædam vocabula, quæ videntur potius in vſu
plebis,q̄ totius populi:Ad quod uidendus eſt Alex.d.conſi.215.
& conſi.26.& omnino in l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoq; de verbo.
obl.& Corn.d.cóſ.336.col.pen.lib.1.& in d.l.generaliter.in fi.C.
de inſt.& ſubſt. qui ita intelligunt doctrinā Bal.& cæterorū dicē
tium ſtatuentes præſumi vitaſſe vulgares ſermones:quod & ſatis
211 placet.Secundo limitat Iaſ.regulam ſupradictam † ſi extaret ſta
tutū generale quòd omnia ſtatuta uoluminis lociue illius eſſent
propriè intelligenda ita B.in d.l.Labeo.n.2.in d.l.cū delanionis.
§.aſinā.Bal.in l.omnes populi.in fi.de iuſt.& iur.Sali.in l.cum an-
tiquioribus.C.de iur.delib.Alex.Iac.Saiſel.& cæteri hic Soz.aūt
dubitat propter duo,quæ ipſe excitat,& ſoluit.Videtur tota uis

 iſtius

* iſtius cõis* ſententiæ ab eo pendere quod communiter firma-
tur interpretationem ex vſu loquendi eſſe impropriam,ad quod
facit d.l.4.de leg.j.& l.2.de vſufr.ear.rerũ quæ vſu conſum. cum
ſim.ſed non eſt noſtrum in præſentia de hoc diſſerere, videndus
eſt omnino Alc.d.lib.2.de verb.ſig. vbi eleganter tenet contrariũ
non tamen reſpõdet ad.d.l.4. nos ſupra ſparſim aliqua diximus,
quæ ad deciſionem vtriuſque dictæ difficultatis conferre poſsũt
ex quibus facilè apparere poteſt, quid de vtraque ſentiamus, cũ
quibus nunc trãſeo.Vltra B.& iam dicta quoad probandũ vſum
212 communem,quem omnino † probari neceſſe eſt.Soz.Iun.conſi.
26.lib.2.Crau.conſi.208.Menoc.conſi.*106*.nu 249. Beci.conſ.j.
213 n.30.aduertendum eſt quòd probatio† debet fieri de eo tẽpore,
quo enunciata verba fuerunt, nec ſufficit probari de tempore
præſenti,vt expreſsè tenet Dec.in c.in præſentia.de probat.n.*90*.
214 Nec ſufficit probari in genere quinimo nec ſimpliciter † in ſpe-
cie,niſi probetur in caſu præciſè de quo agitur Rim. conſi. *19*.n.
215 61.lib.j.Et an ſufficiat†probatio immemorialis?Pariſ.in rub.ſol.
matr.nu.83.putauit non ſufficere,quod quidem durum videtur,
quoniam, ut plurimum ſtatuta ab antiquis cõdita reperientur,
vnde fieret,ut raro prædicta doctrina locum haberet: qua pro-
pter melius ſenſiſſe mihi uideturSayſel hic qui nedum credidit
ſufficere probationem immemorialem,ſed ẽt per ſolam famam;
ne alioquin anguſtia probationum inutiles reddantur cões iuris
regulæ.Cætera quæ ſpectant ad probationem iſtius vſus omitto
ſed uidendi ſunt omnino Add.noua ad Bal.in l.omnes dies.C.de
ferijs. Corn.in d.conſ.336.lib.j.& in d.l.generaliter.in prin.C.de
inſt.& ſubſt.Brun.ſuper ſtat.exclud.fœminas art.8.nu.42. Bertr.
conſi.251.lib.4.parte j.nu.8. Rimin.iun.optime in conſil.19. nu.
60.& ſeq.lib.j.Deci.d.conſi.j.n.30.Hoc autem quod probandus
216 ſit fallit† primo in uſu notorio.ita limitat Dec.conſi.248.col.5.
217 Cagn.in l.j.nu.243.ſi cert.pet.Secundo ſi † probaretur iure con
firmatus,ut in dictione inteſtatus,quæ inteſtabilem etiam com-
prehẽdat, cum. n.hoc iure probetur nõ eget alia probatione.Cor
neus.d.conſi.*336*.col.pen.Ruy.conſ.5.nu.5.lib.*3*.Rurſus doctri-
na illa generalis,ꝙ uſus cõmunis in interpretandis ſtatutis prin-
218 cipem locum obſtineat:& poſt illum, interpretatio † legumlato
tum,vt uoluit expreſsè Brun.in d.tract.de ſtat.excl.fœm.artic.11.
n.41.& alii ſupra ſæpè citati: Amplianda eſt non ſolum ad teſta-
219 menta ſecundum leges ſupra allegatas:ſed etiam ad uerba † pro-

nunciata à ius dicente Bal.conſi.125.lib.3.Bero. cõſ.161.nu.15.
lib.2.Rimin.iun.conſi.19.nu.10.lib.1.Deci.conſ.1. nu.5. Item ad
220 verba † contrahentium Bero.conſi.161.nu.2.lib.1.Ruyn.conſi.
221 81.num.4.lib.j.Item ad dicta † teſtium. Dec.in d.c.in præſentia
222 nu.90.de probat. Demum quamuis Doctoribus † aſſerentibus
de uſu cõi ſeu de conſuetudine non credatur præſertim,quando
contra ius,uel negatiuè atteſtaretur Bero.in c.potuit.nu.8 .de lo-
cat.tamen quia eis creditur ſaltem ad transferendũ onus probã-
di in aduerſarium Crau.conſ.166.nu.9.lib.j. notandæ erant non-
nullæ ſignificationes ex vſu communi de quibus ſæpius DD. te-
223 ſtantur, vt illud quòd vſu † Tuſciæ inteſtatus dicatur mori etiã
pupillus,& inteſtabilis Bero.d.conſi.18.lib.2.nu.15.Item pecuniæ
224 † nomen ex uſu ſolum numeratam comprehendit teſte eodem
225 Bero.conſi.43.nu.8. lib.2. Item inſtrumentorum † appellatione
nec teſtes nec priuatæ ſcripturæ admittuntur Crot.conſi.151. nu.
226 6. Nec ſub nomine † fratrum ueniunt cõſobrini, uel ſorores,
ſed tantum carnales.Campeg.de ſtat.exclud.fœm nu.82.Econtra
227 vero uſu loquendi † conſanguineus dicitur quilibet coniunctus
Capra.conſi.37 nu.7. ex quibus patet facilè ſubuerti poſſe quod
dixerat Bero.in d.c.potuit. quia in dictis exemplis extant de vſu
communi tam negatiuæ atteſtationes, quàm contra expreſſa iu-
ra.Quamquam autem vſus communis magna eſt authoritas, ut
228 patet ex iam dictis, in tantum, vt ſoleat etiam à pœna † delin-
quẽtes excuſare, vt probat,& lõgè tractat Tiraq.de pœn.temper.
cauſa 42. nihilominus non putamus omittendum hic vbi agi-
mus de conſuetudine circa verborum prolationem, quod vſus
229 † populi blaſphemãdi nequaquam excuſat à pœna blaſphemię,
vt optime probat Affl. ſuper conſtit.regni titulo de blaſpheman-
tibus.num.10. Quod longè magis procedit ſi conſuetudo delin-
quentis non populi allegaretur: nam iure receptũ eſt conſuetudi
230 nem † priuatam delinquentis pœnam augere debere non
diminuere, ut per eundem Tiraq d. cauſa 42.num.
14. Ex his ſit iam expoſita ſecunda Bartoli op-
poſitio Gloſſa huius rubricæ declarabi-
tur mox cum ſequenti eiuſdem
oppoſitione.

Finis Libri Secundi.

QVÆ-

QVÆSTIONVM

PVBLICE' TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

Liber Tertius.

SVMMARIVM.

1 *Connexa ſeparari non debent.*

2 *Iudex in poſſeſſorio debet eſſe iudex, etiam in petitorio.*

3 *Vſus domus legatus mulieri debetur etiam viro, licèt legatus eſſet ſub conditione ſi à viro diuertiſſet.*

4 *Conditio quod alter ab altero ſeorſum habitet, an ſuſtineatur? remiſſiuè.*

5 *Continentium cauſarum fauore ne diuidantur multa remittuntur de iuris rigore.*

6 *Vicinitatis rerum cauſa multa ſpecialia recepta ſunt.*

7 *Continuatio quid ſignificet?*

8 *Prouinciæ continentes quæ dicantur?*

9 *Legatorum materia in libris Digeſtorom eſt appendix ad materiam teſtatorum.*

10 *Error in minimis facilè indulgetur.*

11 *Digeſtum nouum, cur exordiatur à titulo de nou. oper. nunt.*

12 *Digeſtorum tripartita diuiſio arbitraria fuit, & caſu, & ſine ratione. 168.*

13 *Continuatio fieri debet à proximis.*

14 *Continuatio huius tituli cum antecedentibus, & ſubſequentibus quæ ſit?*

15 *Continuatio in principio librorum non eſt neceſſe, quòd fiat ad proxima.*

H 3 Conti-

46 *Dies & conſul non ſunt de ſubſtantia conuentionis.*
47 *Statuta edi debent cum rubricis, & additionibus omnibus quas habent. 154.*
48 *Inſtrumenta eduntur cum omnibus clauſulis oportunis.*
49 *Inſtrumenta integra iudici ſunt edenda.*
50 *Priuilegia debent edi integra.*
51 *Statutum continens idem, quod ius ciuile non eſt neceſſe edi integrum.*
52 *Statutum continens idem, quod ius ciuile dicitur potius ius ciuile, quàm municipale.*
53 *Statutum dum editur parti poteſt non integrum edi.*
54 *Iudex poteſt editi ſtatuti partem ſequi dum ab aduerſario non opponitur. 67. 166.*
55 *Probationum materia arbitraria eſt.*
56 *Iudex contra allegatum ſtatutum iudicans facit litem ſuam ſi illud erat integrum editum non ſi pars.*
58 *Iudex non poteſt ſupplere defectum partium in ijs quæ facti ſunt.*
59 *Iudex non poteſt iudicare pro inſtrumento non. deducto, etiam ſi illius ſcientiam habeant.*
60 *Copia ſcripturarum datur ſumptibus petentis.*
61 *Iudex poteſt ſequi ſtatutum alterius ciuitatis, cuius notitiam habeat licet non fuerit productum.*
62 *Edere nemo tenetur niſi quod habere potuit.*
63 *Editur iudici ad ueritatem eruendam, parti uerò ad opponendum.*
64 *Iudex poteſt ſpernere partem ſtatuti editam, & debet ſi opponatur, non ſic in parte inſtrumenti edita.*
65 *Inſtrumenti pars an fidem faciat, iudicis arbitrio relinquitur.*
66 *Editio partis ſtatuti, an nullam faciat fidem.*
68 *Iudex qui poteſt ſtatuti editam partem ſequi non tamen faciet litem ſuam ſi eam ſecutus non fuerit.*
69 *Probatio uerisimilis in iudicio admittitur.*
70 *Statutum editum an præſumatur totum vel pars. 136.*
71 *Bona non ſufficere legatarijs an probetur per ſolum hæredis dictum? 81.*
72 *Reus tenetur probare ſuum dictum, vt actor ſuam intentionem.*
73 *Confeſſio rei releuat actorem ab onere probandi.*
74 *Negationem probare debet qui in ea ſe fundat ſiue actor ſit ſiue reus.*
75 *Præſumptio pro actore transfert onus probandi in reum etiã negantẽ.*

76 *Inuentarium facit præſumi pro hærede quod bona non ſufficiant legatarijs.*
77 *Præſumitur ſemper pro inuentario.*
78 *Delictum non præſumitur.*
79 *Dictum gloſſæ, & Digeſtorum debet intelligi ſecundum leges quas allegant.*
80 *Inuentarij beneficium vbi per ſtatutum adimitur, non ſtatur hæredis dicto negantis bona ſufficere.*
81 *Teſtamentum præſumitur perfectum ſi non conſtet teſtatorem plura dicere uoluiſſe.*
83 *Scriptura originalis maiorem facit fidem, quam exemplum.*
84 *Præſumitur pro notario, & pro eius inſtrumento.*
85 *Regula, negotia plura ſunt quàm uocabula.*
86 *L. is qui teſtamentum in ſi. de teſtam. 81. 88.*
87 *Statutum alterius ciuitatis edi debet in publica forma.*
88 *Inſtitutio hæredis ſola eſt integra forma teſtamenti.*
89 *Præſumitur pro validitate actus.*
90 *Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione nihil eſt.*
91 *Teſtamentũ non valet ſi teſtator morte præuentus non potuiſſet complere etiam ad unum legatum.*
92 *L. ex facto. §. pen. ad Trebell.*
93 *Subſtitutus ſub conditione ſi hæres ſine liberis deceſſerit, debet probare hanc qualitatem in hærede de quo conſtet habuiſſe filios.*
94 *Præſumitur pro primo ſtatu cuiuſque rei.*
95 *Impubes filius præſumitur mortuus ante patrem.*
96 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit verificatur patre, & filio ſimul mortuis eodem caſu.*
97 *Pater quando præſumatur mortuus ante filium.*
98 *Fideicommiſſarius ad uerificandam conditionem ſi ſine liberis deceſſerit inſtitutus, quid probare debeat.*
99 *Legatarius probare debet legatam rem in hæreditate extare.*
100 *Poſſeſſor olim præſumitur, & hodie.*
101 *Præſumitur eſſe quod ſemel fuit. 147.*
102 *L. cum ita. §. ſpecies. de leg. 2. 99. 108.*
103 *Dolus non præſumitur, niſi probetur.*
104 *Præſumitur quilibet ſcire quid habet in bonis.*
105 *Hæres non auditur negans extare rem legatam*
106 *Niſi adhibeat iuramentum.*

Hæres

107 *Hæres præſumitur habere omnia quę habuit defunctus.*
109 *Exemplum ſine exemplari fieri non poteſt.*
110 *Probatio debet eſſe certa & concludens.*
111 *Probatio dubia interpretantur contra producentem.*
112 *Præſumptio non eſt probatio, ſed loco legitimæ probationis. Probare qui tenetur an liberetur per præſumptiones?*
113 *Statutum requirens liquidiſſimas probationes non excludit prǣſumptiones.*
114 *Probationes in criminalibus debent eſſe lucidiſſimę.*
115 *Prǣſumptiones in criminalibus admittuntur non tamen ad pœnam capitis.*
116 *Probatio non deſinit eſſe plena ex eo quod aliquid in contrarium probari poſſit & ideo reſcindi.*
117 *Filius legitimus creditur qui ex uxorata naſcitur.*
118 *L. Cum de lege. de probat.*
119 *Teſtator non præſumitur legaſſe vltra rationem legis Falcidiæ.*
120 *Excuſſione mediante probatur bona debitoris non ſufficere creditoribus.*
121 *Paupertas probatur per negationem.*
122 *Excuſſio quomodo fiat?*
123 *Prǣſumitur quilibet eſſe ſolueudo.*
124 *Debitor prǣſumitur ex debito factus locupletior.*
125 *Diuitię non præſumuntur niſi probentur. Neque Paupertas.*
126 *Idoneum quemlibet præſumi intelligitur, quoad mores, non quo ad bona.*
127 *Beneficium tenue qui dixerit probare tenetur.*
128 *Inteſtatum qui dicit aliquem deceſſiſſe an probare debeat?*
129 *Teſtamentum conditum præſumitur ubi conſuetudo ſit, quòd omnes teſtentur.*
130 *Regula facta non præſumuntur, niſi probentur, fallit in facto conſueto.*
131 *Negatiua non coarctata loco & tempore, an probari debeat ab eo qui in illa ſe fundat?*
132 *Teſtis deponens de negatius non coarctata tanquam nimis animoſus ſuſpectus eſt de falſo.*
133 *Notariatus probandus eſt ſi à parte apponatur.*
134 *Notariatus præſumitur in antiquis ultra centum annos.*

Fides

135 Fides teſtimoniales fiunt cùm agitur de longinquis.
137 Præſumptio quid ſit? per breuem deſcriptionem.
138 Præſumptiones omnes perſonarum gratia vel odio fiunt.
139 Statuta ſunt odioſa & ſterilia ſicut mulæ.
140 Verba ambigua interpretantur contra proferentem nedum in contractibus, ſed etiam in probationibus.
141 Probatio ambigua non releuat & contra producentem interpretatur.
142 Exceptiones ambiguæ interpretantur contra excipientem.
143 Argumentum de contractibus ad iudicia.
144 Reus intentionem ſuam probare debet eodem modo prout actor.
145 Amiſſio probari debet ab eo, qui in ea ſe fundat, ſiuè actor ſit, ſiue reus.
146 Præſumitur rem habere qui probatur eam ſemel habuiſſe.
149 Statutum quando producitur an debeat per producentem iurari integrum.
150 Editio partis fieri poteſt à legiſlatore.
151 Item à iudice & à Notario.
152 Notarij noſtri temporis comparantur Argentarijs antiquis.
153 Leges de Argentarijs loquentes. hodie de notarijs exponuntur.
154 Statutum edendum eſt cum omnibus additionibus, & reformationibus quas habet.
155 Statutorum reformationes recipiũt eaſdem qualitates, quas recipit ſtatutum ipſum.
156 Legatario edendum eſt caput ſui legati.
157 Sed etiam hæredis inſtitutio cum alijs capitibus ex teſtamento, quæ poſſunt facere ad ſuum legatum.
158 Pars oſtenditur per ſuum totum.
159 Liber exactionum vel matriculæ oſtendit quem non ſoluiſſe, vel non eſſet de collegio.
160 Sententia an lata ſit oſtenditur ex proceſſu.
161 Scripturæ quæ in proceſſu producuntur fiunt communes actoris & rei.
162 Scripturæ producenti magis nocent, quàm aliæ.
163 Scripturæ productæ extraiudicialiter an producenti nocere poſſint? remiſſiuè.
164 Proteſtatio in productione ſcripturarum quod productæ intelligantur ſolum pro parte vtili &c. valet.
165 Statuti partem ſolum fuiſſe productam quomodo probetur?

Digeſtum

167 *Digeſtum nouum quare ita appellatum fuerit?*
169 *Dictio nouiſſime, ideſt ultimo loco.*
170 *Nouum in iure quot modis accipiatur?*
171 *Nouum vt plurimum ponitur ad differentiam veteris.*
172 *Nouum ad differentiam ueteris ſignificat multoties infra annum. In ſtatutis autem eſt arbitrarium & regulatur à ſubiecta materia.*
173 *Vectigalia noua quæ?*
174 *Feudum vel emphyteoſis ad eccleſiam reuerſa quanto tempore dicatur facta de menſa, vt ſine ſolemnitatibus amplius concedi non poſſit?*
175 *Feudum nouum ad differentiam antiqui.*
176 *Statutum quòd Priores Peruſii poſſint pro eorum arbitrio expendere pro caſibus nouis, non comprehendit aduerſum legatorum Papæ, vel Vniuerſitatum.*
177 *Maritus promittens vxori reconſiliatæ nihil noui facere, non prohibetur eam modicè caſtigare.*
Nouum quid ſit per definitionem.

Supereſt nunc ultima Bar. oppoſitio cum annexis quæſtionibus, quæ & ipſa maximo fori compendio non carebit, ſi quidem eius occaſione latè agendum erit de ſtatutorum in iudicio edendorum forma: quapropter & hic ueſtras nobilis adoleſcentes, cupió attentas aures; ne incaſſum labores noſtros circa utiliſſimam rem impendamus. Ille pro declaranda gloſſa rubrica huius opponit de l. Argentarius. §. edi. de eden. ſimilem oppoſitionem fecit in rub. anni præteriti ſolut. matr. quem. dos pet. ubi habuiſtis. Ex dictis eius, quæ modicam habent utilitatem breuiter expediam: Quæ uerò ipſe uſque, ad uerſiculum. Sed quæro quare appellatur, &c. infert ad praxim inquirendo, an debeat integrum uolumen ſtatutorum produci, cum utilitatem aliquam diſputationis & fori quàm maximam præſeferant, longius pertractabo. Is circa illationem iſtam multa dicit, pro quorum ſimplici declaratione ſufficiant, quæ in uoce dicta ſunt. Videamus ex ijs, quæ ſunt digna ſingulari animaduerſione. Colligo primo ex glo. & Bar.
1 Quæ proxima † & coniuncta ſunt ſeparari non debere, ut de cōiunctis perſonis bene probat l. pen. C. commun. utr. iud. l. omnes. C. arbit. tutel. l. j. & 2. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

Ita de rebus quæ non ſatis commodam admittant diuiſionem probatur in §.fin.Inſt. de off.iud.quem text.Bar.allegat in d.rub. ſol.matr. facit §.quædam. Inſti.de act. l. antepen. famil.hærciſc. l.ad officium.C.commun.diuid. Idem ratione vnitatis actionis gloſſ.in l.nulli.C.de iudic. Item ratione connexorum ſubiecto-
2 rum haud facilè fit ſeparatio cauſarum : & ideò qui iudex † fuit in poſſeſſorio, idem eſſe debet etiam in petitorio. d.l.nulli.& c.j. & 2.de cauſſ.poſſ.& propr.Soz.conſi.38.in princi.lib.j. Affl.deciſ.354.num.13. Alciat.parerg.lib.j.cap.9.Rubuff. in l. notionē. §.j.verſiculo ſciendum eſt de verbo.ſignific. Menoc.de arbitr.iudic. lib. 2. caſu 371. in princip.& ſcribentes omnes in d.l.nulli. & d.c.2.quod quomodo intelligendum ſit,ſatis pulcrè declarat Aret.conſi.29.col.pen. Tanta autem habenda eſt ratio coniunctionum licitarum , vt quamuis de natura vſus vel habitationis domus ſit,vt tantum inhabitet is cui debetur; tamen coniunctas perſonas ſanguine vel amicitia vel etiam ſolo hoſpitio recipere poſſit.l.2.§.non aliter , de vſu & habitat.§.item in qui.Inſt.eo.tit.
3 Quinimò ſi fuerit † mulieri legatus vſus alicuius domus cum conditione ſi à verò diuertiſſet: etiam iure ciuili quo diuortium multoties admittebatur ; tamen , ne coniuncti ſeparentur remittebatur conditio, & cum viro habitabat l. cæterum.§.fin.l.ſed neque de vſu & habit.l. reprehendenda. C.de inſt. & ſubſt.Et quid
4 † in qualibet conditione,puta quòd filius recedat à parte, vel fratre à fratre, vel vir ab vxore , & ſim. tangit hic Paris numero 91. qui tamen dicit ſe alibi dicturum ; ſed videbatur res hæc potius ſpectare ad materiam impoſſibilium conditionum: quia ſint cōtra bonas mores, vt tradit Salic.Fulg.& alij in d l. reprehendenda. & generalius Bar.Imo.& alij in l.j.de cond. inſti. Item fauo
5 re cōtinentium † cauſarum rerum vel perſonarum multa remittuntur de ſubtilibus & rigoroſis iuris diſpoſitionibus , vt traditur in l.cum actuum.vbi Bar.de neg.geſt.in l. ſed ſi plures.§.fi.vbi Iaſ.de vulg & pupill.& in l.nulli.C.de iudic.in l.quid ergo.§.iudicio.de contr.& vtili act. tut.c. j.& 2. de ſequeſt. poſſ.& tract.latè in c.translato.vbi Fel.& Dec.de conſtit.Fel.in c.paſtoralis.§.quoniam.de iudic.in c.cauſam quæ.de re iud.in c. j. de cauſ. poſſ.& propr.Dec.in cap.quanto.de iudic. aliqua per gloſſ. & Abb.in c. fina.de reſcript. Menoc.in d.caſu 371. per totum.& propter re-
6 rum † vicinitatem multa ſingularia ſtatui,probat Roma. in l. ſi vero.§.de viro,nume.120.ſol.matr. inter uarias repetitiones , &

Hyppol-

Hyppol. in rub.C.de fideiuſ.num.215.cum ſequentib.qui ponit plures connexitatis effectus: Item Math.de Affl.in tract. de iure prothomiſ.§. Niſi. nu.15. Bonus à Curtili in tract.de nobilitate. parte 2.num.37. Et in ſpecie noſtra de continuandis tractatibus probat l. 2.de ſtat.hom.& §.fin.Inſt.per quas perſo.nob.acquir. & in princip.Inſt. de lega. Quod demonſtrat ipſamet vox,con
7 tinuatio, † qua D D. tam frequenter vtuntur, quæ nihil aliud importat,quàm coniunctionem ſine intermiſſione,ita vt unum ex pluribus fiat l.j.§.ſi uero.C.de caduc.toll.c.literas. de temp.or di.gloſſ.in §.item lapilli.Inſtit.de rer.diuiſ. D D. in l. continuus. de verbo. oblig.Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.eo.tit.Iaſ.& Soz.iun.in rub.in princip.de leg.j. Hyppol.conſi.75.num. 7.lib. j.Grilan.in tract.de Hæretic.q.5.num.3. Sic continua mentis alie natione vexari dicitur furioſus,qui nulla habet mentis dilucida interualla.l.diuus.de off.præſid. Et continua ſiue contigua prædia quando nulla intermedia ſunt.l.tria prædia. de ſeruit.ruſtic.
8 prædi.l.in tradendis.§.fin.commun.præd. Et continentes † prouinciæ,quæ iunctæ ſunt;vt ideo de Sicilia dubitatum fuerit an prouinciæ Italiæ continẽs ſit,quę modico freto ab ea ſeparatur. l.Notionem.§.1.de uerb. ſignifica. Vnde facilè declarari poteſt, quæ ſint continentia ædificia,de quibus in l 2.l. vt Alphenus. l. ædificia.l.qui continentibus.de verbor.ſignific.ſcilicet illa,quæ iuncta ſint cum muris, vel modico interuallo à muris diſtingun tur, receptum eſt enim modicum actum in medio non tollere cõtinuationẽ, vt notatur in §.ſedebunt. Aut. de iud. dicit Alb.in ſuo dict.in verſi.Continuatis dictis.ad quod faciunt not.in l.hæ redes palam. §.fin.de teſtamen.Secundo colligo ideo non incępiſſe hoc volumẽ à principio ſextę partis Digeſtorum, videlicet à titulo,de bonorum poſſeſſio. ne coniunctæ materiæ ſucceſſionum morientium ſepararentur. Contra quod opponunt de rub. ſol.matr.ſeparata à materia dotium in calce Digeſti Veteris: ſed ibi declarauimus quid de eo ſentiremus & generaliter de hac diuiſione Pandectarum in tria volumina, & tandem probauimus Alciat. opinionem in proœmio Diſpunct. Potuit Bartol. addere aliam rationem,qua vtitur in ſequenti concluſione. Tertio colligo ideò Iuſtinianum non ſumpſiſſe principium huius voluminis à titulo primo ſeptimæ partis, qui eſt infra de uerbo. oblig. quia fuiſſet volumen hoc nimis paruum Addatis ſi libet & volumen Infortiati nimis auctum. In quantum dicit gloſſa tracta-

tum bonorum poſſeſſionum non fuiſſe ſeparandum, à titulis coniunctis anterioribus, benè eſt; dum verò dicit vſque ad titulum de legatis, errat omninò, quia debuiſſet dicere: vſque ad titulum de teſtamentis; nam ibi incipit quinta pars ex illis ſeptem non à titulo, de legatis, qui ſuperiorum omnium illius quintæ partis, eſt pars ſeu appendix; cum tota legatorum materia; poſt quam confeſtim ſequitur ſexta pars principalis de bonorum poſſ. vt manifeſtè apparet in l. 2. C. de vet. iur. enucl. §. quintus. Item materia bonorum poſſeſſionis proximior eſt materiæ teſtamentum quàm legatorum §. fin. Inſtit. per quas pars. nob. acquiritur. In hac re pro defendenda gloſſa ſunt qui multũ laborant; ſed iudicio meo, oleum & operam perdunt quia error gloſſæ eſt nimis apertus nec defenſionem vllam meretur; niſi fortè dicamus eam per excurſum ſcripturæ unum pro alio alle-
10 galle titulum. Et error † in re minima facilè indulgetur l. j. §. fi. de vent. inſpic. & ſupra diximus cum de modicæ ſolemnitatis omiſſione tractauimus, quem errorem gl. admittit pro antiquis hic Rayn. de Forl. Animaduertunt DD. Bartolum non ſoluiſſe contrarium ſupra formatum de l. argentarius. §. edi. de eden. & ideò in hoc ſoluendo plurimum immorantur, multis multa dicentibus. Nos ſanè omiſſis aliorum ſolutionibus, magis eam pro
11 bamus cuiuſcunq; fuerit; quod † hic non edatur volumen iſtud ſolum per ſed de coniunctum cum ſuperioribus duobus. Nam cum ſint libri quinquaginta Digeſtorum, & ſeptem partes intel ligimus vnam alteram ſequi d. l. 2. C. de vet. iur. enucl. Vt ſi omnium Digeſtorom librorum editio facienda ſit initium ſumetur à titulo, de iuſt. & iur. & deinde ordinatim erit procedendum, prout diſpoſiti ſunt inter ſe. Hic nos ſumus in proſecutione il
12 lius integræ editionis; nec curandum de hac tripartita † voluminum diuiſione: quia arbitrarium fuit cuiuſcunque ſit, vt inquit hic Paris. ea omnia vno tãtum volumine complecti vel pluribus; vel quomodo libuerit partiri. Vel etiam dicamus editionem hic fuiſſe faciendam ſolius trigeſimi noni libri, cùm trigeſimus octauus iamiam integer ſuprà fuiſſet editus: & iſta editio hic ſit legitima & ab initio cum fiat a tit. de noui operis nunciatione: quia in hoc libro nullus eſt iſto titulus anterior. Poteſt ſimiliter dici editionem tertij huius voluminis poſt primum & ſecundum iam ſupra editos, ſuper fuiſſe ſolam faciendam: & iſtam nunc fieri à capite: quia titulus hic noſter ſit caput iſtius

tertij voluminis. Pro declaranda ſequenti parte gloſſ. Bartol. opponit de l.j. & 2. de ſtat. homin, quoniam continuandæ ſint materiæ: quod ſi ſuperior de bonorum poſſeſſionibus eſt ſepara-
13 ta ab hac noſtra quomodo continuantur? continuatio † enim, vt ſupra dicebamus, & tradunt DD. in rub. de leg. 1. & Iaſ. in rubr. Inſti. de action. fieri debet à proximis quod probat ad vnguem. d. l. 2. de ſtat. hom. Non eſt cur hic palum oportunè ſumamus diſputationem quæ ſolet DD. multum perturbare in d. rubr. de leg. j. & alibi paſſim, quomodo continuatio fieri poſſit. Sed quantum ſpectat ad rem præſentem reſpondemus materiam bonorum poſſeſſionum rectò cōtinuari cum proxima præcedenti de teſtamentis reſpectu materię ſubiectę quæ eſt de ſucceſſionibus in bonis defunctorum: cum hac verò noſtra reſpectu formæ ſeu cauſa efficientis: nam vtraq; fit per edictum: & vtraque eſt iuriſdictionis Prętoriæ: Iſtud arbitror voluiſſe gloſſam hanc, dū inquit, ſcilicet eodem modo, ſed nō in eundem modum, quicquid variè dicant DD. de ſenſu gloſſ. in iſtis uerbis: Quia nulla conſueuit rub. tractari à DD. qui de continuatione non agant, & hic ſunt qui circa iſtud plurimum ſe diffundunt: ideò admonet
14 locus iſte, vt aliqua † videamus de ratione ſubordinationis huius tituli cum præcedentibus atque ſequentibus Putant gl. Bart. & reliqui continuari quia ſupra uiſum ſit quomodo Pretor ſuccurrat in ſucceſſione morientium: modo videndum erat quomodo edicta proponat inter uiuos: cum qua ratione communiter *ſentiunt alij: Veruntamen contra hoc quidam opponunt quod in ſuperioribus non ſit actum ſemper de iure prætorio. vt patet in duobus proximè præcedentibus titulis de ſuis & legitimis, & de Senat. C. Orfic. & Tertul. ubi de ſucceſſione ciuili, non Prætoria actum eſt, reſpondent ſatis eſſe ſi coniungantur cum generali materia ſupra proximè tractata præſertim cum ſimus
15 in principio † libri per not. in rubr. de condict. furt. & per tradita in d. rub. de leg. 1. Contra quam ſolutionem adhuc multa opponunt: Nos uerò putamus continuationem hanc ab hoc contrario facile ſaluari poſſe: Nam & ſi ſupradicti duo tituli non ſint de Prętoria iuriſdictione, nihilominus ſunt ad materiam generalem ſucceſſionum: etenim ſucceſſio alia eſt ex teſtamento alia ab inteſtato. §. fin. Inſt. per quas perſ. nob. acquir. agendum fuit de illa ex teſtamento quæ prima ſit. l. quandiu. 2. de acquir. hæred. l. quandiu. de reg. iur. l. hęres inſtituta ubi Iaſ. & Dec. C. de

impub.

impub. & aliis ſubſtit. Dec. in l. ex teſtamento. in princ. C. vnde liberi: cum ſimil. Hæc autem alia ciuilis eſt, alia Prætoria, de ciuili à titulo de teſtamen. vſque ad titulum de bon. poſſ. & ibi de prætoria ex teſtamento, cui fuit coniungenda etiam prætoria ab inteſtato propter cõnexitatem edictorum de huiuſmodi bonorũ poſſeſſionibus loquentium; vt conſtat ex ordine titulorum in dicta materia; & ex toto titulo Inſti. de bonor. poſſ. Poſt quæ edicta fuit complendus tractatus ſucceſſionum; ſupererant enim adhuc ciuiles ab inteſtato, quas congruum fuit coniungi cũ Prætorijs ſimilibus ob conformitatem tractatus, ſic dictante ordine doctrinæ, qui ſemper debet in docente eſſe præcipuus; & hoc factum fuit in dictis duobus titulis. His peractis ad alia edicta Prætorum fuit tranſeundum: etenim pro comperto teneo edictum noſtrum poſitum fuiſſe in edicto perpetuo ſtatim poſt edicta loquentia de bonorum poſſeſſionibus, quantum colligere ualeo ex l. 2. de ſtat. hom. & ex ordine harum rubricarum: nec non ex libris Vlpiani & Pauli ad edictum in iſto enim titulo cõtinentur eorum leges ex libris ad edictum poſterioribus, ut conſtat ex inſcriptione multarum legum, tam iſtius, quàm illius materiæ, quæ ſunt cuique in promptu; Vnde fiat omnino veriſimile in edicto perpetuo anteriora fuiſſe edicta de bonorum poſſeſſionibus, iſtud uero de Noui operis nunciatione poſterius. Ex
16 quibus etiam generaliter aſſererem, in totius † veteris iuris diſpoſitione Compilatores non alium quàm edicti perpetui ordinem obſeruaſſe, ijs tamen quæ ibi tractabantur proximos atq; coniunctos applicantes titulos, vt ipſimet per verba Caij iuriſconſulti polliciti ſunt in d. l. 2. de ſtat. hom. Et ijs admiſcuiſſe aliquid de ordine Codicis Iuſtinianei: quod ipſe Imperator iubet in l. 1. §. cũque hæc C. de vet. iure enucl. ibi, Tam ſecundum noſtri Codicis cõſtitutionem, quàm edicti perpetui imitationẽ, prout commodius uobis hoc eſſe potuerit. Hinc fit vt multoties in libris Digeſtorum veram ignoremus continuationum rationem, nam caremus edicto & Codice illo; & vix eſt, ut ex reliquijs edicti perpetui, quæ extant vel à Codice iſto, qui ab eo multum differt poſſit aliqua colorata ratio ordinis hauriri, nedum particularis in ſingulis titulis, ſed nec quidem vniuerſalis. Probabiliter tamen cogitabam, an dici poſſet fuiſſe uniuerſum ius tripartitum ad perſonas, ad res, ad actiones, vt in d. l. 2. & in §. fi. Inſtit. de iur. natur. quam Gaij diuiſionem, ni fallimus, alias

ab

ab omni contrarietate expurgatam, vobis audientibus, reddidimus, & noua expoſitione exornauimus, atque omnium aliarum aptiſſimam demonſtrauimus ad comprehendendum commodiſſime, quicquid in iure noſtro explicatione dignum ſit: nũc verò neq; occaſio patitur, nec tantum ocij datur, vt poſſimus ſine reprehenſione eam repetere: ſatis ſit quoad rem præſentem ſpectat, quòd cum in capite rerũ actum eſſet: quomodo nobis acquirâtur primo naturali iure, quod origine, & intellectu, eſt ciuilis ante ius §. ſingulorum. Inſti. de rer. diuiſ. Et ſic per cõtractus, & ſucceſſiones defunctorum, quæ potiſſimæ ſunt acquiſitionum cauſæ; Deinde agendum fuit quomodo ciuili iure id eſt per vſucapionem; ad quam intelligendam fuit aliquid præmittendum de dominio, & poſſeſſione; quia hoc ſit proximos, & coniunctos addere titulos; ſimiliter agitur de interdictis, non quatenus ſint remedia agendi, ſed quatenus per ea ius noſtrum conſeruamus, nam in tractatu acquiſitionum, proximi ſunt tituli de conſeruatione acquiſitarum rerum: qualis eſt hic noſter titulus: arbitror enim Prætorem non alia de cauſa iſtud propoſuiſſe edictum, quàm vt conſuleret ijs qui res ſuas ſuauè iura vel etiam publica defendere cupiunt. l. j. §. nunciatio fit. infra eo. hinc deinde omnium interdictorum cumulus. Satis dictum ſit de continuandi ratione tam vniuerſali Digeſtorum omnium titulorum, quàm huius noſtri. Vlterius procedendo colligo ex

17 Bar. bonorum † poſſeſſionem peti ab initio officio iudicis, ſcilicet nobili, dum agnoſcebatur, nam & regulariter abſq; contradictore obtinebatur l. fin. C. qui admi. & non in figuram iudicij glo. in l. 3. §. ſi cauſa cognita & ibi Bar. de bon. poſſ. Zucc. in l. 1. C. qui admitti numero 65. Et ſatis eſt ſi verbo vel facto coram

* quocunque iudice agnoſcatur communem * dicit ſapia. in rubr.

18 C. qui admitti numero 18. in tantum † vt nulla etiam requiratur citatio Iacob. de Nigr. in l. j. C. eod. titu. numero 36. Hoc cum ſequẽti eſſet diſputabile, & pulchrum ſcitaque dignum, ſed ſpectat potius, ad materiam dictæ rubr. & l. j. C. qui admitti Ideoque ne uideamur falcem immittere in meſſem alienaui, remittemus ea declarãda fælicioribus auſpicijs matutinarum lectionum interpretibus cum tempus patietur. Colligo etiam ex

19 eodem Bar. agnoſcentem † bonorum poſſeſſionem, qui tamen prius per directum eam obtinuerit; nãm ita ipſe ſentit, habere actionem de qua in tit. de poſſ. hæred. pet. Vnde fit vt bonorum

poſſeſſio communiter * declaretur ius propter quod, at poſſeſſoria hæreditaris petitio ius quo; ut per glo.& cæteros in d. rubr. C. qui admit. vbi præſertim And. Barb. qui ſatis enucleatè loquitur in nu. 38. glo. Bar. & alii. in l. 3. §. bonorum. de bon. poſſeſ. Hęc quantum ad gl. huius rubr. licèt alii ſuper ea longè plura dicant tam cum Bar. quàm ultra eum. Infert nunc Bar. ex iam dictis ad praxim Quid ſi quis ad ius ſuum probandum editurus ſit ſtatutum alterius Ciuitatis, an teneatur edere volumen integrum ſtatutorum? quod ſupra dixerat argumentum facit pro negatiuá; quia ſcilicet, hic edatur ſexta pars Digeſtorum diminuta, quam partem Bar. volumen appellat. In hac reprocedit ipſe per quatuor ſubordinatas quæſtiones, Prima an edendum ſit volumen integrum. Secunda ſi non integrum volumen, an integrum capitulum, vel potius illa ſola particula ſufficiat, quæ faciat ad rem? Tertia ſi capitulum edendum eſt integrum, & non conſtet de parte vel de toto pro quo magis erit præſumendũ? Quarta ſi præſumitur ꝓ ꝓducente, quomodo conſulatur aduerſario? Ex quibus apparet Bar. admodum dilucidè ac diſtinctè rem pręſentem expoſuiſſe; cum tamen aliis omnes, tam antiqui, quàm moderni, hæc nimis obſcurè atq; confuſe pertractauę rint. Ego cum intelligam cuiuſq; diſciplinæ ordinem eſſe partem potiſſimam è re ueſtra fore putaui ſigillatim de ſingulis iſtis, Bar. duce, diſſerere. In prima q̃ſtione cũ ſua ſolutione ex Bar. tria colligo, Primo ea, quæ infra dicentur ceſſare in editione ſtatutorũ illius ciuitatis in qua iudex ius dicturus ſit; cum enim formentur à Bar. iſtæ quæſtiones in edendis ſtatutis alterius ciuitatis, ſupponit ſecus eſſe in propriis illius ciuitatis in qua ius dicitur, quia hæc neceſſario edenda non ſuntr reuera hoc ex Bar. hic expreſſe non colligitur, ſed ita allegatur per Fel. in c. 1. colum. vltima. de probat. & ita alias expreſſe firmauit in l. omnes populi. nu. 67. de iuſt. & iur. Quanque indefinitè loquitur in l. inciuile. vbi etiam Bal. eo. tit. Abb. Fel. & Dec. in d. c. j. de probat. & alij communiter * hic pręſertim Cro. n. 45. Ripa in l. diem. §. hoc autem iudicium. numero. 32. de dam. infec. vbi etiam plus dicit. Nec eſſe neceſſe
21 ea ſtatuta † allegare, niſi eſſent recondita: Nam etiam iudicans
22 † contra ſtatutum non allegatum facit litem ſuam, vt ibi per eum. probat etiam ratione, quia turpe ſit iudici ignoraſſe ſtatuta ciuitatis illius in qua ſit iudex, cum debeat ea diligenter vidiſſe; iurat enim de eorum obſeruantia, ut in Auth. iusiuran. quod

præſt.

præſt.&c.Auth.de defen. ciuit.§.iuſiurandum.Aut.de iud §.om-
23 nis autem.Item non nouam.C. de iudi.vbi ſcribentes.Item † ſta tuta dicuntur ius locorum in quibus vigent Soz.conſ.81. colum. 2.lib.j.& notatur in l.omnes populi. de iuſt.& iur. Sed ea quæ ſunt iuris communis non eduntur, nec producuntur in iudicium, ſed tantum per prima verba allegantur; præſumitur enim iudex benè in iure verſatus, & iura allegata ſcire, aut facilè ſcire poſſe; Idem igitur in ſtatuto dicendum erit Bald. conſi. 238. numero 3.lib.j. qui vtitur hac ſimilitudine iuris communis, & ſtatutorum. Idem alia vtitur ratione in l. inciuile. de legibus;
24 quia ſcilicet. Statuta † ſint poſita prò roſtris, & cuiq; pateant. Dec.in d.c.j.de probat.Nec neceſſario requiritur ea fuiſſe banni ta vel præconizata, quia ſatis eſt ſi fuerint publicè affixa; & pro roſtris habita,vt dicantur publica & notoria Bal.in l.2. verſ.Seruius autem ſulpitius.de orig.iur.Corn.conſ.156.in princ. lib.3.
25 Qui extendit etiam ad nouas † reformationes. Vnde cauendum eſt pro limitatione, quàm hic DD. afferunt & ſæpius uti ſolent
26 in praxi,vt editio † ſtatuti propriæ ciuitatis requiratur, ſi ſit incognitum,puta quia non ſit in ordinario volumine ſtatutorum; vel quia nimis eſſet nouũ; nam iſtud per ſupra dicta recipit non inutilem declarationem.Præterea crediderim in his non deſiderari maiorem editionem,quàm in alijs omnibus eiuſdem ciuita tis, de quib. neget iudex ſe habere notitiam: ſatis enim erit quoquo modo efficere, vt iudex de eo fiat certior; ad quod ſi qua ſpecies editionis requiratur multum quidem differt ab ea; quæ
27 ſit de ſtatuto alterius ciuitatis: Quia ſtatutum † hoc inſtrumẽto quodammodo & cæteris probationib. quæ in facto conſiſtunt comparatur: fiet enim teſtib.rogatis, vel per ſcripturam publicę authoritatis:& ideò fortè eius productio erit in termino probatorio facienda, At in ſtatuto propriæ ciuitatis quantumcunque nouo vel abſcondito ſatis erit vel in ipſo calculo ferendæ ſententiæ dixiſſe in tali volumine ſeù loco extare tale ſtatutum, ſeu talem reformationem: etiã ſi non aliter fuerit productum; Namq; tenetur iudex illud obſeruare, nec vlla excuſabitur ignorantia, qui iam certior factus ſit: nec debuit negligere, ſed curare, vt ſibi exhiberetur, ſi quàm malè iudicantis,vel etiam periurij pœnam timuerit; Quòd & ſi à parte interdum ſolet exhiberi, ac etiam copiam penes eum vel in proceſſu relaxari, vt ſuæ cauſæ conſulat; non tamen neceſſitatem ingerit, neque verè hanc ego

editionem appellarem. Et ita intelligerem, quod aiunt ſatis eſſe ſententiam ſtatuti allegare, licèt non formalia, verba Felin. poſt Antoniũ in d. capit. j. de probat. in fine, qui vult illud eſſe verum in homine intelligentiſſimo: ſed tutius erit formalia quoque verba edere, quando editio eſſet neceſſaria: ſicut conſultius facit, qui ſtatutorum copiam dat iudicibus affigique curat proceſſui, vt negligentiam Iudicum noſtrorum temporum, quantum per eum fieri poteſt ſuppleat. Interdum autem etiam allegatum, & productum ſtatutum extrauagans, & extra volumen ordinarium poſitum non releuat nec arctat iudicem ad illud ſequendum Rom. conſ. 512. nume. 12. quod tamen intelligendum puto quando non conſtaret de eius obſeruantia. Vtiliter hic quæri poſſet, quid ſi iudex † notitiam haberet ſtatuti alterius ciuitatis de quo edendo agitur; an nihilominus ſit illud ſibi edendum? & an non editum debeat attendi? & quamq; ea quę
30 ſcit iudex, † ut priuatus quilibet non vt iudex, nō debent ipſum mouere, vt latè per multa probat Didac. li. j. variar. reſol. c. j. per totum: tamen in hac ſpecie reperii ſingulariter Ripam in d. l. dies. §. hoc autem iudicium. numero 33. de damno infec. tenentem iudicem ſtatutum non allegatum attendere debere: Quod cum poſſit quàm ſæpiſſimè occurrere eſt memoriter notandum. Affert etiam rationem, quòd editio ſtatutorum non alia de cauſa fit, quàm ut Iudex de illis certior reddatur; & ideo ceſſare videtur ratio editionis, ſi iam ipſe aliundè ſcit. Nec ob-
31 ſtat quòd Notoria † ſint alleganda. Alexan. in l. vn. C. ut quæ deſunt aduoc. cum ſimil. quia id non procedit in ijs, quæ tendunt ad ſolam notitiam iudicis, vt ibidem Ripa. Sed con-
32 tra hoc fortaſſe obſtat, quia ſtatuta † alterius ciuitatis non probant, niſi actualiter deducantur Alexan. conſi. 37. num. 20. lib. 2. & ideo ſupra dicebamus debere in forma authentica produci infra terminum ad probandum ad inſtar inſtrumentorum: & eſſe ſpeciem probationis facti, quæ à iudice ſuppleri non debet, vt in d. l. un. C. ut quæ deſunt aduoc. &c. Hæc libuit excitaſſe, vt vobis præberem materiam cogitandi, non ut omnino à noſtra ſolutione penderetis: hic enim reſolutio plurimum mu-
33 tatur ab eo, quod diu diſcuti ſolet An iudex † attendere debeat quæ ſcit & nō fuerunt producta; de quo latè Abb. poſt gl. in c. 3. de poſt. prælat. & latiſſimè Didac. in d. c. j. li. j. variar. reſol. Quod nimis prolixum, & intempeſtiuum eſſet ſi hic examinaretur.

Secundò,

34 Secundò colligo non eſſe edendum totum volumen † ſtatutorũ, ſicut nec totum codicem rationum. d. l. Argentarius. §. edi.de eden. idem confirmat Bald. & alij in dicta l. inciuile, & in d. l. omnes populi. & D D. Canoniſtæ in dic. capi. 1. de probat. vbi præcipuè Dec.nume.63. & communem * teſtatur additio hic ad Roma.& nouiſſime Sebaſt.Medic. in tractatu de legibus,& ſtatut. ſecunda parte. quæſt. 11.& cum Bartol. conſentire omnes, inquit Soz. hic. Habet etiam rationem, quia non facilè permitteretur tranſportari integrum volumen,neç fortè daretur copia publica illius abſque magna cauſa, qua propter iniquum eſſet teneri quem ad impoſſibile. cap. impoſſibilium. de reg. iur. in 6.Et ſi eam habere poſſet non eſt æquum litigantem tanta impẽſa prægrauari;neque etiam decet tanto labore onerari iudicem, vt integros codices alienorum ſtatutorum perlegat. Facit etiam
35 ratio quòd correctio † non præſumitur l. ſancimus. C.de teſtamen. cap.cum expediret.de elect. glo.in cap.fraternitatis.34.diſtinct. Felin.in ca. inter cætera.de reſcrip. Alexan.qui dicit eſſe generale in omnibus. conſi. 141. colum. 2. lib. 2.quem citat, & alia multa Alcia.de præſump. regu. 2. præſump. 28. Qui ergò vult dicere correctum ipſe producat correctionem. Nec obſtat ratio Bal.in d.l. inciuile.cur non idem prẹſumatur in eodem ſtatuto, ſi quis partem tantum illius ederet; de quo infra in prima concluſione ſequentis quæſtionis,vbi patebit reſponſio. Tertiò, colligo ſatis eſſe producere ſtatutum,quod ad rem producentis faciat d. l. Argentarius.§. edi; vbi rationes, quæ ad rem non faciunt edendæ non ſunt. ſed inter illum text. & caſum noſtrum
36 iſtud intereſt; quòd rationes † extra rem impunè edi non poſſunt,quia eas non edi dominorum interſit; ſicut & quæ eduntur edi iubentur ſine die & conſule.l.1.§.editiones.eo.ti.Secus in ſtatutis, quia petenti ſibi concedi ſtatutum,& ſi ad rem ſuam non faciat deſcribendi facultas ei non denegatur,quia publica vbiq; ſunt & pro roſtris habentur; nec in alio punietur ſi quis illud iudici, uel parti ediderit, quàm quòd ſibi in cauſa nihil proderit; & inutiliter pro illo oleum,& operam impendit.Ex ſcda quęſtio
37 ne Bar.colligo quatuor primò ſtatutũ † alterius ciuitatis edi debere integrum nõ mutilatũ;Idẽ vult Bar.in d.l.oẽs populi.in fi.de iuſ.& iure in d.l.inciuile.de legib.in l.2.§.diẽ quẽ.teſt.aperi.& hic oẽs nec nõ Canoniſtę in c.1.de prob.& in c.cõtingit,& in c.paſtoralis. de fi.inſtr.Bal.in d.l.inciuile. Dec.cõſ.540.in fi.cõem dicit

Paris.hic. n.96. & nullus eſt interpretum vtriuſque iuris qui ab hoc diſentiat. Contra hoc tamen obſtare videtur, quod notatur in d.§.edi. per illum tex.quia non ſit neceſſe edere integrum teſtamentum, facit d.l. 2.quemad. teſta. aper. nam ſolum illa pars edenda eſt, quæ in cauſa petentis editionẽ faciat non aliud. Bart. hic ſoluit; Illud eſſe in editione, quæ fit parti, at nos agimus de ea quæ fit iudici. DD. hoc dictum Bartoli non perpendunt: Poteſt, iudicio meo dupliciter intelligi §. vt editionem parti faciendam ſentiat, quàm pars petit à notario ſeu Argentario, qui pu-
38 blicum ſtatutum, vel inſtrumentum cuſtodiat: & tunc † non cogitur edere, niſi quod ad ſuam cauſam ſpectat, & ſine die & conſule Bar.& Bald.& cæteri in l.fin.C.de præcibus Imperator, offer. in d.l.1.quem teſtamen. aperia. & in l. argentarius. §.j.de
39 eden. Niſi fortè vellet † quis tales ſcripturas redarguere de falſo quia tunc cum die & conſule editio facienda eſſet. Bar.in l.j.§. fin. de eden. Bald.in l. cum quidam. C. de fide inſtr. Abb. in ca.
40 cum contingat extra eod.tit. Aut uero editio † eſt facienda iudici & tunc ſiue à litigatore, ſiue à notario vel argentario fiat debet edi totum, quod ille habet, qui edere tenetur ſi totum iudex petat: vnde excuſatur ſi cum litigans partem tantum habeat eam tantum ediderit Vel ſecundo intellexit Bartolus, quod cum pars edit iudici debeat totum edere quod habet: Quando verò
41 pars † edit parti in caſibus quibus edere cogi poteſt: ſatis eſt ſi edatur pars, quæ principaliter ad rem faciat: iudice uerò legẽtẽ totum Quidam ſunt qui hoc explicant, vt iudex coram parte legat totum, non tamen det copiam: ſed vereor ne non ſit hoc ex mente, Bartoli præter rem noſtram eſſet inquirere vtra melior, ſit ex his ſententijs. Interim ſatis ſit pro reſolutione motæ difficultatis ſcire hic agi de editione, quæ fit ad inſtruendum iudicem non partem, de qua in contrario; ratio autem differentiæ affertur per Bartolum hic, quia in iudice ceſſat doli ſuſpitio etiã in iis, quæ extra cauſam ſint: potuit & alia eſſe ratio, ſcilicet, vt ille cognoſcat, an vere interſit partis totum edi, ut infra numero 49. Secundò, dubitationem faciebat tex.in l.ex conuentione. C.de pact.ibi, ita vt pars inſtrumenti ſignificat, quæ verba oſten
42 dunt partem † inſtrumenti probare, & ibi notant Bald. Salic. Decius & alij: Ergo & pars ſtatuti. ſi pars igitur fuerit edita ſpernenda non eſt, cum & ipſa probare poſſit; conſonat cum d. l.ex conuentione. l. j. C. ſi ſine cenſu vel reli. vbi illud idem

Alex.

Alexandri Imperatoris reſcriptum recenſetur. Benè ſoluit Iaſ. hic in fine nam verum eſt partem probare poſſe, ſed dum conſtat iudici de toto, qua propter vt videat, an pars quæ deducitur probet conuenit edi integrum: & hoc videtur voluiſſe Bartol. in l. j. §. fina. de edend. dum dicit partem non facere fidem.
43 Itaque ad fidem faciendam † erit totum producendum ea ſane ratione, quia poteſt ſequi aliquid in eodem capite, quòd vel corrigat uel declaret partem ſtatuti productam: vt ſæpè videmus iure communi in vna & eadem lege aliquid corrigi in fine vel diuerſimodè reformari, quod dictum erat in principio; exempla quædam congerit hic Sozin. & per vos ipſos poteritis ſæpius notare. Opponit Bald. idem dicendum in ſtatuto integro, quod poteſt in eodem volumine corrigi; vel etiam in diuerſo quod frequenter contingit: ſi quidem facilius reperiuntur cor-
44 rectiones in alijs capitibus, quàm in eodemmet: nemo † enim præſumitur ſe ipſum incontinenti corrigere. l. non ad ea legata. vbi gloſſ. & DD. de condit. & demonſtr. Bartol. in l. j. §. & parui. quod ui aut clam, Alexan. conſi. 28. libro 4. in l. ſi mihi. §. fina. de legat. j. Alciat. in d. præſumpt. 28. ſed idem Bald. reſpondet, quod approbant Abb. Iaſ. Ruy. & Sozin. qui clarius explicant & nouiſſime Sebaſt. Medic. in d. trac. de legibus. & ſtat. parte 2. capitul. 11. Quia cum illud quod editum eſt conſtet eſſe partem præſupponitur totum extare & in editione aliquid deficere, & ideò iure dubitari contingit, ne pars edita non rectè intelligatur abſque toto, ſed integrum ſtatutum, quamuis ſupponat librum per ſe, tamen eſt aliquid, nullam habens præſumtionem correctionis, vel declarationis uel non perfecti ſenſus contra ſe. Adderem præterea, quia non videtur carere fraude qui integrum caput non producit, ſecus in eo qui non producit totum librum. Ad idem facit l. j. §. edere. de eden. nam non dicitur edere, qui totam ſtipulationem non edit: ſed dicet ali-
45 quis, nonne † dicetur minus legitimè edere, qui rationem edit ſine die & conſule? Reſponderem non, quia illud † non eſt de ſubſtantia conuentionis. l. cum tabernam. §. idem quæſiuit. de pignor. not. in l. 2. §. idem labeo. de aqua pluu. arcen. l. ſcripturas. C. qui potior. in pignore habean. Bar. in l. inter chartulas. C. de conuen. fiſc. libro 10. Alexan. conſi. 182. numero 6. libro 2. Tiraquel. de retr. conuen. §. j. gloſſ. 7. numero 49. ſed ſpectat ſolum ad notarium atque ad fidem ſuæ ſcripturæ. §. quia uero.

aut. vt præp. nom. Imper. notatur in l. iuriſgentium. §. quod ferè de pact. ponit Bald. in rub. C. de fid. inſtrum. Abb. Fel. Dec. & cæteri in capi. j. de fid. inſtru. & ſupra aliqua diximus in prima parte. Hæc communis * opinio quòd ſtatuta integra edenda ſint am
47 pliatur † etiam ad rubricas ſtatutorum & additiones ſi quę ſunt
48 Bald. & Alexan. in d. l. inciuile. ſicut † & inſtrumenta edi debent cum omnibus clauſulis oportunis, Bald. in d. l. j. §. edere, de eden.
49 Tiraq. de retr. conſang. §. 36. gloſſ. 2. num. 33. & integra † ſunt exhibenda iudici vt is intelligat, an interſit partis illa habere Bald. in d. l. j. in princip. quem. teſtam. aper. Caſtr. in l. quædam. in prin.
50 de eden. Dec. Pedam. 36. in fine. Idem in exhibitione † priuilegij, quæ ſi non fiat integra non probat Menoch. in princi. reſp.
51 cauſa finarien. nume. 22. Limitate nunc ſingulariter † ut nec partis etiam editio neceſſaria ſit, quando ſtatutum contineret idem quòd ius commune. Abb. in d. capi. paſtoralis. de fide inſtrum. Felin. in cap. contingit. eodem tit. Quòd habet rationem, quia ſta
52 tutum † conſentiens cum iure communi dicitur eſſe ius ciuile vel commune, potius quàm municipale Bal. & Caſt. in l. ius ciuile. de iuſt. & iur. gl. & DD. in c. j. de conſt. in 6. Bar. & alij in l. 1. in prin. ad l. Fal. Tiraq. de retr. conſan. §. 9. gl. 2. n. 54. & ideo recipit eaſdem omnes extentiones, limitationes, & declarationes, quas & ius cõe Tiraq. d. gl. 2. n. 55. At nos ſupra diximus & admittunt omnes in iuribus ciuilibus nullam requiri editionem, ſed ſuffi-
53 cere quamlibet allegationem. Secundò colligo ſtatutum † poſſe parti litiganti edi pro illa tantum parte, quæ ad eum ſpectar; ſed dum petitur à notario vel cuſtode ſtatutorum integrum eſt edendum, nam ſi debet pars integrũ iudici edere, videtur ſibi quoq; edendum eſſe integrum. Præterea ſtatuta publica ſunt nec cuipiam eſt eorum copia deneganda, vt ſupra dicebamus; Non ſic eſt in inſtrumentis, & rationibus, quæ ſingulorum interſunt: ſed quid ſi petierit partem tantum; vel notarius ſolam partem ei deſcripſerit, an iſte poterit ſolam partem iudici edere? hoc videtur ſpectare ad concluſionem de qua infra in tertia quæſt. In-
54 terim reſpondere iudicem † poſſe ſequi fidem partis editæ, licèt ſciat eſſe partem quouſq; ab aduerſario non fuerit oppoſitum:
55 ea autem moneor ratione, quia probationum † materia arbitraria ſit. l. 3. §. tu magis. de teſtibus. capi. in literis. extra eod. tit. Bar. Caſtr. & alij in l. admonendi. de iureiur. Corn. conſi. 261. nume. 3. lib. j. conſi. 172. nu. 21. lib. 2. conſi. 304. num. 6. lib. 3. Dec.

conſi.

conſil.463.nume.24.Pariſ.de Pute.in tract. de ſyndic. in uerbo, Poteſtas.verſiculo conſulo.Gram.deciſ.34. num.47.Didac.d.cap. 1.variar. reſol.lib.1.nu.7. Pinell. in l.ſecunda.cap.vltimo.nume. 44.C.de reſcin. uend. Soarez recept. ſent.in verbo,Probationes. nume.178.Gabr.conſi. 159.nume.12. Sed quamuis à parte non
56 opponatur,tamen plurimum † intereſſe arbitror, integrum, vel diminutum ſtatutum allegaſſe: nam ſi eſſet integrum ſententia contra illud lata, vel eſset ipſo iure nulla, uel adeò iniuſta, vt obligatum omnino redderet iudicem iux. tradita in cap primo, de re iud.ubi præſertim Fe'.Secus ſi diminutum, quia, vt dixi in arbitrio eſset iudicis ei credere,vel non. In quantum Soz. applicat hanc diſtinctionem Bartoli ad ſolam editionem inſtrumentorum non uidetur eſse ex mente ipſius,quia ſentijt non eſse differentiam inter editionem inſtrumentorum, & ſtatutorum, ut patet ex proximè ſequenti concluſione. Tertiò colligo quæ dicta ſunt de editione ſtatutorum, procedere, etiam in editione inſtrumentorum, & priuilegiorum: Et ſic uult ea integra eſse iudici edenda, parti uerò pro parte tantum facien-
57 te ad rem. Si iudex † petit ſibi edi à notario, uel ab Archiuio ubi conſeruantur ſcripturæ uerum erit integras edendas eſſe: ſed tamen editio hæc ſolum faciet ad quandam inſtructionem iudicis: Crederem etiam tale inſtrumentum iudici editum,nec debere partibus concedi, nec alligari in proceſſu,
58 quia non poteſt † iudex ſupplere partium productiones,quæ facti ſunt, ut teſtes, & inſtrumenta l. quiſquis.C. de poſtulan. glo. in l. age. C. de tranſac. & in rub. & l. vnica.C.ut quæ deſunt aduoc.&c. glo. prima in cap.3.de poſtul. prælatorum. vbi Abb. nume.9.Bar.Imo. & Alexan in l.4. §.hoc autem iudicium de dam.
59 infec.Nec poteſt dicere ſententiam † pro inſtrumento non deducto à partibus in iudicio etiam ſi eius notitiam habeat. cap. cum dilectus. de fid. inſtrumentorum. glo. & Fel. in cap.contingit.eod.titu. Didac. d.lib.primo, cap.1.nume. quinto variar. reſol. quapropter non credo de hac editione Bartolum intellexiſse: ſi autem intellexit de ea quæ fit iudici à parte, ideſt de productione inſtrumenti in iudicio, quomodo poterit litigans edere totum, qui à Notario, uel Argentario ſolum partem habuit, ut ſupra per Bartolum concluſum fuit. Intelligendum eſt hoc quando litigans habeat totum documentum: puta ſi ſibi à Notario totum editum fuerit, quia fortè totum ad

ſe

ſe pertinebat argumento d. l. argentarius.§. edi. Quid de editione inſtrumenti facienda parti?ſiue Notarius, vel ſimilis perſonā
60 edat, ſiue pars aduerſa : qui omnes tenentur dare copiam † ſum ptibus petentis d.l.argentarius.de eden.tradit Bal. & alii in l. 2. eo.tit.verius eſt editionem non fieri,niſi de eo quod interſit,ſiue to tum ſit ſiue pars,ſecundum ea quæ latius tractantur in d.l.1.& in d.§.edi.& in l.procurator.C.de ed.in quantum Bartolus uidetur ſibi contrarius hic,& in d.l.in ciuile.vbi expreſsè dicit eſſe dif ferentiam inter editionem ſtatuti, & editionem inſtrumenti: Videatis quæ latè hic dicunt Alex. & Soz. pro Bartolo defendendo quæ admitti poſſunt : notari tamen poteſt differentia inter editionem partis ſtatuti:& partis inſtrumenti,ex iis quæ mox dicen
61 tur in ſequenti concluſione.Item alia † ex Rip.in d.l.4. §.hoc au tem iudicium.num.33.de damno infec.quem ſupra deduximus: uidelicet quòd ſi ſtatutum alterius ciuitatis ſit notum iudici non erit neceſſe edi,quia poſſit iudex illud ſequi in ſententia: ſecus in inſtrumento,quia iudex non poteſt ſupplere, quæ facti ſunt, ut
62 proximè dictum fuit . Quartò colligo † litigantem teneri ſolum partem iudici edere quā habet, ut de teſtamēto dictum eſt, quòd non eſt legatario integrum edendum,ſed ſolum caput ſui legati, & quod ad illud pertinet : hic certè non tenetur iudici, uel parti exhibere totum teſtamentum: quod omnes admittunt, nemo.n. dat quod non habet l.traditio.de acquir.rer. dom.l.quod autem in fi.de iure patron.l.nemo plus iuris.de reg.iur. ut etiā dixit Plato in ſympoſio. Facit & illud,quia ad impoſſibile nemo tenetur. c.impoſſibilium. de reg.iur.in 6.cum cōcord.multa hic cumulari poſſent pro perfecto tractatu huius editionis,ſed omiſſis cæteris ſummatim dicatis ex ſententia Bartoli editionem iudici eſſe faciendam pleniorem,quàm fieri poſſit,ſi hoc cupiat:at parti ſolū quatenus ſua interſit à quocunque fiat editio,& eſt ratio, quia iu
63 dex † uult ſibi edi ad ueritatem eruendam, pars uerò ad cauillan dum,& opponendum. Illud tamen notandum eſt ex iam dictis,
64 quòd pars † inſtrumenti edita , differt à parte editi ſtatuti , quia poteſt iudex mutilatam editionem ſtatuti ſpernere impune,& te netur non attendere eam ſi fuiſſet ab aduerſario oppoſitum: ſed non ſic impune ſpernet partem editi inſtrumenti : quia notari poteſt culpa edentis partem ſtatuti , qui potuit totum habere,& producere:non ſic eſt in parte inſtrumenti,quod non ſemper to tum haberi poteſt.Sed in hoc prudentis iudicis arbitrium uerſa

bitur

bitur, vt caueat ne fraudes fiant: nam eſſe poteſt, ut qui integrum inſtrumentum producendi facultatem habet: tamen callidè partem tantum producat, ut aliàs in praxi contigiſſe comperui. Ita uidetur fuiſſe de mente B. in d. l. inciuile. & in d. l. omnes populi. Eſt etiam aduertendum ex mēte ipſius hic manifeſtè col-
65 ligi: Partem † inſtrumenti plenam fidem facere, quod pariter eadem cum prudentia iuſdicentis accipiendum erit. Idem quærit tertio, Quid ſi fuerit edita pars cum tamen deberet edi totũ? Ex cuius dictis quinque colligo concluſiones. Prima ſit editio-
66 nem † non facere fidem quando conſtat eſſe partem. Cum hoc tranſeunt omnes, * ſed mihi uidetur nimis durum: quid enim ſi pars non edita nihil uerè faceret ad rem, & iudex editæ partis fidem ſecutus fuerit: Quis non dicet eſſe iniquum, uel iudicem ex hoc litem ſuam feciſſe: uel ſententiam eſſe nullam? Quapropter non diſcederem ab ijs, quæ ſupra dicta ſunt, quòd aut opponitur à parte ſtatutum non eſse integrum, & tunc procedat dictum Bartoli, aut nihil opponitur, & tunc poſſit iudex ſi velit ſequi par
67 tem editam, uel non. Nam etſi DD. uelint etiam † aduerſario nõ opponente, partem nihil probare, ut hic per Alex. tamen credo habere uim aliquam ad mouēdum iudicem: præſertim cum poſſit aliqua ſubeſse cauſa iuſta, quare non totum fuerit productũ: Vtputa ſi in rubrica ſtatuti de duobus admodum ſeparatis fuiſſet propoſitum, & primum quod ſolum faceret ad rem produceretur cum inciſiua ſecundi, uel econtra: ſic de ſimilibus: quæ haud negādum eſt poſse mouere iudicem cum probationes omnes arbitrariæ ſint, ut ſupra dictum fuit. Crederem tamen hanc
68 † partis editionem non facere probationem neceſsariam, ſed probabilem tantum, ſeu uериſimilem: Non enim inconuenit ad-
69 mitti uerиſimiles † probationes in iure cum ſæpiſſimè neceſsariæ deficiant c. licèt cauſam. in ſi. de probat. c. ſi teſtes. 4. q. 3. l. ob carmen. §. fi. de teſtib. glo. in c. in noſtras. de teſtib. Alexã. conſil. 239. nume. 10. lib. 6. Quales ſunt præſumptiones, quæ frequentes nimis ſunt in iure, & tamen neceſsario nunquam inferũt cum vna fortior alteram minus fortem tradat. c. tuam. cum glo. de ſponſ. B. in l. cum de indebito. de probat. Bal. in l. ſiue poſsidetis. C. eod.
70 tit. Secundo colligo ſtatutum † editum præſumi totum, dum non conſtat eſse partem. Eſt hæc concluſio, & eius diſputatio utilis nedum in ſpecie hac de ſtatuto edendo, ſed etiam in quamplurибus aliis. Quæ cum ab omnibus nõ admittatur uideamus parum

per

per quid iuris de ea. DD. communiter * tenent cum Bartolo, ut te ſtantur hic Iaſ. & Claud. in fi. Nicon. num. 278. Soz. num. 137. Se baſt. Medit. in d. tract. de legi. & ſtat. d. cap. 11. Addi. ad Rom. hic in ultimo col. in verbo, intelligatis. Pro qua eſt B. in multis locis quem citat Alex. hic in fi. num. 43. Item ſunt Rom. Iaſ. Ruy. Alc. Clau. Crot. Soz. hic: necnon Alex. in l. ſi conſtante. num. 8. ſol. ma tr. vbi damnat Imo. contrarium tenentem., & dicit hic ſe dicturum: & tamē in puncto veritatis hic tenet pro contraria: notetis eius inconſtantiam. Item pro communi tenent Gemin. in conſi. 66. Iaſ. qui in caſibus ſimilibus alios multos allegat in d. l. ſi conſtante. num. 121. & in l. fin. §. licentia. col. 1. C. de iure delib. Aret. in §. 1. Inſt. de iure natur. Ant. in d. c. j. & d. c. contingit. Campeg. in tract. de dote. parte. 3. q. 22. & alii multi. In contrarium in caſu præſenti ſunt Imo. Alex. Nicon. & Norman. hic: & Imo. in d. l. ſi conſtante: At in caſibus ſimilibus, præſertim in eo qui tractatur in d. l. ſi conſtante: & in alio de quo in l. cum de lege. de probat, alij complures ſunt, qui contrarium tenent, damnantes gl. illius l. cum de lege. quæ ſolemnis eſt, & frequenter allegari ſolita. Agamus de caſu noſtro, uideamuſque producta hinc inde quanti valeant. Primò pro communi opinione allegatur per B. & alios di-
71 cta glo. in d. l. cum de lege. † de probat. quæ notabiliter vult ſtari dicto hæredis aſſerentis bona non ſufficere legatariis quouſq; non probetur in cōtrarium: quod quidem dictum originem præbet multarum difficultatum. Pro ſolutione uoluit Imo. illam gloſſam intellexiſſe de hærede, qui conuenitur non qui conuenit. Alex. autem dicit hoc eſſe truffam: voluit dicere eſſe cauillum & uerè eſt: nam regula illa Reum non cogi probare: intelligenda eſt quantum ad dictum actoris, ſed tenetur probare ſuum, quia
72 in ſua † exceptione eſt actor. l. exceptio. de except. l. quinquaginta. de probat. quod intelligitur quantum ad onus probandi, non ꝙ verè exceptio ſit actionis ſpecies Bald. in l. fruſtra. C. de probat. Namque ideo regulariter actoris eſt probare, quia in ſua intentione ſemper ponit aliquid, quod ſi reus admittat nihil actor
73 probare tenetur, quia confeſſione † rei ſatis habeat probatam intentionem Bal. in rub. C. de probat. vbi latiſſimè Hipol. de Marſ. Iaſ. in l. cum te. C. de tranſact. Alex. in l. eum qui. in princ. de iure iur. At ſi poſt admiſſam poſitionem actoris reus aliquid de ſuo ponat, in quo fundet ſuam defenſionem, ipſe debet hoc probare, & ita intelligitur in exceptione eſſe actorem: Idem ſi excipien do

74 do † negaret: nam ſicut actor qui fundat ſuam intentionem in negatione eam probare tenetur. Inn. in c. ſuper his. de accuſat. B. conſi. 98. & in l. in illa. de uerb. obl. ubi et Alex. qui dicit commu-
* nem * Corn. conſi. 13. lib. 1. Iaſ. in d. l. in illa. nu. 14. & in l. qui ſe obtulit §. condemnatum. nu. 7. de re iud. Tiraq. de retr. conſan. §. 32. gl. 1. nu. 94. Couar. qui de communi teſtatur uariar. reſol. lib. 2. c. 6. nu. 5. Gabr. de probat. concl. 6. lib. 1. Moder. Peruſini multos cumulantes in tract. qui probare teneatur negatiuam. nu. 2. ita & reus qui admitteret probationes actoris, uellet autem ſe aliqua negatione munire, nam & is eam probare debet Inn. in d. c. ſuper hic. Alb. in l. ei incumbit. de probat. Iaſ. in d. l. in illa. de uerb. obl.
75 alij ſupra citati. Quamobrem ſi actor † dixerit aliquid in quo habeat præſumptionem iuris pro ſe dum reus dictam præſumptionem legitimis probationibus non tollit, per ſolam probationem non defenditur, niſi ea legitime probata. B. in d. l. ei incumbit. de probat. Lanfr. in tract. de teſtib. num. 32. Hercul. in d. tract. quis teneatur probare negat. nu. 4. Hæc certè uidetur ſanior, & magis recepta regula, quàm ſit illa Ruy. hic de qua multum gloriatur: nā dum diſtinguit, an quis neget ad actionem conſequendam, vel ad defenſionem, cum difficultates non nullas habet, ut idem ſentiit, tunc differre non uidetur rei ueritate à ſententia Imo. quæ nō valet per ſupradicta, per quæ eam reprobat Alex. hic & in d. §. licentiam. Iaſ. conſi. 34. col. 2. lib. 1. Reſpondet idem Imola illam gloſſam loqui de iure Codicis uidelicet cum hæres confecerit in-
76 uentarium: nam præter † alia facti inuentarij commoda hæres ſentit, & iſtud, vt liberetur ab onere probandi, vt in d. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. l. antiquæ. C. ad Velleianū. B. Alex. Iaſ. & alii in d. l. ſi conſtante, & in d. §. licentia Hercul. in d. tract. quis probare
* ten. neg. n. 256. qui communem * dicit. & ita dictam gloſſam. d. l. cum de lege intelligendam eſſe uolunt Alex. hic & in d. l. ſi conſtante. Iaſ. & Corn. in d. §. licentia. Ruy. conſi. 49. in princ. & conſi. 82. in fi. lib. 5. & multi alij quos citat Couar. d. cap. 6. num. 4. qui
* etiam communem * dicit. Gabriel lib. 1. concluſ. 7. nume. 12. de probat. Quod fulcitur ratione, quia inuentarium publica authoritate conſtructum habet pro ſe præſumptionem. l. ſi quis decurio. ubi Bald. & Salic. C. ad l. Cornel. de falſ. eſt & alia ratio, qua utitur Alcia. regula 3. præſump. 20. Quia ſi non præſtaretur fides inuentario hæres præſumeretur ſubtraxiſſe res hæ-
78 reditarias, quod eſſet contra regulam † l. merito. pro ſocio,

quod

quod nunquam debeat fieri præſumptio delicti, niſi vrgentibus rationibus. Alexan. in d. l. In illa. de uerborum obligat. & ita eſſe intelligendam gloſſam illam apparet quia allegat d. §.
79 licentia. vbi de inuentario confecto agitur: Et ſatis uulgare † eſt dictum gloſſæ, aliorumque Doctorum eſſe interpretandum ſecũdum leges quas allegant B. & alij in l. non ſolum. §. liberationis
80 verba. de liber. legata. Quæ quidem notanda ſunt pro locis † vbi iure municipali tollitur inuentarij conficiendi beneficium, vt eſt Senis in patria: nam tunc ceſſabit etiam beneficium hoc præſumendi pro hærede, & ideo eius ſimplici dicto ſtandum non erit ſi negauerit bona ſufficere creditoribus, ſeu legatariis, ſic itaque limitabitur gloſſa illa, quandocunque in praxi occurret. Quæ
81 † non ſolum communiter * teneri videtur, vt dicit Alex. hic &
* Iaſ. in d. l. ſi conſtante & Franc. Curt. conſi. 27. Refert & ſequitur Rip. in c. cum eccleſia. num. 85. de cauſa poſſ. & propr. Hercul. in d. tract. quis tem. prob. negat. nu. 255. in fi. & nouiſſime Sebaſt. Montic. in tract. de inuent. cap. 12. nume. 222. & alij multi quos allegat Gabriel. dicta concluſ. 7. in princip. ſed etiam ſeruatur in practica, ut ex Bal. refert Alc. in d. præſump. 20. Verũtamen Add. hic ad Rom. in vltima colum. ex claudio hic refert è contra eam communiter reprobati: qui uerius ſentiant non eſt in præſentia differendum, forte non eſſet difficilis conciliatio, ſi diceremus dictam gloſsam intelligendam de hærede, qui fecerit inuentarium ſecundum l. quam allegat: & optime probat Roder. Soarez. in commentar. l. 1. tituli. 2. Delas arras. nume. 22. & ita putat etiam Iaſ. d. cõſi. 34. ubi latè de ea gl. & ita firmo pro ſupradicta quicquid tenuerit Hercula. vbi ſupra nume. 255. qui in contrarium tantum põderauit, neſcio quàm fœliciter, quòd illa gloſsa ſit poſita ſub l. Digeſtorum non Codicis. Quamobrem, ſufficiat interim hoc pro ſolutione: nam in caſu noſtro nulla eſt præſumptio pro producente pro ut ibi eſt pro hærede ob confectum inuen-
82 tarium. Secundò mouetur Rom. ex † l. ſi is qui teſtamentum. in fi. de teſtam. ubi cenſetur finitum teſtamentum ſi non conſtet teſtatorem voluiſse plura diſponere. Reſpondet Alexan. illud eſse,
83 quia ſit ibi ſcriptura † principalis facta à Notario, hic uerò ſit copia unde non mirum ſi minor ſit iſtius quàm illius fides per notata in auth. ſiquis in aliquo. C. de eden. & in l. admonendi. de iureiur. ubi Bar. in uerſi. ſed quæro quid de exemplo. & in l. 1. C. de
84 fid. inſtrum. Item quia ſemper ſit præſumptio † pro Notario, &

pro

pro inſtrumento ab eo confecto.c. ad audientiam.de præſcr. l.ſi quis decurio.C.ad l.Corn.de falſ. Bal.i l.Imperator de ſtat. hom. facit pro inſtrumento.l.cum precibus.C.de probat.Soz.conſi.61 lib.4.Dec. conſi.36.Alc. præſum.13.reg.3. Non autem admittit hanc ſolutionem Iaſon,quem ſequũtur quidam alij,quia in d.l.ſi is qui teſtamentum nihil prorſus habeatur de Notario,neque in hoc ſe fundat text. ſed ſolum, quia non conſtabat de uoluntate contraria teſtatoris. Parcat mihi D. Iaſon aſſumpſit uerba Alex. ſed non ſenſum: quod ſi uerba tantum inſpexerimus facilè ſem-
85 per erit loquentes, & ſcribentes reprehendere, longè † enim plura ſunt negotia, quàm uocabula: & ea quæ mente concipiuntur, quàm quæ uerbis exprimuntur. l.natura.de præſcr. uerb. glo.in §.hæreditas.in verbo,ſexcunx. Inſt.de hæred.inſt. Cicero de finibus bonorum, & malorum lib.3.equidem arbitror Alexandrum
86 uoluiſse illum † textum fundari magis in ſcriptura notarij aut originali, quàm in copia: ſed intendebat ibi eſſe caſum vbi de ualore teſtamenti ex ſe ipſo ageretur, ideſt quatenus pendet à uolũtate defuncti: in quo facilè eſt præſumere nihil plus uoluiſse, quã reperiatur dixiſse: ſed hic ſumus in exemplo deducto ex re per ſe perfecta, vnde dubitari poſſit, ne ipſum imperfectum ſit, ſi non conſtet de perfectione exemplationis. Hæc ſolutio eſt eadem in effectu quam ponit hic Soz. & recipi poteſt in uiam diſputationis, nam re uera differens eſt ille caſus ab hoc noſtro. Sed tamen aliqua videtur ſubeſse ſimilitudo, quia ſi uoluntas teſtatoris præſumitur perfecta ex eo ſolo, quòd apparet deſcriptum, ita etiam ſtatutum: & quid ſi productio ſtatuti eſſet per Notarium exemplata publica cum authoritate, ut regulariter contingit, præ-
87 ſertim cum loquamur † de ſtatuto alterius municipij: quod non aliter productum valebit, quàm ſi appareat ſolemniter tranſumptum cum publica fide, quod in quæſtione iſta ſupponitur, ne alioquin termini eſsent inhabiles. Hoc reſpondemus in eo eſse
88 differentiam quod ibi conſtabat † de hæredum inſtitutione perfecta ex uoluntate teſtatoris, vt colligitur ex princ. legis, & communiter * tex.ille interpretari ſolet: quæ ſola inſtitutio eſt integra, & ſubſtantialis forma teſtamenti. l.1.§. qui neque.de hæred. inſt.§.ante hæredis Inſt.de legat. At quod alios uoluerit nominare hæredes, uel alia legata relinquere, nõ eſt ſubſtantiale, & ideo nec impedit perfectionem teſtamenti, niſi aliud conſtet de teſtatoris uoluntate: Vnde cum ſumus in dubio an plura voluerit di

cere,

cere,vel non,bona ſit,& æquior interpretatio quod noluerit propter regulam ne vtile per inutile vitietur. l. ſi ſeruus legatus. §.ſi ſeruus alienus.de leg. 1.l.utile.de reg.iur.cum ſim. Item quia uul-
89 gare eſt præſumi † potius, ut actus ualeat,quàm vt pereat præſertim in vltimis volũtatibus.l.quoties. de reb.dub.l.quoties.de vet bor.obl.c.Abbate ſanè.vbi glo.de verb.ſign.cum ſim.Secus ſi du
90 bitaretur † an deeſſet etiam ex mente teſtatoris quid de ſubſtantia: vt ſi reperiretur teſtamentum abſque ulla inſtitutione hæredis:nam tunc nulla eſſet præſumptio pro ualiditate actus B.& cæteri in l.1.§.ſiquis ita.de uerb.obl. Alc.præſum.34.reg.3.num. 11.Et eſt ratio,quia actus ſine forma nihil eſt, ideo nõ poteſt pro
91 eo præſumi:eadem ratione ſi conſtaret † de imperfecta uoluntate teſtatoris,etiam ratione legatorum, vtputa ſi appareret uoluiſſe legare,& morte præuentum non potuiſſe:ut ſaniori planè ſenſu cummuniter * concluditur per interpretes in rub.de legat.1. vbi quãdoque publicè diſputando diſſeruimus.& in d.l.ſi is qui teſtamentum: nam tunc ad perficiendam eius uoluntatem omnia quæ uolebat uideri poterant de neceſſaria forma illius teſtamenti.Ita dici poteſt in caſu noſtro omnia quę ſunt in ſtatuto ad vnum vſque uerbũ eſſe de forma ipſius ſtatuti in ſpecie, & ideo quouſque in exemplo non apparet produci integrum,atque integrum fuiſse tranſumptum, dubitari poteſt ne quid deſit quod
92 tanquam ſubſtantiale adimit omnem fidem. Tertiò allegant † l. ex facto.§. pen. ad Trebell. ubi ſubſtitutus per fideicommiſſum ſub cõditione ſi inſtitutus ſine liberis deceſserit,admittitur mortuo hærede ſimul cum filio,ſi non conſtet quis deceſſerit prior: ſic fideicommiſsarius non tenetur probare filium prędeceſſiſse: Et tamen in l.qui duos.§.cum in bello.& §.fi.de reb.dub. uidetur præſumi in contrarium ſcilicet patrem prædeceſſiſse, vbi fideicommiſsarius erat actor, & quaſi fundabat intentionem ſuam negando filium ſuperuixiſse.ideóque augetur dubitatio argumento eorum quæ de probanda negatiua ſupra dicta ſunt ex Inno.in d.c.ſuper his.de accuſ.B. & alijs in d. l.in illa.de uerb. obl. B.& Imo.in l.ex facto.ad Trebell.Alex.conſ.22.num.2.lib.5.Item
93 fundabat ſe in cõditione † illa ſi ſine liberis deceſserit,ideo opus videbatur probare qualitatem annexam ſubſtitutioni,quòd ſine liberis inſtitutus deceſserit Alex.conſi.117.lib.4.Hercul.d.trac. quis tenea. probare negat.num.21. præſertim in caſu ubi conſtet inſtitutum habuiſse filios Cum.conſi.43.per totum Aret.in l.ſed

& ſi

& ſi de ſua.de acq.hær.Tiraq.de retr.conſang.§.11.gl.1.& ita alias ego conſultus de iure rñdi in cauſa ab Aquipendio tranſmiſſa. Propter hæc illa tex.reputatur admodũ difficilis conciliationis; & multum laborat Bar.& alij in d.§.cũ in bello, pro eius ſolutione. Credidit gl.illud eſſe fauore vltimæ voluntatis pro qua ne pereat in dubio iudicandũ eſt.d.l.quoties.de reb.dub. modo putat fuiſſe fauore matris arg.l.fi.C.de inſt.& ſubſt.& l.precib. ubi notatur C.de impub.& al.ſubſt. Sed utrunq; falſum vt per Bar.in d. §.cum in bello, qui ſoluit multiplici quadam ſolutione. Ex qua
94 Ruy.hic aſſummit partẽ, ideo ſ. præſumi † pro fideicõmiſſario, quia pro eo ſit primus ſtatus hæredis, eum eſſe ſine liberis; argu. eorũ quę per Bar.tradũtur,& alios in l.ſi prius.in hoc ti.noſtro; Oẽs enim è natiuitate actu ſine liberis naſcimur. ſed hoc nihil facit princ.quia ibi cõſtabat hæredẽ habuiſſe filios, per quã expreſſam veritatẽ tollitur dicta pſumptio; atq; illis vtriſq; mortuis oritur pſumptio, q pater prędeceſſerit.d.l.qui duos.§.fi.de reb. dub. & l.cũ puberes eo.tit.vt s.dicebamus. Itẽ non placet, quia etiam in caſu noſtro diſpoſitio naturalis & primęua eſt, ut nullũ ſit ſcriptum ſtatutũ; cum ſtatuta omnia ſint iura ciuilia locorum. l.omnes populi.de iuſt.& iur. quæ ſunt naturali ſtatu perſonarum ea runque iuribus poſteriora.§.ſingulorũ.Inſt.de rer. diuiſ. Alij re-
95 ſpondẽt ibi filium † hæredis fuiſſe impuberem, qui quidem ob virium imbecillitatem præſumitur mori ante d.l. qui duos.§. fi. & l.ſi mulier.de reb.dub. Sed omnino diuinatiuus eſt iſte ſenſus, cum de hoc in tex. nihil habeatur. Alij uerò rñdent & benè ex
96 ſnĩa Bar.in d.§.cum in bello; ibi fideicõmiſſariũ † ſatis hẽre fundatã intẽtionẽ, ſi nihil probatur cõtra ipſum, ex eo quod vterq; ſimul pater & filius mortui proponebantur; nã hoc ſtante rectè ſequitur tẽpore mortis patris non ſuperuixiſſe filium; quod quidem ſolum ſufficit ad obtinendum fideicõmiſſum; quia verè dici poteſt ſine filijs deceſſiſſe inſtitutus poſt cuius mortem nullus filius ſuperſtes relictus eſt. Et hoc multum cõſonat cum uerbis illius tex.cuius intentio principalis eſt declarare, quod verba hæc, ſi ſine filijs deceſſerit, ſint intelligenda ſi filij patri non ſuperuixerint; nã & ille qui ſimul cum filio eodẽ tẽporis momẽto decedit tẽpore mortis ſine liberis fuiſſe dicetur, non minus ꝙ is cuius filij pmortui fuerint. ſimilis expoſitio ſit in d.l.qui duos.
97 ſcdo reſp. Pręſumptio † aũt quòd pater pmoriatur tũc hẽbit locum cũ non cõſtabit vtrumq; ſimul periiſſe, vel ubi non ſeque-

retur iuris effectus ſi admitteretur utrũque ſimul periiſſet: & ita intelligere d.§.cum in bello & D. Hadriani conſtitutionẽ de qua ibi. Non me latet Alciatum præſum.49. n.6.reg.3. aliter ſoluiſſe, ſed re vera nõ uideo in quo differat à ſolutione glo.q̃ ipſemet dã
98 nat. Ex quibus infertur fideicõmiſſarij † onus eſſe ſaltẽ probare mortuũ utrunq; ſimul, eodẽ caſu, alioquin ſi diuerſis caſib. & locis mortui ſint nec cõſtaret quis primò, durũ eſt præſumi patrẽ ſuperuixiſſe, & cõtra naturã: uel periiſſe ſimul utrũque quod raro accidit: quamobrẽ fideicõmiſſarius non obtinebit, quia nullo modo probauit cõditionẽ extitiſſe, quod neceſſe eſt ad obtinendum pręſertim cũ ille agat B. in d.§. cum in bello. Aret. in d.l.ſed etſi de ſua. de acquir. hæred. Bal. in l.cũ teſtamẽto. C. de manum. teſt. Dec. conſ. 177. & eſt cõis* concl. DD. in d.l. in illa. de verb. ob. vt teſtatur Bellon. cõſi. 59. n. 4. Pro qua declaratione illius tex. faciũt uerba illa ibi in poſitione caſus, ſed ſi naufragio, uel agreſſu, vel quo alio modo ſimul cũ patre perierit &c. Quaſi ſentiat iſtud eſse probandũ: & nihil agi ſi prius non de iuncta utriuſq; morte cõſtet: ſm quàm poſitionem caſus interpretabantur illa ultima verba, cum aũt quis antea, & quis poſtea deceſserit non apparet, extitiſse cõditionẽ fideicõmiſſi magis dicẽdũ eſt: ſcilicet in caſu quo ſimul interiiſse proponuntur: quia uerè tunc dici poteſt nemine antea, uel poſtea mortuũ B. in l.5.§.certũ n.7. ſi cert. pet. q̃d dictum plurimum hoc tex. confirmatur. Hæc pro pleniori intelligentia illius l. dicta ſint. Etenim quoad rẽ ſolam præſentem faciliter fuiſset ſolutio, quia ille caſus modicam aut nullã habet ſi-
99 militudinem cum noſtro. Quartò l.cum ita.† aliàs incipit omnia quæ. §.ſpecies. de leg. 2. uolunt ibi probari legatario petenti rem legatam incumbere onus probandi rẽ extare in hæreditate cum alioquin hæredi neganti eam eſse in hæreditate credatur, niſi ſemel probetur ad eũ perueniſse, vt ibi per B. & Caſt. nam tunc in
100 ſurgit præſumptio contra hæredem, ꝙ cũ ſemel poſsederit † ẽt hodie poſſideat B. & ſcribentes in l.ſiue poſſidetis. C. de probat. & in l.non ignorauit. C. ad exhib. & per Canon. in c.cũ ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. de quo latè Alc. in reg. 2. præſum. 21. Et ſi hæres
101 dicat amiſsam ipſe probet amiſſionẽ, quia quod † ſemel extitit ẽt nunc extare creditur. l.ſiquis.§.fi. ubi B. & DD. de eden. l.teſtm̃ C. de teſt. & l.publicati. eo. tit. ubi Bal. Ang. Alex. Cor. & cæteri. Fel. in c.ſicut. de re iud. Alc. d. reg. 2. præſum. 25. Cæterum ſi non conſtet hæredẽ rem habuiſse ſtatur eius negationi, vt in d.§.ſpecies.

ſic

ſic in caſu noſtro uidetur ſtandum dicto negantis plus cōtineri
102 in ſtatuto, q̃ quæ producta ſunt. Reſpondeo† miſſis aliis ſolutio
nibus, vt per Nicon. hic qui latę ſe diffundit ſub nu. 294. Is. negat
ex eo tex. probari hæredē defendi ſimplici negatione: & uerè de
hoc nihil in tex. ubi quantum ad probationem attinet ſolum dr̄
teneri legatarium. qui dixerit dolo hæredis rē periiſſe, iſtud pro-
103 bare. Conſonat quia uulgare † eſt, dolum non præſumi niſi ꝓbe
tur. d. l. merito. pro ſocio. l. quoties. verſu qui dolo de probat. l. do
lū. C. de dolo, B. & DD. in l. non ſolum. §. ſed, vt probari. ſup. eo. ti.
nſo DD. in c. auditis. de præſcr. in c. 2. de renūc. in 6. Alc. præſum.
1. reg. 3. Hipol. in rub. de fideiuſſ. nu. 47. Nicon. hic qui more ſuo
latiſſimè cumulat. n. 243. Sed ad quem ſpectet probare rem lega
tam non reperiri, tex. non dicit. Equidē crediderim legē impiam
eſſe, & mali exempli quæ licentiam tribuat hęredi negandi res le
gatas eſſe in hæreditate: ſic. n. facile multarum rerum mobilium
legata ſubuerterentur: & quamuis non ſoleat præſumi dolus, vt
modo dicebamus: nihilominus leges cauere debent, ne quis eo-
rum authoritate audax fiat ad delinquendum: ob quam ſolam
cauſam multis ſanctionibus pœnæ aduerſus audaces ad delin-
quendū cōminatæ ſunt: vt metu pœnarum teneantur. Præterea
non præſumitur teſtator legare quod non habeat in bonis. §. non
ſolū. Inſt. de leg. gl. in c. filius noſter in verbo, alieni. de teſt. & qui
104 libet † præſumitur ſcire quæ quantaue ſint bona ſua l. quiſquis.
C. de reſcind. uend. Quapropter putarem hæredē negantem rem
105 legatam extare non audiri, niſi aliqua legitima probatione, uel
ſaltem iureiurando cōprobauerit ad manus ſuas nō perueniſſe:
uel ſi peruenerit periiſſe ſine eius dolo, uel culpa arg. l. Prætor. §.
106 ſed etſi ſeruus. de eden. Et quod diximus iuſiurandū hæredis ad
hibendū ſentit B. & Caſtr. & alii in l. ſiquis ex argentariis. §. an ve
rò hæredi. de eden. Sal. in l. fi. oppoſitione. 4. de fid. inſtr. quē citat,
& ſequitur Aret. in cōſ. 120. i fi. Alc. d. reg. 2. præſump. 21. n. 8. Ni
107 co. hic n. 295. Et eſt rō quia habet legatarius † fundatā intentio-
nē, cum oīa quę habuit defunctus pręſumatur habere hæres, qui
eius hæreditatē adiuerit gl. fi. in c. ſi Eps. 16. q. 6. Alc. d. præſump.
21. n. 7. At poſtq̃ hæres iureiu. ſaltē, & permittendo diligentē in-
quiſitionē, vt ait Are. d. cōſ. 120. probauerit ſe nō habere rē peti-
108 tā ex bonis defuncti, ſi legatarius dolū ipſius † probare uoluerit
audietur, & nō probans excludetur, & hoc eſt qđ uoluit ille text.
Quamobrem ét in caſu noſtro fortè non præter rem diceretur,

producentē ſtatutū ſaltē teneri iureiur. confirmare ſuā negatiuā, plura in ſtatuto producto non cōtineri: eſt.n. cōtra eū aliqua prę
109 ſumptio, quia ſtatutum vidiſse oportet cū exemplū† ſine exemplari fieri non poſſit. l. in teſtamento. de cond. & dem. B. & alii in d. auth. ſiquis in aliquo. C. de eden. Et ſic poteſt argumentum verti in contrariū, vt facit hic Nicon. n. 296. uel etiam aliter inuerterem: nam ſicut legatarius aſſerēs rem extare nō auditur niſi probet: Ita in caſu noſtro producens ſtatutum, & aſſerens integrum, illud integrum uerè probabit: Ex quo ſaltem colligitur legem illam fuiſſe parum fœliciter huic controuerſiæ applicatam. Plura ſimilia ponit Iaſ. in d. conſi. 34. in 1. col. lib. 1. & in d. l. ſi conſtante, in d. §. licentia, & Gabr. in d. concl. 6. & 7. de probat. lib. j. & moderni Peruſ. in d. tract. quis teneatur probare negat. quæ omnia in hanc quæſtionem deduci poſsent: ſed ad ſingula ſumi poteſt reſponſum ex iam dictis. In contrarium primo mouetur Imo. quia
110 probationes † quæ producuntur in iudicium debent eſse certæ. l. neque natales. C. de prob. c. i pręſentia. de probat. vbi Inn. Abb.
111 Imo. & alij inferentes unanimiter ex gloſsa ibi, ꝙ probatio † dubia, & incerta interpretationem capiat contra producentē, ēt in fauorabilibus: de qua re copioſè admodū ſuo quidem more Tiraq. de retract. cōſang. §. j. gl. 16. n. 4. & 5. & latiſſimè Hipp. in rub. C. de prob. n. 374. & ſeq. iſta uerò non uidetur certa, quia aliquid deeſſe pōt, quod minuit fidē productorū, vt ſi cōſtaret eſse partē, ſm qđ cōiter creditur: Nec apparet ex ꝑductione iſta, quid, quale, quantūue ſit ſtatutū productū: quod uidetur neceſsariū ad cōſtituendū certū l. certū. ſi cert. pet. l. ſtipulationū. de uerb. obl. Reſpondeo productionē iſtam ualere poſſe ſaltem in vim ſemiplenę probationis, vt in uno teſte in ſcriptura priuata, & in ſimilib. quę licèt diminutā habeāt fidē, nō tñ reiiciūtur à iudicio pluresq; pariūt iuris effectus, vt per B. & alios in l. admonēdi. de iureiu. Satis erit in re præſenti ſi trāsferat onus probandi in aduerſarium, vt eſt proprium omnium veriſimiliū, coniecturaliū, & præſumptiuarū probationum, quæ à iudiciis nō excludūtur, ſed ſunt admodū frequentes inter quas una ſit hæc. Vel reſponderem ſecundū communem opinionem pręſumi integrum productum: quę prę
112 ſumptio † quamuis non ſit probatio. l. Lucius, vbi B. de cond. & demóſ. not. in rub. de probat. in l. 3. C. de fid. inſtr. & iure haſt. fiſc. vbi uult obligatū probare non liberari probando præſumptiue: Eſt tamen loco legitimæ probationis. l. licèt Imperator. vbi Alex.

& Iaſ.

& Iaſ.de leg.1.glo.& Bal.in l.ſi tutor petitus.C.de peric.tut.Tira-
quel.in l.ſi vnquam.in verbo,Donatione largitus.nu. 158. C. de
reuoc.donat.vbi multos cumulat, probatque dici veram proba-
tionem,etiam illam quæ per præſumptionem fieri contingat, vt
113 quamlibet aliam: In tantum, vt ſtatutum † requirens liquidiſſi
mas probationes non excludat iuris præſumptiones,Fulg.in l.1.
C.de teſt.mil.Tynd.de teſtib.lib.2.cap.8.nu.16.qui vult ſufficere
præſumptionem etiam ad condemnandum,cum liquidiſſima di
catur probatio.Alc.de præſump.par.3.nu.3.Hippol.in rub. C. de
114 proba.nu.201.Nam etſi in criminalib.†requirantur lucidiſſimæ
probationes.l.fi.C.de probat.l.qui ſententiam.C.de pœn.l.addi-
* ctos.C.de appel.cum ſim.quod omnes * ſciunt & dicũt, vt inquit
Boſſ.in tit.de cõuict.nu.9.quem refert Clar.in pract.Crim q 66.
115 nu.4.In his tamen,†vt dictum eſt,non excluduntur præſumptio
nes:ſed per eas non poteſt imponi pœna capitis, ſecundum ple-
* roſq; & magis receptam * opinionem: congruũ eſt.n.iudicantẽ
per præſumptiones debere tẽperare pœnas, præſertim capitis, c.
afferte,de præſump.Oldr.conſi.192.Abb.in c.2.de cohab.mulier.
& cler.Aymon.conſi.73.nu.19.lib.1. Tiraq. de pœnis temper. in
cauſa 27.per totam. Clarus, qui omnium opiniones colligit, &
multos pro hac citat in pract.crim.q.20.nu.6.Præterea aduerten
116 dum eſt non debere probationes † minus plenas dici,quia poſ-
ſint aliquo reſpectu nõ eſſe veræ,vel reddi ſuſpectæ: ſi tamẽ alio-
quin per ſe concludentes ſint, vt puta duorum teſtimoniũ, quia
poſſit contra eos probari de falſo,dũ hoc non contingit.Sicut in
117 ſimili,qui † ex muliere vxorata naſcitur,nõ propterea minus eſt
legitimus filius, quia illa adulterata ſit, vel etiam publicè ſui co-
piam fecerit.l.filium.de iјs,qui ſui vel alie. iur.ſunt.l. ſi vicinis.
C.de nupt.& in vtroque loco ſcribentes Alc. præſump.37. reg.51
Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in verbo donatione largitus num. 160.
cum ſeq.latiſſimè Gabr.cõcl.14.lib.1. de præſump. optime Rol.
à Valle conſi.1.lib.4.per totum. Alioquin ſi ſemper in probatio-
nibus, quod in contrarium eſſe poſſit attenderetur, nulla fortè
in iure certę probationis daretur ſpecies: requirerentur enim
neceſſaria argumenta,quæ vix apud Mathematicos ſunt in vſu,
raro apud Philoſophos,& Dialecticos,quorũ propriũ eſt ea per-
pendere: ſed in iure noſtro vbi probabilia ſunt omnia,quæ tra
ctantur,ſatis erit ſi argumenta veriſimiliter,præſumptiuè,vel ꝓ-
babiliter concludant,vt iam dictum eſt. Secundò pro hac parte

118 allegatur eademmet † l.cum de lege. de probatio.in tex.ipſo quę
ſupra pro contraria ponderabatur in gloſſa. Qui quidem tex.ſe-
cundum ſonum verborum videtur importare, vt hæres teneatur
probare bona non ſufficere: Inquit enim, cum de lege Falcidia
quęritur, hęredis probatio eſt locum habere legem Falcidiam:
quod cum probare non poteſt, meritò condemnabitur: in quo
ſolo tex. Moder. Florent. pro hac parte ſe fundāt. Reſpondeo pri
mò per expoſitionem gloſſæ, & communem, quæ eſt ſatis eſſe ſi
hæres probet tot relicta legata, & aſſeueret tantum eſſe in bonis,
qui dicit contrarium illud oſtendat, vt ſupradictum fuit. Vel re-
ſpondeo ibi aliquam fuiſſe præſumptionem cōtra hæredem, cū
119 teſtator† non præſumatur legare vltra rationem legis Falcidiæ:
nam ea erat prohibitoria, ne quis legaret vltra dodrantem. l. 1. ad
leg. Fal. §. 1. Inſt. eo. tit. Et quilibet pręſumitur ſcire legum diſpo-
ſitiones. l. ſi hæres ab eo. §. fin. ad Treb. l. regula. cū toto tit. de iur.
& fac. ignor. l. leges ſacratiſſimę. C. de legib. Hic verò ceſſant præ
ſumptiones contra producentem ſtatutum. Tertiò dici poteſt,
quia ibi hæres fundabat ſe principaliter ſuper negatiua, ideo eā
probare tenetur: dicebat enim nō teneor ad legata, quia vires pa
trimonij non ſuppetunt: & ſic iſta ratio, licèt negatiuè concepta,
erat principale fundamentum intentionis illius: ſed in caſu no-
ſtro ille qui ꝓducit fundat ſe principaliter in verbis productis,
& ſolum in quandam conſequentiam affirmat eſſe integrum ſta
tutum: quod ſi aduerſarius negauerit integrum, hoc fiet prin ci-
pale fundamentū negantis, & ideo ipſe probet ſecundū ſupradi-
cta. Tertiò allegatur per Alex. doctrina Iaco. Butrig. in l. actor. C.
120 de probat. ꝙ qui † dicit, bona alicuius debitoris nō ſufficere cre
ditoribus, probare debet per excuſſionem. l. decem. de verb. obl.
Bal. in in auth. ſed hodie. C. de act. & obl. Reſpondeo hanc excuſ
ſionem fieri per ſimplicem negationem, quia non plus reperia-
121 tur in bonis debitoris, ita etiam probatur paupertas. † Bar. & alij
in d. l. ſi conſtante. ſol. matr. & in d. l. in illa. l. hoc iure. & l. decem.
de verb. obl. Andr. Barba. in d. auth. ſed hodie. Bal. in auth. præte-
rea. C. vnde vir, & vxor. & nouiſſimè Benincas. in trac. de pauper.
122 q. 6. nu. 14. & per totam. Vel etiam dato ꝙ excuſsio † habeat ſpe-
ciem perfectæ probationis, quia iudice mandante fit per diligen
tē inquiſitionē, & ſolemnem relationem exploratorū, vt per Be-
ned. de Plumb. in tract. de diſcuſſione. reſponderem iſtud tunc eſ
123 ſe, quia præſumitur † quilibet eſſe ſoluendo, niſi contra probe-

tur.l.ſi creditor.de priuil.cred.glo.in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate,in verbo,Dubitetur.qui ſatiſd.cogã.Optima ſanè ratione, q̃a
124 ex debito † contracto præſumitur quis factus locupletior,glo.& Ang.in l.vtrum.C.de pet.hæred.Rom.conſ.149.col.1.Soc.conſil. 24.lib.4.& alij multi,quos citat Gabr.concluſ.7. nume.16. lib.1. licèt nonnulli contrarium ſentiant,vt ibi per eundẽ,nu.ſeq.& per Hieron.Gabriel.conſi.108.col.pen.& vlt.Sed illi qui in contrariũ allegantur plerique de fructibus conſumptis locuntur, vbi certè minor eſt ratio præſumendi locupletationem,quàm in quolibet alio debito. Vel dicatis agentem contra fideiuſſorem, quia debitor non ſit ſoluendo fundare ſe principaliter in hac negatiua: qui nimo in eo ſe fundat,quod excuſſio facta ſit,quod plus eſt quàm ſimplex negatiua,eum non eſſe ſoluendo. Eodem modo reſponderi poteſt ad gl.pen.l.ſi verò.§.qui pro rei.qui ſatiſd.cogan. quæ etiam ſolet ſeparatim pro hac parte allegari: dum vult neque
125 paupertatem † alicuius,neque diuitias præſumi niſi probentur, licèt pro paupertate ſit primus ſtatus cuiuſque, & præſumptio quæ inde oritur,quia omnes nudi naſcimur,& omnib. rebus egẽtes.cap.ſicut hi.47.diſtin.Plin.lib.7.in proœm.cuius meminit hic Pariſ.nume.105.in fi. Approbant illam glo.ibi Bar.Abb.Angel. Caſtren.Soc.& alij qui eam ſingularem dicunt, & plurimum cõmendant.& DD.in l.ei incumbit.de probat.vbi Florian.dicit per fectam continere doctrinam, & communiter * approbatam:Pro qua tenet Affl.deciſ.377. in fi.Alc.præſump.27.reg. ſecunda.nu. quarto. Tiraquel.de retrac.conſang.§.52.gloſ. vnica. numero 94. Ruy.conſi.81.col.2.lib.5.Rol.conſi.20.nu.19. lib. 2. Benincas.in d.trac.de Pauper.q.6.Didac.variar.reſolut. lib. 2. cap. 2.cap.6. in 1.col.qui omnes plures cumulant ita tenentes,& de communi teſtantes:locuntur tamen & ita intelligendi ſunt, quando allegans paupertatem in ea principaliter ſe fundat: ſicut etiam ex eadem glo.non prodeſt fundanti ſe ſuper diuitiis alicuius generalis præ
126 ſumptio idoneitatis cuiuslibet, quia hoc intelligi † uolunt quo ad mores tantum non quoad bona,ſicut nec quoad quamlibet aliam qualitatem extrinſecam, quæ naturaliter non inſit. Abb. & Fel.in c.ſi.de præſumpt.Alc.præſum.3.& 19.reg.3. Hæc igitur nõ videntur obſtare,quia in caſu noſtro,vt diximus ſupra,producẽs ſtatutum non facit principalem vim in eo quod integrum ſit,ſed in verbis productis,quæ qui vult dicere non eſſe integra, probet. Non omitto tamen quod in caſu probãdæ paupertatis multi nec

ſpernendæ authoritatis contrarium tenuerunt, eam probari per
ſimplicem atteſtationem plus non extare in bonis,& ita commu-
* niter * teneri aſſeuerant,quos citat & ſequitur Didac.d.c.6.col.3.
& ſeq.Secundum ſupradicta ſolui poteſt etiam illud,quod qui di
127 cit tenue † nimis beneficium probare teneatur.§.ſin autem fortui
ta. in Aut.de æqual.dot.Card.in c.fi.de præſump.vbi etiam Abb.
nu.10.nam tunc ita negans in tenuitate ſe fundat. Sic ſolui pote-
runt alia multa,quæ eodem modo ponderantur,ac etiam cumula
ri poſſent,vt ſunt omnes illi ſexaginta & vnus caſus,quos cumu-
lat Hercul.in d.tract.nu.26.& omnes neceſſitatem ꝓbationis ha
bere oſtendit,licèt negatiuè concipiantur. Quartò facit pro hac
128 parte quod † voluit Ro.in l.ſi emancipati.C.de coll. quem ſequi
tur Dec.ibi, & Arc. in l.ſed & ſi de ſua.de acq.hæredi.& quidam
alij,ſed non tam expreſſe,quos citat Gab.lib.1.concl.6.de probat.
nu.29.quod qui dicit aliquem inteſtatum deceſſiſſe,debet hoc ꝓ
bare,alioquin eius hæreditatem non obtinebit. Reſp.princ.do
* ctrinam iſtam Ro.in d.l.ſi emãcipati.communiter * reprobari ibi
ꝑ Alex.Iaſ.Cur.iun.Cagn.Sapiam,& cæteros,vt de cõi teſtatur ibi
Cagn.nu.24.pro qua etiam tenuit Bart. Alex.& alij in l.is poteſt.
de acq.hæred.Corn.conſ.125.circa nu.2. conſ.197.nu.3.lib.4.
Cum.conſ.43.in princ.Bertr.conſ.132.col.pen.lib.2.Gui.Pap.in
tract.de præſumpt.nu.96.Did.d.c.6.nu.5.qui plures citat & teſta
tur de communi,& æquiorem opinionem appellat,ac fortè verio
129 rem,& quod in praxi obtinebit. Fallit tamen ſi eſſemus † in loco
vbi vigeret cõſuetudo, ꝙ omnes teſtentur,vt dicunt præfati DD.
in d.l.ſi emancipati,vbi Cagn.nu.38.& Sapia.nu.38.quia tũc ra-
tio qua tenentes pro communi mouentur, quæ eſt ꝙ teſtamentũ
130 ſit facti,& facta † non præſumuntur, niſi probentur.l. in bello.§.
factæ.de capt.& poſtli.reuer.ceſſat vt inquiunt ipſi,cum hæc regu
la non habeat locum in facto cõſueto.Bal.in rub.C.de fideiuſ. in
l.incendium.C.ſi cer.pet.Iaſ.in l.ſciendum.in prin.de verb. obli.
* Verum dicta cõmunis*deciſio quod quis præſumatur inteſtatus;
nedum habet rationem illam qua mouetur p̃fati DD.quòd facta
non præſumãtur,vt eã ſolam allegat Oliuer.Teſt.in tract.de ſucc.
ab inteſt.nu.5.ſed etiam aliam,quia primæuus ſtatus oĩum eſt, vt
inteſtati ſint,quam rationem allegat Gui. Pap. in loco iam dicto;
Ex quo etiam dicta limitatio poſſet reddi dubia , ſed tamen hoc
ad rem noſtram non ſpectat, ſatis enim eſt oſtendiſſe argumen-
tationem hanc fundari in opinione Ro. communiter reprobata.

Secundò respondere m, vt in ſuperioribus, nam præcipuè ea ratione mouentur Rom. Aretin. Dec. & cæteri, qui eam ſententiam
131 tenent, quod † qui allegat pro fundamento ſuæ intentionis negatiuam teneatur eam probare, etiam non coarctatam loco, & tẽpore, iux. doctrinam Bar. & aliorum in d. l. in illa. de verb. obligat. & Cag. in d. l. ſi emancipati. Quamuis fortè, ſi liceret cuncta diſcutere, oſtendi poſſet ampliationem hanc non eſſe bonam, quia negatiua, non coarctata loco & tempore, impoſſibilis ſit probatio nis. l. actor. C. de probatio. l. aſſeueratio. C. de non num. pec. c. bonę.
132 de elect. c. quoniam contra. de probat. In tantum, vt teſtes† qui auderent de ea deponere, non euitarent ſubornationis, & falſitatis ſuſpitionem ob nimiam animoſitatem. Innoc. & alij in c. cum eccleſia. de cau. poſſ. & propr. Bald. in d. l. actor. in l. cum hi. §. j. de tranſ. Alex. conſ. 136. in fi. lib. 4. Corn. conſ. 105. col. pen. lib. 3. & d. conſi. 125. col. 2. lib. 4. Dec. conſi. 175. Hercul. qui plures citat in d. trac. num. 137. & ſeq. vbi etiam àn poſſit eo nomine condemnari? Sed non eſt cur circa iſta à re noſtra extranea inſiſtamus. In caſu autem noſtro vt ſæpius dictum eſt, principalis intentio producentis non eſt in eo, quod ſtatutum ſit integrum, ſed ſolum in ſenſu productorum verborum. Nec eſt grauandus producens onere remouendi ſuæ productionis ſuſpitionem, ſi lex eam non excitet. Pro reſolutione negari non poteſt opinionem communem habere aliquam authoritatem, nam & Alex. qui putabat contrarium de iure veriorem, timet ab hac diſcedere, & Iaſ. in eam ſententiam prorupit, vt ea tanquam Euangelium tenenda ſit, quod neſcio, quàm pie & ſenſate effuderit: Niconitius quoque poſt longam diſcuſſionem & confirmationem opinionis cõtrariæ, dixit in conſulendo non eſſe recendendum ab opinione Ruy. qui expreſſe pro communi tenet. Pro qua vt per Soci. hic plurimum facit, quod producens ſtatutum ideo non teneatur probare integrum, quia in integritate non ſe fundat, ſed ſolum in verbis productis, quæ non eſſe integra eſt fundamentum excipientis, ergo ab eo probandum. Sed & huic rationi reſpondere fas eſt: non enim verum videtur excipientem ſe fundare in defectu ſtatuti, vt putauit Soc. ſed potius, quod cum debuerit integrũ produci non apparet de integritate hac. Et quamuis integritas ſtatuti non ſit principalis intentio producentis: ſed vis ipſa productorum verborum, tamẽ ſcire debuit hanc ſuam productionẽ non eſſe validam, niſi iudici conſtet eſſe integrum, ergo probabit

integr-

integritatem, ut ex ea cōpleat fidē ſuæ productionis, prout in oībus circunſtantijs neceſſarijs aliarum probationum, Exempli gra
133 tia, qui producit † inſtrumentum in eo ſe fundat quod ibi continetur, non in legalitate Notarij; veruntamen hæc quoque probanda erit ſi opponatur, vt inſtrumentum vere fidem faciat, non autem compelletur aduerſarius probare ſcriptorem non fuiſſe approbatum, Caſtren. in l. ſcriniarios. C. de teſta. mili. & traditur in l. Herennius. de decurion. in l. Barbarius, vbi Iaſ. de off. prætor. & eſt communis * opinio, vt teſtatur Alciat. in præſumpt. 13. reg. 3. Dec. conſi. 36. & conſi. 42. latè Crauetta de antiquitate temp. ſectione, Vidimus præterea. nu. 2. cum multis ſeq. vbi conſtanter
134 probat vix præſumi † pro Notariatu in antiquis ultra centū an-
135 nos, vt in nu. 10. & ideo vſu receptum eſt, vt fiant fides † teſtimoniales præſertim ſi ſit res alicuius momēti, & fides ſit facienda de longinquis, Bal. in l. comparationes. C. de fide inſtr. & in l. cū quædam puella. de iuriſd. om. iud. Fel. in c. ſi ſcripturam. de fi. inſtrum. Marſ. in rub. C. de probat. & in l. ſi quis. de quæſt. nu. 181. vbi plura cumulat: faciunt quæ per Dec. in l. 2. C. de eden. ſic de ſimilibus exemplis. Etenim vulgaris eſt regula, nihil intelligi factum dum aliquid ſupereſt agendum. ca. nihil. 7. q. j. & non eſſe dicitur quod perfectum nondum ſit. l. cum Syllanianus. C. de ijs quib. vt indig. notat gl. in §. ex eo autem. in ver. nullū. Inſt. quib. mō. teſt. infir. ſic etiam nec perfecte iſte produxiſſe videtur, dum de integritate ſuæ productionis non conſtat, quia non eſſe intelligitur, quod non apparet. l. in lege. de cont. emptio. l. duo ſunt. de teſt. tutela. cum ſim. Itaque crediderim concludendum contra commu-
136 nem. Primò, quia † producenti ſi nominatim non curauerit fieri fidem de exemplatione totius ſtatuti dolus vel culpa, vel ſaltē negligentia imputari poteſt: ſed nihil imputatur aduerſario qui nihil fecit: Quinimo ſi ipſe cogeretur aliud producere exemplū, non aliud faceret quàm quod ſuppleret negligentiam producentis, quod impium eſſet; etenim ſi ponamus primum vere partem produxiſſe non integrum, cum hoc conſtabit, apparebit eum fuiſſe in dolo, quia voluit partu fidem adhiberi: ſi vero quod produxit erat totum fuit negligens non curando hoc exprimi cum ſua non aduerſantis intereſſet, & forte dolo omiſit exprimere, vt aduerſarius maioribus expenſis prægrauaretur. Secundò etſi ſola pars ſtatuti facit ad cauſam, requiritur tamen productio totius, ſolum vt remoueatur ſuſpitio, quæ ſuper parte ad cauſam facien

te oriri poſſet, nãq; poteſt iudex ſuſpicari, ne in parte quæ deeſt, aliquid contrarium vel diuerſum diſponatur, ſeu reformetur ex ijs, quæ deducta ſunt. ſed idem dici poteſt quando iudex dubitat, an quod productũ fuit ſit integrum: vnde ſicut producentis intereſt producere totũ, ne apud iudicem dicta oriatur ſuſpitio correctionis, vel diuerſę diſpoſitionis, aut reformationis, ita quoq; eiuſdem intererit curare, vt de integritate ſtatuti nulla in
137 iudicẽ cadat dubitatio. Tertiò præſumptiones† nihil aliud ſunt, quàm iura ſumpta ex factis incertis, ſed veriſimilibus, quatenus alicuius odio vel fauore pro certis habentur; hæc videtur ſufficiens deſcriptio, licet aliter definiat Bal. in rub. C. de proba. nu. 4. aliter in l. ea quidem. nu. 6. C. de accuſat. quem ſequitur Gui. Pap. in d. trac. de pſum. nu. 7. aliter Gof. & Hoſt. in earum ſummis, de præſump. & aliter Alc. in eod. tit. parte 3. in prin. tñ in ſenſu parum diſtãt a ſupradicta deſcriptione: etenim manifeſtum eſt in
138 præſumptione† ſemper requiri prȩexiſtentem quandã cauſam à qua penitus pendeat, hanc ſignũ appellant Rethores & Alc. in d. ſua definitione, alij coniecturam dicunt vel veriſimile, qđ quidem ſemper oritur fauore, vel odio alicuius perſonæ, quia omne jus, quo vtimur perſonarum cauſa conſtitutũ dicitur, in §. fi. Inſt. de iure nat. gen. & ciuili. ſed hic nõ video, cur præſumẽdũ ſit integrũ ſtatutũ; nanq; nullus verſatur fauor ex parte ꝑducentis, q vt dixi nũquã culpa vacãt, nullũq; ſubeſt odiũ illius, cõtra quem producitur: quia nihil omnino poteſt ei imputari, demũ deficit omnis ſubiectæ rei, vel cauſæ fauor, quia ſumus potius in caſu
139 odij, nempè in ſtatutis interpretandis, quæ† ſui natura odioſa, ſunt ſtrictiſſimæ interpretationis, & ſterilia, ſicut Mulæ, vt dixit Ripa ĩ reſp. v. de iure gen. nu. 2. per l. j. §. ſi is qui nauẽ. de exercit. l. quod cõſtitutũ. de teſt. milit. Prac. Pap. in forma libelli actionis realis, ſuper gl. non aſtringens. nu. 5. Soc. in l. j nu. 7. qđ quiſq; iuris. Dec. conſi. 438. nu. 5. & conſi. 589. Quartò hic ſumus in dubitatione orta ratione verborum, quia non bene conſtat ex verbis productis, an ſit ſtatutum integrum vel non: ſed hoc caſu extat
140 regula, vt ambigua† verba interpretanda ſint contra proferentẽ, vel eũ pro quo ꝓferuntur, maximè ſi potuit cauere, ne ambiguitas oriretur & nõ cauit, l. veterib. đ pac. l. Labeo ſcripſit. de cõtrah. empt. l. quicquid aſtringendæ. de verb. ob. qui tex. etſi loquuntur in contractib. tamen non eſt dubitandũ, quin etiam in probationib. locum habeant, vt per Iaſ. in d. l. veterib. & per Cagn. in l. ſem

per

per in obſcuris.nu. 16.de reg.iur.Nellus in trac.de teſtib. parte 1.
141 nu.112.in fi.nā & de omnib.probationib. † regula fit, vt ambiguæ non releuent producentes,& contra eos interpretentur, c.in præſentia.vbi gl.& DD. de proba. & in c.ſuper ijs. de accuſ.vbi
142 Inn.& alia ſupra deducta: ſed exceptiones quoq;, † quæ in iudicijs & ipſę proponuntur,intelligendas vult ſecundū d. l. veterib. eius regulā Bar.in l.Titię textores.de leg.j. Et generaliter in omni parte iudicij,quia & in eo quaſi cōtrahitur.l.3.§.idem ſcribit. de pecul.& ſtrictè proceditur.l.illicitas.§.veritas.de offi.præſc.in
* dicet.3.q.7.vnde volunt cōiter * Interpretes in auth.ſacramenta
143 puberum.C.ſi aduer.ven.valere † argu. de contractib. ad iudicia in caſu præſertim illius auth.vt de cōmuni teſtatur & multos allegat Euerard.in loco de contrac.ad iudicia.Non parum etiam me mouet pro hac opinione,d. l. inciuile, de legib.nā ſi inciuile eſt allegare legem imperfectam, idem videbitur allegare talem, vt non perfecta appareat. Quod nedum iure ſtricto, ſed etiā æquitate ſuadente verius eſſe crediderim; Nam ſtante opinione contraria cauilloſi litigatores ſtudioſè curarent ſemper ſtatutum ēt integrum ita producere,ne bene integrum appareret, vt grauiori incommodo & impenſis afficerentur aduerſarij,qui deberent ſaltem ad locum ſtatuti accedere,vt viderent,an plura in eo contineātur.Ex quib.remaneat expedita præſens quæſtio; atque etiā
144 ſatis reprobata † differentia quam facit Ruy.inter reum & actorem,quæ aduerſatur communibus traditionibus DD.in d.ca.ſuper his.de accuſ.& in d.l.in illa.de verb. ob. concludentium cōmuni * voto, In probanda intentione affirmantis,ſeu negātis nō eſſe faciendam differentiam inter reum & actorem.Gabriel. con clu.6.de probat.lib.j.Hercul.d.trac.quis teneatur probare negat. nume.22. Sed quia Ruyn.colorat ſuam opinionem ex doctrina Bartoli in l.ſi quis ex argentarijs,§.an & hæredi. de eden.ne tanti viri authoritate decipiamur,præſertim cum aliàs pluries contrarium firmaſſe videatur, inſpiciamus quidnam verè ibi voluerit.Putauit Ruy. ibi per Bartolum fieri differentiam,an quis dicat rem perditam ad ſe defendendum, vel ad alium offendendū; vt eo primo caſu ſufficiat negare; hoc verò ſecundo debeant manifeſtæ deduci probationes.Reprehenditur Ruynus per Florentin. quòd Bartolum non intellexerit: At Seneñ. conantur defendere Ruynum & eodem vitio impugnare Florentinos, quo ipſi Ruynum impetebant. longum eſſet omnia eorum dicta referre,

ferre; vtique mihi videntur Conciues mei potius pietate defen-ſionis & ſubtilitata ingenij ducti Ruynum defendere & Florentinos oppugnare, quàm rei veritate; nam verè, ni fallor Bartol. ibi non diſceſſit à ſuis omnibus traditionibus, quæ ſunt vt qui
145 † ſe fundat in amiſſione ſiuè actor, ſiue reus debeat illam probare: ſed ſolum voluiſſe videtur differentem conſtituere inter eos modum probandi: nam ſi erit reus nec probatum fuerit eum aliquando rem habuiſſe: ſtabitur eius ſacramento, quòd rē petitam penes ſe non habeat quicquid ſit, an antea habuerit nec ne. Si vero probatum fuerit eum quandoque habuiſſe, & agatur officio Iudicis, ſatis erit probare caſum amiſſionis eiuſdem conuenti iuramento; ſi uero agatur iure actionis reo opus erit probare amiſſionem manifeſtis probationibus. Idem cùm actor fundat ſe in amiſſione, nam, & tunc ſi iure actionis agat manifeſtæ requiruntur probationes: & ſic quamuis in actore nihil dicat de caſu quando non conſtat eum habuiſſe: non tamen ſequitur quòd uoluerit ex hoc conſtituere differentiam cum reo: ſed ideo illum caſum omiſit, quia fortaſſe nunquàm continget: vel quia intentio Bartoli ſolum fuit tractare de reo, vt in primis eius verbis apparet. Et hanc puto eſſe puram eius intentionem, quæ adeo clare ex eius dictis colligitur, vt nihil magis: Nec ſubtilitates Soz. magis ad rem faciunt, quàm Ruyn. ponderationes; vterque enim omiſit perpendere ex Bart. quod is ſemper loquitur de fundante ſuam intentionem in amiſſione, & ideò vult ſemper illum obligatum eſſe probare, quia cum res
146 ſemel ad aliquem peruenit, is ſemper † præſumitur eam habere, niſi probetur interitus vel amiſſio; ſaltem per maiorem aliquam præſumptionem in contrarium, vt ibi per Bartol. & alios. Alex. poſt Bald. & Ange. in l. publicati. C. de teſtam. Alex. in l. domos. de leg. j. Felin. in c. fin. de probat. Soz. conſi. 24. lib. j. Ruyn.
147 conſi. 97. col. 3. lib. 1. Facit etiā, quia de præterito † præſumitur ad præſens, præſertim in poſſeſſione Alciat. præſum. 21. regu. 2. vbi latè, qui generalius probat mutationem non præſumi. Bart. igitur in d. §. an & hæredi. hoc ſuppoſito; ſolum docet formam probandi differentem ob differentes caſus, ſed ſemper probat, qui pro ſe amiſſionem allegat ſiue reus ſiuè actor. Hæc autem nedum non probant Ruyni intentum, ſed nec multum faciunt ad rem noſtram, quia vult hic Bart. ſufficere ſolam productionem ſtatuti; niſi dicamus quòd cum uelit ex ſola productione

præ-

præſumi integrum, ſit hoc loco probationis; nam regulariter
148 præſumptiones omnes vim probationis habent.l.licèt Imperator. ubi Alex. & Iaſ.& de leg.1.glo.in l.ſi tutor.C.de peric.tut. & ſupra diximus ex Hypp.in rub.C.de proba.n.183.& aliis plurib. collatis.Vel fortè non erit incongruum dicere de mente Bar.hic
149 fuiſſe, vt producens † ſtatutum debeat aſſerere, & iurare eſſe integrum:nam ita in d.§.an & hæredi.intelligit gl.in d.l.cum de lege.de probat.in qua hic tota vim facit. Cogitate quia ſi hoc admitteremus ceſſarent omnia contra eum ſupra deducta:ac etiam eſſet æquiſſimum,& ad lites expediendas plurimum conferret: vt ſcilicet producens ſtatutum iuuaret eſſe integrum, quando ex productione non apparet,quod ſi facere recuſaret:intelligeretur ex hoc inutiliter produxiſſe.Redeo ad Bartoli concluſiones.Col-
150 ligo itaque Tertiò limitationem † ad regulã quòd pars edi non poſſit,ſcilicet non procedere in legiſlatore.l.pars literarũ.de iud. l.2.ad l.Aquil.ſæpiſſimè in Decretal. vbi ponitur inciſiua illa dictio,& infra,quæ oſtendit non integras preces, vel facti narrationes,vel epiſtolas edi. Similiter in integro Decreto Gratiani, vbi inciſæ ponuntur ſententiæ hinc inde aſſumptæ. Sed & idem in omnibus libris quinquaginta Digeſtorum compactis ſanè ſolũ ex antiquorum Iuriſconſultorum verbis, connectendo diuerſorum authorum particulas ad compilatorum ſentẽtias propalandas.l.1.C.de uet.iure enucl.Et interdum fortaſſe præter ipſorum peritorum mentem, vt ſolemus latius oſtendere in l.1.de leg.1. vnde hoc quaſi uermiculatum opus editum ſit. Quartò colligo
151 eandem regulam fallere † in iudice,& Notario: nam iudex partem quam velit litigantibus edi iubere poteſt, puta ſi viderit reliqua ad rem non facere,vel non æquum eſſe propalari. Poteſt tamen petere ſibi edi totum iux.not. in d.ca.contingit.de fid.inſtr. & ſupra diximus,ſic in Notario qui iudici eſt proximus.glo.in l. rem non nouam.C.de iud.nam is edet ſolum,quod ad rem petentis faciet.Bar.Bal.&c.in l.fin.C.de prec.Imper.offer.in l.Argentarius.§.edi.de eden.& in l.2.quemad.teſt.aper.de quo etiam ſupra
152 facit,quia Notarij † noſtri temporis comparantur antiquis ar-
153 gentariis,& ideo leges † de ijs loquentes in notariis hodie expo
* nuntur Bal.& Iaſ.in l.prætor.de eden. & communiter * firmatur in rub.C.eo.tit.& in l.prima.ſed Argentarius non tenetur edere, niſi partem quæ petẽtis interſit.d.§.edi.& ita argumentatur Dec. in c.ex epiſtolæ.num.92.de probat. Vltimò ex hac quæſtione col

ligo:

154 ligo: edendas † eſſe cum ſtatuto omnes additiones, & nouas illius reformationes. cum B. ſentiunt alij hic & Dec. in d. ca. ex epiſtolæ. num. 63. quod & uerum eſt: nam in ijs eſt maior ratio quã in ſtatuto, cum ſoleant per additiones iſtas, vt plurimum ſtatuta in totum, uel pro parte corrigi, vel declarari. Ideoq; ubi conſtabir extare additiones, ſeu reformationes aliquas, ſtatutum ſine il
155 lis non maiorem fidem faciet, quàm pars illius. receptum † eſt
* enim * ex Cardin. & Lapi ſententia in cle. ſtatutum. de ele. quos citat, & ſequitur Dec. in d. c. ex epiſtolæ. num. 63. ſtatutorum reformationes recipere eaſdem omnes qualitates, quas ſtatutũ ipſum: ſed & Soz. hic. nu. 127. vult fieri vnum, & idem cum ſtatuto in quo non inſiſto. Ad confirmationem prædictæ concluſionis
156 facit, quia licèt legatario † edendum ſit ex teſtamento caput ſui legati. d. §. edi. Bar. & alii in d. l. 2. §. diem: quem teſt. aper. Cro. hic
157 num. 47. tamen eidem edenda eſt hæredis † inſtitutio, & omnes aliæ clauſulæ, & particulæ, ex quibus, vel per relationem, vel per modum loquendi teſtatoris, vel quomodocunque aliter legatũ illud declarari poſſet B. Ang. Caſtr. & alij in l. qui filiabus. in princip. de leg. j. Caſt. in d. l. fi. C. de prec. Imper. off. Alb. ĩ d. §. edi. Dec. in d. c. ex epiſtolę. poſt. num. 62. Nicon. hic. nume. 224. Poſſent ad ſupradictã regulam aliæ limitationes colligi, ſed eo ſumus contenti cibo quem Bartolus offert. vt autem omnis ſuſpicio è iudicis animo remoueatur, quæ etiam ſtante opinione communi no cere poſſet, bonum erit, vt producens ſtatutum clauſulam apponi curet per quàm totum caput deſcriptum appareat, nullasve, ſeu non aliàs habere additiones, emendationes, reformationes, ſeu particulas; & eſſe omni ſui parte perfectũ. Ex ultima quæſt. Bartoli circa rem hanc duo tantum colligo Alterum qui uult
158 † oſtendere quod productum eſt, eſſe partem, poterit producen-
159 do totum: ſimiliter oſtendendo † libros exactionum probare, quem non ſoluiſſe. Prout etiam apparet quem non eſſe de matricula. vel de collegio oſtendendo librum, in quo iſti deſcribi ſolent, ſic de ſim. eſt enim præcipue iſte vnus modus probandi negatiuam l. fin. C. de reb. cred. l. Titiæ textores vbi B. de leg. j. Ioan. Andr. in c. quoniam contra. de probat. & in c. 3. de elect. B. in l. is poteſt. de acquir. hæred. & in d. l. 2. quemad. teſt. aper. & alii com-
* muniter * in d. l. in illa. & in l. j. C. de erro. aduocat. Vbi uolunt
160 probare † ſententiam non eſſe latam, vel non habitum conſiliũ ſapientis ex inſpectione proceſſus. Videte hic Ruyn. & Florent.

qui

qui plura ponunt. Et nouiſſimè Hercul. in d.tract. quis prob. teneat.negat.num.167.& ſeq. Sed opponitur quia is contra quem
161 facta fuit prima productio producendo † totum ſupplebit defectum aduerſarij,nam ſcripturæ quę ponuntur in proceſſu communes fiunt. l.j.§. edenda. de eden. Primus igitur utetur productione hac aduerſarij,quæ longè magis huic ſecundo producen-
162 ti obſtabit,quia propria † iacula magis feriunt B. & alij in auth. ſiquis in aliquo.C.de eden.Bar.in l. poſt legatum. C. de ijs quibus, vt indig.Bar.in l.ſcripturę.C.de fid.inſtr.Rom.conſi.322.& conſi.350.Fel.in c.cum venerabilis.num.22. de except. Paul.in l. j.§.editiones.nume.3.& 8.de eden.vbi etiam dubitat,an noceat
163 † productio producenti in camera non iudicialiter: & ſic B.per ſuum conſilium litigantem è cinere in prunas iniecit.Reſpondet Ruy.intelligendum dictum Bartoli, quādo iſte ſecundus, principium partis quæ deficit ſolum produxiſſet: ſed hoc non uidetur ex ſenſu Bartoli tum quia dixit totum, tum quia de eo caſu ſeparatim egit, vt in ſequenti concluſione. Puto Bartolum intellexiſſe quando per productionem partis omiſſæ probaretur, vel in fauorem iſtius ſecundi, vel aliqua inde appareret reformatio ſeu correctio primæ illius productionis: veruntamē nulla tunc eſſet cautio, nam ſic minuitur fides productorum: quia oſtenditur eorum correctio,vel quia probatur in contrarium, non ex hoc ſolo quòd à primo oſtendatur producta pars: quod, & ſi fuiſſet integrum,tamen per correctionem poſteriorem, eius adimeretur fides, iuxta tradita in d.l.omnes populi. fortè Bar.intellexit quādo illud quod fuerat omiſſum nihil faceret ad rem: ſed ſolum ex hoc conſtaret non fuiſſę tunc totum productum: quod durū eſſet, & ſaperet ſpeciem quandam iniquitatis: quapropter non audeo aſſerere hoc fuiſſe ex mente B.qui nimis generaliter loquitur. Non curo quicquam de hoc caſu firmare tum quia alii non excitant,tum quia illius ſum opinionis,vt producens prima vice probare teneatur ſe totum produxiſſe,quo caſu excitata difficultas ceſſat:tamen ad eam tollendam fortè ſibi proderit ſecundus iſte producens,ſi proteſtetur, vt quotidie à bonis cauſidicis practicari ſolet, quod ſolum intendunt in parte, & partibus pro ſe
164 facientibus producere non aliter &c. Quod & fieri † poteſt & plurimum operatur Rot.deciſ.276.in nouis quæ eſt 3. de fid.inſtru.licèt quis. Aret.in l.Publia.§.Lucius Titius.depoſ.latè & pulcrè Fel.in d.cap.cum venerabilis.num.23.verſic. limita ſecundo

de

de exceptio. cum ijs quos allegat. ubi expreſsè damnat tenentes contrarium, qui multi ſunt quos uidere licèt allegatos per Rub. in l. non ſolum. §. morte. num. 38. & ſeq. Vnde poteſt etiam colligi conciliatio, ſcilicet quòd ualeat parte non opponente: cauti ergo ſint in contrarium cauſidici, ut ſimilem proteſtationem non acceptent. Si quis autem nimis formidoloſus vereretur ne producendo totum, poſſet quandoq; pars illa contra ſe grauius ponderari, non ab re eſſet ſi produceret partem, quæ ſupereſt coniunctam cum vltimis verbis partis antea productæ, & cum copia eiuſdem rubricæ & numero cartarum; & capitulorum, vt ſentit Bar. in ſequenti capite. Alterũ quod colligo eſt poſſe quem
165 vti, iſta cautela vt producat partem productam ab aduerſario cum aliqua nota per quam iudex intelligat illam fuiſſe partem non totum, vt per dictionem & cætera, vel ſimilem; Idem putarem ſi illam partem produceret cum ſolo principio partis omiſſæ, vt modo dicebam. Idem ſi curaret authentica fide probari aliquid plus eſſe in ſtatuto illo, quod non fuerit productum, neque nunc producatur. Sed opponeret quis nonne ſupra concluſum fuit ſecundum Bar. & cæteros partem nullam ſa cere? fidẽ quomodo igitur hęc ſecunda productio quam conſtat eſſe imperfectam quicquam probabit? Hinc (niſallor,) colligitur
166 †confirmatio eorum, quæ ibi diximus, videlicet partem productam aliquam habere vim ad mouendum iudicem, etiam quando conſtet eſſe partem, nam ſufficit hæc ſecunda productio, licèt non integri ſtatuti, ad perſuadendum iudici illam primam fuiſſe partem, non eorum. Verum vim hanc non habebit quaſi pars ſtatuti, quia de illius diſpoſitione, & hæc nihil probat, ſed ex quadam extrinſeca illatione, quam faciet iudex his viſis productionibus. Hactenus de Barto. oppoſitionibus in hac rub. dixiſſe ſufficiat. Is quia ſui moris eſt inquirere poſt oppoſitiones; vnicam facit quæſtionem, licèt non magni momenti. Cur volu
167 men † hoc Digeſtum Nouum appellemus; quam dubitationem & eius reſolutiones à Rayner. de Forl. eius præceptore mutuatus eſt. Similem dubitationem excitauit in rub. ſolu. matr. quare illud volumen Infortiatum diceretur, vbi nos vobis audientibus
168 generaliter diximus pro comperto tenendum, diuiſionem hanc Digeſtorũ in tria volumina, & nomina hæc Vetus, Infortiatum, & Nouum; eſſe fortuita, & quodam abuſu recepta potius quàm

L aliqua

aliqua dictante ratione; niſi forte dicamus cum Infortiatum diù latuerit, vt dicitur in d. rub. ſol. matr. eo interim dum alia duo tãtum extarent, alterum Vetus, alterum Nouum dicebatur, ideſt per quandam licentiam illorum temporum quãdo recta latini ſermonis ratio ferè peritus deperierat, primum & ſecundum, ſiue anterius & poſterius: quod & ſi non ſatis propriè dictum fuiſſet, tamen antiquis illis nouorũ nominũ inuentoribus indulgendum fuit, qui putarunt ſibi licere poſterius volumen nouũ
169 appellare cum ſæpius viderent dictionem, nouiſſime, † ſæpe pro vltimo, ſeu poſtremo vſurpari. l. nouiſſime. de inſtit. l. eum qui. l. hæredes. §. cum ita. ad Trebell. l. vel ſingulis. de vulg. & pupill. §. fi. Inſt. de ſuſp. tut. vbi glo. capit. cum Marthæ. de celebra. miſſa. cum ſim. complurimis. & quidem ſecundum bonam latini ſermonis normam, quicquid dixerit Gell. lib. x. capit. 21. & alij qui acrius, quàm poſſit hoc nomine contra antiquos iuriſconſultos inuehunt vt per Hieron. Zanc. in d. §. cum ita. parte 3. nume. 34. Et quidem ſicut parum curandum eſt de huiuſmodi magiſtralibus nominibus, vt inquit hic Ray. & cæteri tam hic quàm in d. rub. ſol. matr. ita quoque minimam quamlibet rationem allegaſſe ſatis erit; ſic etiam videmus eoſdem antiquos ex eorum penore effixiſſe characteres quoſdam ad ſignificãdas Pandectas & Paragraphos, quod poſtea curioſis plurimam dedit inquirendi materiam. Non aliter inſiſtam circa dicta Bartoli, vel iſtius nominis rationem; licet alij multa dicant. Quia
170 autem hic tractari ſolet quot † modis dicatur nouum, videndus erit Oldr. conſi. 190. & poſt Bartolum hic Alex. apoſtilleque omnes, & moderniores, præſertim Paris qui ponit vltra decem & octo formulas iſtius dictionis, & non minus curioſè Rebuf. in l. Sylua cædua. §. noualis. de verb. ſign. qui nullam præteriit iuris authoritatem vbi de hac vel ſimili dictione fiat mentio: vidẽdi ſunt etiam dictionum omnium collectores præcipuè Alb. qui plura cumulat & à quo alij pleraque mutuati ſunt. Conſtat au-
171 tem frequentius † poni ad differentiam veteris; vt etiam in nomine iſtius voluminis. Item nouitij & veterani in l. fi. §. quoties. de publica. l. præcipiunt. de ædilitio edict. & ſæpius inter Canones: Ex quo colligetur quomodo in ſtatuto vel alibi, hæc di-
172 ctio in dubio interpretanda ſit. Quanto † autem tempore quid dicatur nouum; licèt videatur in multis conſtitui anni ſpacium,

vt nouæ nuptiæ. capit. de gradibus. 35. q. 8. Noua mancipia. in d. l. fin. §. quoties.& in d. l. præcipimus. Et nouitij monachi ideſt intra annum probationis. c. j. de reg. iur. in 6.& Clem. eoſ. eo. tit. & uinum vetus poſt annum in l. cum quid. ſi cer. pet. Tamen in ſtatuto arbitrabitur ſecundum diuerſitatem ſubiectæ mate-
173 riæ; idem in reſcriptis, vt in eo quo reuocantur † vectigalia noua reſpondit Io. Zenob. inter conſi. Bal. 370. lib. 3. de quo etiam Abb. in cap. fin. de priuileg. facit tex. in l. rem non nouam. C. de iudic. Et quia poteſt prælatus feudum vel emphiteoſim eccleſiaſticam de nouo reuerſam ad eccleſiam infeudare vel in emphiteoſim concedere abſque ſolemnitatibus. cap. 2. de feud. du-
174 bitatum fuit quanto † tempore dicatur aliquid de nouo reuerſum, & multi ſunt qui per ſupradicta putarunt ſufficere vnius anni ſpacium, vt per Archid. in capit. j. 35. q. 8. & in c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. Zaberell. in d. ca. 2. & in conſi. 34. Guid. Pap. q. 154. qui dicit ita fuiſſe votatum. Sed Abb. in c. vt ſuper. de rebus eccl. non alien. putauit inſpiciendam eſſe reuerſarum rerum qualitatem, an meliorata ſint nec ne, vt ſi non ſunt meliorata nec ſufficiat anni ſpatium; alij putarunt requiri decennium; alij triginta annos, alij quadraginta Iſern. in c. j. qui feud. dare poſſ. Imo. in d. c. vt ſuper. Rimin. conſi. 340. num. 15. li. 2. Bar. autem in l. ſi vacantia. C. de bon. vacant. lib. x. aliter rem hanc definiuit; & ſic admodum diuerſæ ſunt in hac re opiniones. videndus eſt tract. Gugl. Redoani de reb. eccl. non alien. tit. Quæ & quomodo res dicantur de menſa. Qua in re nouiſſimè conſultus reſpondi plurimum adhærens opinioni Abb. in d. ca. vt ſuper. Multoties dicitur nouum, quaſi extraordinarium, nec antea auditum; vnde nouum delictum noua inſtrumenta, nouũ
175 ius; & nouũ † feudum quod de nouo acquiritur nõ prouentum per ſucceſſionẽ ad differentiã antiqui c. j. §. conſules aũt, qui teſt. neceſſ. ſint ad nou. inueſt. Bald. in l. 1. q. 4. de rerũ diuiſ. Dec. cõſ. 445. num. 4. Et nouum ideſt inſolitum, ſeù quod rarò accidit:
176 unde ad deciſionem ſtatuti † Peruſini, quòd priores habeant facultatem expendendi eorum arbitrio pro caſibus nouis, ut nõ comprehendatur aduentus legatorum vniuerſitatum vel etiam Papæ, quia hoc Peruſij extraordinarium non ſit, ſecus in aduentu legatorum Cæſaris? videatis hic Alex. Et quid ſi quis pro-
177 miſit † vxorem ſibi reconciliatam benè tractare & nihil noui

ei facere? non intelligetur impedita modica coertio ac emendatio, quia ordinarium in marito hoc ſit, ſed ſolum grauiores iniuriæ. Bar. l. vt iuris in fi. de operis lib. Caſtr. Conſi. 129. lib. 2. videndus eſt hic Alcia. Poſſent & aliæ complurimæ fieri illationes, ſed breuitatis gratia prætereo. Tandem generaliter

178 Nouum † definitur eſſe quod nunquam fuit ſtatutum vel ineſſe perductum ita Troyl. Maluit. in tract. de canoniz. ſanct. dubio 3. numero 21. per gloſſ. in capit. præceſſi. 12. diſtinct. & gloſſ. Bald. & Angel. in l. j. quòd quiſque iur. Per hæc ad laudem D. O. M. & octauæ lectioni & huic rubricæ ſit iam impoſitus finis. In qua maiorum exempla ſecutus de materia ipſius propria nihil dixi; ſed fuerunt fructuoſa multa explicata, & interdum longe, per tractata.

Finis Libri Tertij.

QVÆSTIONVM PVBLICE TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *Diſputatio de legis ſenſu ceteris eſt utilior.*
2 *Lex iſta declaratur.*
3 *Nuntiationis effectus proximus eſt probibitioni.*
4 *Iuriſconſultorum integros tractatus non habemus diminutos, Compilatorum facto.*
5 *Nuntiationis genus an ſit prohibitiuo?*
6 *Prohibitio multoties pro nunciatione ipſa ſumitur.*
7 *L. ſi procurator. hoc. titu.*
8 *Nunciari poteſt etiam iuſte ædificanti.*
9 *Remiſſio nunciationis quid contineat & quo caſu fiat?*
10 *Edicta de quibus in l. Prætor. hoc titulo, non pertinent ad hanc legem.*
11 *Prætor per edictum permiſſit nunciari, quod hodie non extat.*
13 *Excommunicationis ſententia ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt.*
14 *Arbitri ſententia ſiue æquam ſiue iniquam ſeruari oportet.*
15 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, etiam iniqua, facit ius tam iure ciuili, quam canonico.*
16 *Spoliatus etiam, qui iniuſte poſſidebat, eſſet ante omnia reſtituendus.*
17 *Edicta per Prætorem quomodo proponerentur & quare?*
18 *Regula omne quod licet non ſemper expedit.*
19 *Nunciare iuſte ædificanti licuit ex edicto per interpretum declarationem non ex verbis illius. 70.*

20 L. ſi maior. C. de reſcind. vend. 63.
21 Nunciatio fit cum teſtatione ideo proteſtatio dici poteſt.
22 Edificia conſeruari intereſt reipublicè.
23 Nunciatio noui operis an ſit appellatio extraiudicialis? Quod non. 52.
24 Prouocatio & appellatio differunt.
25 Attentata appellatione pendente ante omnia reſtituuntur.
26 Appellatio extraiudicialis non valet in qua non ſit cauſa expreſſa.
27 Et an ſatis ſit generalem cauſam exprimi, vel requiratur ſpecialis?
28 Appellatio extraiudicialis regulariter prohibetur.
29 Appellationes, quæ regulariter prohibentur non admittantur niſi cũ cauſæ cognitione.
30 Cauſæ cognitio non eſt neceſſe, vt ſemper iudicialis ſit.
31 Appellatio extraiudicialis ſuſtinetur ex hac ſola cauſa, quia me grauas.
32 Item ſi quælibet cauſa allegetur etiam veriſimilis.
33 Dotis nomine res transferri poteſt etiam iudicio ſuper ea pendente.
34 Litigioſum non fit per ſolam denunciationem. Et quid in rebus eccleſiaſticis?
35 Poſſeſſori pendente iudicio permittitur vti iure ſuo iudicis authoritate.
36 Item quatenus aduerſanti non noceret.
37 Seruitutum vſus non interdicitur poſſeſſori lite pendente & quomodo iſtud intelligatur.
38 Poſſeſſor pendente iudicio non eſt per iudicem prohibendus uti iure ſuæ poſſeſſionis.
39 Remedium quo quis authoritate ſua uti poteſt amittit ſi iudicij viã ſequatur.
40 Appellatio extraiudicialis an rectè comparetur appellationi ab interlocutoria?
41 Attentata appellatione ab interlocutoria pendente non reſtituuntur niſi iuſtificata demum appellatione.
42 Pręſumitur pro proceſſu iudicis dummodo is habeat iuriſdictionem.
43 Attentata appellatione extraiudiciali pendonente n reſtituuntur, niſi iuſtificata appellatione.
44 Attentata appellatione ab interlocutoria pendente reſtituuntur etiã ante cauſæ iuſtificationem quando iudici fuiſſet lata inhibitio.
45 Prætorum edicta hodie leges ſunt.

Appellans

46 *Appellans extra iudiciū non agit de attentatorum reſtitutione quando aliquam contra ſe habeat præſumptionem.*
47 *Poteſt autem quando nullam habeat contra ſe præſumptionem, vel quando aliqua ſit contra appellatum.*
48 *Attentata immediate contra ipſam appellationē extraiudicialem ante omnia reſtituuntur, ſecus ſi contra aliquid ipſi appellationi cohærens attentatum fuiſſet.*
49 *Attentata reſtituuntur ſi fuerit appellatio parti, vel iudici intimata.*
50 *In nunciatione noui operis ſpeciale eſt, ut in actu extraiudiciali attentata ante omnia reſtituantur.*
51 *Appellatio cur etiam prouocatio dici ſoleat?*
53 *Nunciationis cauſa an fuerit contemptus Prætoriæ iuriſdictionis?*
54 *Interdictum quod ui aut clam non competit, niſi habenti ius ſaltem in poſſeſſione.*
55 *Leges contemnendæ non ſunt, ſed tamen debent eſſe rationabiles.*
56 *Tex. iſte an procedat ſolum in caſu dubij iuris nuntiantis?* 71.
57 *L. fin. ne quid in loco publ.*
58 *Leges ſcriptæ in quibuſdam caſibus & abuſu hominum poſſunt fieri interdum iniquæ.*
59 *Lex iuſta dicitur ex principali intentione legislatoris non ex omni effectu.*
60 *Nunciatio quare à Prætore fuerit inuenta?*
61 *Nunciatione vtrique litigantium conſulitur.*
62 *Remiſſio quare à Prætore inuenta?*
64 *Intereſſe ſoluens uere rem ipſam vel damna non ſoluit, ſed per interpretationem.*
65 *Nunciatio inutilis fuiſſet ſi non ſtatim ſuſpenderetur ædificium.*
66 *Delicti materiam leges dare non debent.*
67 *Lex iniuſta non valet.*
68 *Vſufructuario non poteſt à teſtatore remitti cautio de vtendo arbitrio boni uiri.*
69 *Verba quantuncunque generalia ſemper reſtringuntur ad caſus iuſtos.*
72 *Nunciatio manifeſte calumnioſa ſtricto iure ſubſtinetur, ſed nunciato qui poſtea ędificauit decreto ſuccurri poterit.*
73 *Decretum per Prætorem quo caſu interponeretur?*
74 *Bonorum poſſeſſio decretalis quæ?*
75 *Nunciatio non valet in ædificijs quæ mora periculum allatura eſſet.*

76 Nunciatio num valeat, ſi iam ſuper cauſa principali lis conteſtata ſit?

77 Attentatorum remedium, an ceſſet poſt litis conteſtationem? 82.

78 Spoliati reſtitutio an ceſſet ſi ſuper petitorio fuerit lis conteſtata? 85.

79 Eligendi ius amittitur per litis conteſtationem, & quomodo hoc intelligatur?

80 Conteſtatio litis continet conſenſum litigantium quoad litem peragendam, non quoad ea de quibus lis inſtituitur.

81 In nunciatione attentatorum reſtitutio fit ſine cauſæ iuſtificatione ex priuilegio.

83 Attentatorum reſtitutio maximè conuenit cum litis pendentia.

84 Attentatorum reſtitutio fit iudicis officio mercenario ſine libello, & forma iudicij.

86 Spolij exceptio an poſſit opponi in iudicio petitorio?

87 Spoliatus ante omnia non reſtituitur contra eccleſiam efferentem probationem dominij.

88 Argumentum de reſtitutione ſpolij ad reſtitutionem attentatorum an valeat?

89 Attentatorum reſtitutio fauorabilior eſt reſtitutione ſpolij.

90 Petitorium proponens videtur expreſſe renunciare poſſeſſioni.

91 Exceptio ſpretæ nunciationis impedit litis ingreſſum.

92 Exceptiones præpoſterationis omnes declinatoriæ ſunt.

93 Exceptiones declinatoriæ poſt litem conteſtatam vel lapſum termini, ad eas opponendas aſſignati, non admittuntur.

94 Edificatum poſt nunciationem demoliri petitur officio iudicis.

95 Exceptio officio iudicis proueniens poteſt proponi etiam poſt litem conteſtatam.

96 Interdictum demolitorium in quo differat ab exceptione non reſtituti ædificij facti aduerſus nunciationem?

97 Nuncians contra quem iudicatum fuit in cauſa principali repellitur ab interdicto demolitorio.

98 Interdictum demolitorium, an detur contra ædificantem iam admiſſum ad probandum ius ſuum;

99 Iudex qui contra Baldum pronũciat nõ facit litem ſuam, ſed laudandus eſt ſi eum ſequitur.

100 Nunciatione reiecta non prohibetur nuncians agere ciuili actione.

101 Nunciatus ſi agat non reſtituto ædificio ope exceptionis repellitur ipſo iure.

Ex-

102 *Excommunicatus & Hæreticus non agunt interdicto reſtitutorio.*
103 *Nec ad ſpolij reſtitutionem.*
Idem in ſymoniaco, Bannito, *& Reo læſæ maieſtatis.*
104 *Qui nec agunt ad reuocationem attentatorum in appellatione extraiudiciali.*
105 *Secus in appellatione iudiciali uel mixta, quia tunc admittuntur.*
106 *Nunciatio eſt defenſio.*
107 *Excommunicatis & ſimilibus non denegantur defenſiones neceſſariæ.*
108 *Excommunicatus dum ſe defendit nihil poteſt conſequi, niſi ſui defenſionem.*
109 *Excommunicatus non vtitur remedio l. Deffamari. C. de ingen. & manum.*
110 *Excommunicatus minori excommunicatione habet ſpolii reſtitutionem.*
111 *Excommunicatus excipiendo vtitur nunciationis beneficio.*
112 *Excommunicato poſt abſolutionem prodeſt nunciatio, quam antea fecerat.*
113 *Nunciatio facta ad domum impunè ſperni poteſt.*
114 *Dictiones, iure & iuſte, an differant?*
115 *Dictio, iuſte, importat ſimul ritè, & rectè.*
116 Dictio, *iniuria, quid?*
117 *Dictio iuſtè interdum ſignificat ritè tantum.*
118 *Iuſtus filius quis dicatur?*
119 *Iuſtum teſtamentum ideſt ſolemne.*
120 *Iuſta vxor quæ?*
121 *Appellationis libellus, in quo dicatur iniuſta, ſententia ſubſtinetur, etiam ſi probatum fuerit ſententiam non ritè latam fuiſſe, & ſi nihil de iniuſtitia cauſæ.*
122 *Compromiſſum de iure quomodo intelligatur?*
123 *Compromiſſum de iure, an comprehendat ius municipale?*
124 *Clauſula in compromiſſo de iure tantum vel de iure & de facto, quid?*
126 *Copula ponitur inter diuerſa.*
127 *Remiſſionem nunciationis petens, an confiteatur nunciationem rectè factam?*
128 *Excommunicatus petens abſolui non per hoc confitetur ſe legitimè excommunicatum.*
129 *Abſolutio ab excommunicatione interdum petitur ad cautelam.*

Abſo-

130 *Abſolutionis verbum ſimpliciter prolatum ſupponit veram excommunicationem præceſſiſſe.*

131 *Probatio legitima eſt quæ habet neceſſariam conſequentiam.*

132 *Teſtis deponens aliquem fuiſſe abſolutum ab excommunicatione, nō tamen probat eum fuiſse excommunicatum.*

133 *Remiſſionem petens negat iure nunciatum.*

134 *Appellans ſupponit ſententiam contra ſe extare, ſed eam iniuſtam dicit.*

135 *Pacis inſtrumentum non probat præceſſiſſe bellum.*

136 *Legitimationis inſtrumentum probat quem fuiſſe ſpurium.*

137 *Illatio ex uno actn ad alium incerta eſt, nec poteſt unquam certis colligi regulis.*

HOC EDICTO,&c.Præmittit Soz.hic quędá ad intelligentiam nunciationis noui operis in genere,& remiſſionis, nam vtrunque eſt de materia tit.iſtius,& de vtroque verba facit Iuriſconſultus in hoc principio à nobis modo recitato,ſtudioſiſs. ſcholaſtici, & pro cuius interpretatione noſtram omnem impendemus operam.Veruntamen nos quæ putabamus pro generali intelligentia neceſſaria tradidimus iam in prima noſtra lectione,& in Epitome ad hanc materiam, quàm à nobis paulò ante habuiſtis,quæ uerò ſubtilitatem diſputationis deſiderant intempeſtiue hic tractarentur, cùm infra,in Bartoli commentarijs omnia plene enucleandi occaſionem habituri ſimus.Idcirco confeſtim me confero ad diuiſionem iſtius
* textus,quam approbant communiter * interpretes. Caſtr. quoq; eam ſequitur quo ad partes, ſed diſſentit in illis declarandis, ꝙ cum ad intelligentiam tex. conferat, non eſt(vt aiunt)ſicco pede tranſeundum, quicquid putent multi in contrarium, quaſi vtilitatem hæc non contineant. Etenim ſemper ego arbitratus ſum
1 illam cæterarum † omnium vtiliſſimam eſſe diſputationem,qua poſſimus alicuius reſponſi prudentium uerum ſenſum elicere. Colligamus itaque dicta Bar. per concluſiones, vt ſolemus. Primo colligo hunc tex.in duas partes eſſe diuidendum, & partem ſecundam eſſe ibi,deinde remittitur &c.quòd admittit etiam Ca
2 ſtr.Secundò colligo in parte † prima contineri effectus Nunciationis. In ea hæc ſunt uerba, Hoc edicto promittitur,ſic in Piſano Codice alibi legitur permittitur, hæc fortè melior, ſed idem

eſt

eſt ſenſus, vt ſiue iure ſiue iniuria opus fieret per nunciationem inhiberetur, negat Caſtr. his verbis contineri effectus nunciationis. Primò per §. nunc uideamus. infra eadem. l. ubi promittit Iuriſc. tractare de effectu vltimo loco, ergo non tractauit antea. Sed defendendo Bar. reſponderem eum non dixiſſe in hac prima parte tractari de effectibus, ſed poni effectum nunciationis, & ſic ſimpliciter ponitur, non tractatur, unus non omnes, at in dic. §. nunc uideamus. indefinite promittitur tractatus effectuum. Secundò mouetur idem Caſtr. quia effectus nunciationis ſit demolitio, vt in l. Prætor. infra eodem, vbi ex profeſſo de effectu agitur: ſed de hac demolitione in hac parte nihil dicitur, ergo falſum eſt in ea poni effectus. Reſpon. vt proximè diceba mus, nam
3 plures ſunt effectus † nunciationis unus quidem prohibitionis, alius interdicti illius, ille eſt hoc proximior, & magis proprius. Nulla enim poteſt eſse nunciatio, quæ non prohibeat, ſed multæ fiunt quæ non pariunt illud interdictum, ut puta ſi nunciatus abſtineat ab ædificio. Errauit etiam Caſtr. motus forte authoritate gloſſ. in d. §. nunc uideamus, dum credidit Vlpianum in d. l. Prætor. agere de effectibus nunciationis de quibus promiſerat in d. §. nam etſi vtraque l. ſit Vlp. iſta tamen eſt ex libro quinquageſimoſecundo ad edictum, in quo plenè agebatur de iis quæ promittit in d. §. at d. l. Prætor. eſt eiuſdem ex lib. primo, & ſeptuageſimo ad edictum, & ſic inter iſtam l. & illam plura tractauerat à materia hac aliena, videlicet in nouendecim lib. intermedijs, vt patet ex pluribus ll. duorum tit. ſequentium, quæ ſunt eiuſdem ex lib. quinquageſimo tertio ad edictum, & aliàs multas poterit diligens indagator ex inſcriptionibus ſingularum ll. obſeruare. Quinimo in d. l. Prætor. principaliter de remiſſionibus non de nunciationibus tractabatur, eiuſdem enim ex eodem libro eſt l. vnica. de remiſſ. Neq; curandũ eſt ſi non conſtat, ubi nam tractet de effectibus de quibus promiſerat in d. §. nunc uideamus: non
4 enim † integrum Vlp. tract. habemus, ſed aliquas tantum particulas hinc inde digeſtas compilatorum opera, qui quidem potuerunt caput illud ex Vlp. ubi de effectibus nunciationis tractabat omittere, fortè quia uiderent partem illam non ad eorum mentem ab eo explicari, uel quia putarent ſuperfluum, cum ab aliis ll. quod ibi promittebatur potuerit colligi, & forſitam ex d. l. Prætor. quàmuis non ea fuerit ibi intentio. Potuiſset Caſtr. fortius opponere, quòd hæc prima pars non contineat effectum, ſed

potius genus, vel deſcriptionem quandam nunciationis, quia nũ
5 ciatio † ſit prohibitio, ut omnes definiunt, per gloſs. in l. ſi Procu rator. infra eo. Sed ſi prohibitio eſt genus, quomodo erit unquã ſuæ ſpeciei effectus? abſonum enim uidetur genus à ſpecie proficiſci, ut effectus à ſua cauſa, cum ſpeciei proprium ſit ſubeſse generi. Et uix negari poſse uidetur prohibitionem ex nunciatione, vt eius effectum, prodire, prout inuito etiam Caſtr. tex. noſter probat, illis uerbis, per nunciationem inhiberetur. cum inhibere nil aliud ſit, quàm prohibere cœptum opus. Verum eſt prohibi-
6 tionem † eſse effectum nunciationis, ſed tamen ipſi adeo coniunctum, ut multoties pro ipſa nunciatione aſsumatur, non tamen
7 in d. l. ſi procurator, † quam puto intelligendam generaliter de omni prohibitione quomodocunque facta, quæ ſolet parere interdictum quòd ui aut clam, vt ſit ſenſus quòd Procurator prohibuerit faciẽtem nouum opus, quamuis fortè hoc non ſufficiat ad nunciandum ſolenniter, quia debeat antea docere de mandato, & promittere de rato l. cum procurator. hoc eo. tit. tamen pro deſt domino ad interdictum, quod ui aut clam, in quo nec ſatiſdatur, nec de rato promittitur, quinimo admittitur cuiuslibet amici, & mercenarij prohibitio d. l. 3. ergò prohibuerit non bene ibi exponitur nunciauerit, ſed in ſua ſtat generica ſignificatione. Dixit autem Caſtr. in hac prima parte poni generale dictum.
8 † Nunciationes etiam iniuſtè ędificanti fieri poſse: & certè operepretium fuit in hac materia prænotari id, quod erat admodum ſingulare, & de quo facilius dubitari poterat, quòd & uerum eſt. Sed neq; Bartolus errauit dũ dixit hic contineri effectum prohibitionis ex nunciatione, ſiue iure ſiue iniuria facta: & ſic concilìabitur utraque opinio. Item colligo ex Bar. in 2. parte tex. poni effectum remiſſionis. Hoc benè repræhenditur per Caſtr. nam pars illa non effectum, ſed remiſſionem ipſam continet in quo
9 caſu fieri contingat: Etenim per nunciationẽ prohibetur † opus, ſiue iure, ſiue iniuria ædificetur per remiſſionem reſtituitur ædificandi facultas, eo tantum caſu quo iniuſtè nũciaſset, ideſt quia ius prohibendi non habuerit, ut latius continetur in d. l. un. de re miſſ. deſeruiant hæc etiam pro literali expoſitione tex. huius. Circa ſummam quę conſueuit poſt diuiſionem tractari, colligo ex Ba. tex. hunc ſummari non poſse, eius tamen authoritati multi haud conſentiunt, qui uariis modis ſummant. Michi ſanè placet quod ait Bar. cum quia nõ poteſt breuioribus uerbis utraque ſen

tentia

tentia concipi, quàm hic fuerit concepta, tum quia, ut putat Bar. hic Vlpianus ſummare videtur duo edicta Prætoris, quæ habentur in l. Prætor. in princ. & in §. deinde. infra eod. quod & uerum
10 eſt, ſed non illa edicta † ſumantur, quæ recitantur in d. princ. & §. deinde. quæ illa interdicta potius ſunt quàm edicta, licèt in terdũ edicti nomine interdicta quoque contineantur, nec forte impropriè ut infra tractabitur. Sed etiam ex eorum verbis conſtat, hic ea non ſummari, nam in prin. illius l. ponitur edictum ſeu interdictum, per quod promittitur remedium contra ędificantẽ poſt nunciationem, ergo non eſt ibi edictum illud quòd permittebat nunciari iure, vel iniuria ædificanti de quo hic. Rurſus in d. §. deinde. ponitur edictum, quo conſulitur ædificanti poſt factam remiſſionẽ, uel poſt datam ſatiſdationem, ſi adhuc aduerſarius perſeueret impedire opus. de hoc nihil uideo contineri in tex. iſto, vbi in ſecunda parte dicitur promitti remiſſionem per edictum, ſed ibi iam conceſſa ſupponitur. Præterea dictio illa, hoc, in noſtro tex. dum incipit, hoc edictum &c. oſtendit aliquid ad oculos, vt infra per Bar. & omnes. Ergo in libro quinquageſimo ſecundo erat iam per Vlp. deſcriptum edictum iſtud, non autem relationem habere vllatenus poteſt ad illud, quòd ab eodem longè poſt demoſtrandum erat, videlicet lib. 71. Dicerem
11 ergo hic uerè Vlp. † ſummaſſe duo edicta alterum, per quod Prętor permittebat nunciationem, quæ idcirco iuriſdictionis Prætoriæ efficiebatur, & de hoc tractatur in tota hac lege, & in maiori parte iſtius tit. cuius edicti uerba non extant, ſed tantum habemus ſummam ſententiæ illius per Vlp. hic relatam, prout etiam aliorum edictorum uerba, uel omnino deſunt in iure, uel habentur imperfecta, licèt eorum extent interpretationes ex variis Iuriſconſultorum commentariis, quorum exempla in materia interdictorum, quæ multa eſt in iure, ſunt in propatulo. Et iſtud eſt quod demonſtratur per dictionem, hoc, De qua re infra erit ſeparatim agendum. Alterum eſt edictum de remiſſionibus, cuius verba recitantur in d. L. vnic. de remiſs. & eorum hic ponitur ſumma, non tamen hic de eo principaliter tractatur. ſed ibi. Verum quoniam iſtud de remiſſionibus ab illo de nunciationibus pendet, & adeo connexa ſunt, ut uix unum ſine altero explicari poſſit, & idcirco de remiſſionibus inter nunciationes erit ſępius agendum, factum eſt, vt ſummæ utriuſque edicti hic à iure conſulto in princ. ſui tractatus ſatis eleganter, & oportunè præmittantur,

tantur, vt tamen intelligamus, dictionem illam, hoc, de primo, non de ſecundo fuiſſe intelligendam: nam de eo principaliter in terpretando agebat Vlp. hæc quoque cum plurimum conferrent & ad intelligentiam tex. iſtius, & ad totam materiam, de qua agi tur non debuerunt ſilentio inuolui. Circa caſum B. ſe ſe remittit ad gloſſ. primam, ſed uix poteſt in tam generali lege aſſignari. No tabilia iubet quemlibet per ſe colligere. Scribentes multi multa colligunt, nos ſolum tractabimus, quæ per Iaſ. ſolemus enim ma ioris auditorum vtilitatis gratia haud multum circa alia quæ
12 alij congerunt uagari. Is &c. primò not. etiam † iure ædificanti nunciari poſſe nouum opus, & habere effectum, vt iure prohibea tur ædificatio: Quinimo etiam hoc caſu agitur ad demoliendum quicquid poſt nunciationem ædificatum fuerit, nec nuncia tus ſuper iure ſuo auditur, niſi reſtituto ædificio ad primam formam, vt ſentit noſter tex. & apertius habetur in §. ſed ſi is. hac ea dem. l. in l. Prætor ait §. 1. infra. eo. & in cap. 2. extra eod. Simile
13 habemus in ſententia † excommunicationis, quæ ſiue iuſta, ſiue inuſta ſit timenda eſt c. 1. de ſent. excomm. in 6. cap. 1. 11. q. 3. c. Epiſcopus. §. ſi uero. & §. cum autem. c. quibus Epiſcopi de ſent.
14 excom. Fely. in c. per tuas. nu. 1. eo. tit. ſic ſententia † arbitri ſiue æquam, ſiue iniquam ſeruari oportet l. diem. §. ſtari. de arb. ſic in
15 qualibet ſententia † quæ tranſierit in rem iudicatam, nam etiam iniqua facit ius. l. eleganter. §. ſi quis. de cond. indebiti. l. nam poſtea. §. ſi damnetur. de iure inr. ſecundum poſteriorem intellectũ. Idem de iur. Canonico. c. cum ſuper. de re iud. Bal. in auth. ad hęc
16 C. de uſur. in l. cum quis. C. de iur. & facti ign. ſic ſpoliatus † poſſeſſione ſiue iuſte, ſiue iniuſte poſſideret eſt, ante omnia reſtituendus. cap. reintegrandæ. 3. q. 1. l. meminerint. l. fi. C. unde vi. ſic qui opus clam, vel ui fecit ſiue iuſte, ſiue iniuſte is contra quem clam vel cui factum fuit poſſideret, tenetur reſtituere. per l. 1. §. 1. quod ui, aut clam. Hoc colligunt ex tex. iſto Cum. Iaſ. Ruyn. & alii omnes Modernior. nec dubitari oportet, quin ſit ex ſenſu literæ. An
17 autem ſpecifice contineretur in edicto? Veriſimilius † arbitror non contineri, quia cum edicta in albo palam per Prætorem pro ponerentur ad inſtruendum populum, quo nam modo is eſſet ius dicturus l. 2. §. deinde. de orig. iur. ſi in eo contineretur etiam iniuſte nuncianti ius concedi dubitari poterat, ne uel populus non approbaret, uel audaces nimis fierent ad delinquendum,
18 multa † enim ſæpè per ll. licent, quibus tamen uti non expedit: ſicut

ſicut in pulcro exemplo ſumpto ex §.ſed neque Inſt. de teſtam. vbi olim licuiſſe dicitur legis authoritate hæredi teſtem eſſe in teſtamento, ne tamen hac licentia teſtatores uterentur eadem le
19 ge ſuadebatur. Quapropter crediderim ex interpretatione † Vlpiani iſtud prouenisse, à quo etiam illa ſimilis interpretatio edicti, quod ui aut clam in d.l.1.§.1.eodem tit.cum de ea in edicto nihil haberetur, ut ſatis ex eadem l.apparet. Item in edicto de remiſſionibus, quod dictum eſt pendere ab iſto, promittebat Prætor remiſſio. iniuſtè nunciationis, ut hinc manifeſtè inferatur iniuſtam nunciationẽ tacitè ex edicto licuiſſe, potius quàm ex expreſſa diſpoſitione: non enim uerisimile eſt prætorem expreſsè illud conceſſiſſe, quod poſtmodum erat nominatim remiſſurus. Siue autem hoc eſt ex edicto ſiue ex interpretatione Prudentum, hodie l.eſt Imperatoria in hoc noſtro tex. quia uniuerſum ius Pandectarum Imperatorium eſſe iubetur in l.1.C.de uete.iur.enucl.hæc dicta ſufficiant quaſi pro caſus figuratione, agamus nunc ſuper eodem notabili de rationibus dubitandi ad tex. iſtum in prima parte. Opponunt contra iſtud dictum multa, quorum pleraque cum gloſ.& Bar. declarabuntur. Interim ex Iaſ.
20 obſt.tex.† in l.ſi maior.C.de reſc.uend.ubi proteſtatio, quæ denunciatio ibi appellatur, & in l.deteſtatio.de verbo. ſign. nam in definitione deteſtationis denunciatio ponitur loco generis, non facit reſcindi poſtea facta, niſi proteſtans ius habuiſſe conſtiterit: cur non etiam hic: nam & iſta eſt proteſtatio ne ędificetur, fit
21 † enim cum teſtatione, ſicut & proteſtatio definitur in d.l.deteſtatio.l.non ſolum.§.1.infra eo.l.1.§.ſed etſi contra, quod ui aut clam, & eo magis debuerat hic illud attendi, quoniam ſumus in caſu vbi ſolum de ædificiis agitur, ut infra hac l.§. hoc autem, &
22 ædificia † conſtrui, conſtructaque non demoliri intereſt Reip. §.Prætor.§.deinde infra eod.l.2.§. ſi quis nomine.& l.fin.infra ne quid in loco pub.l.cætera.§.1.de leg.1. in tantũ, ut etiam antiquiſſima duodecim tabularum l. nominatim prohiberetur pro tigno furtiuo agi ad exhibendum, ne per hanc actionem ædificia deſtrueretur l.1.de tig.iniunc.§.cum in ſuo ſolo.Inſt.de rer.diuiſ. Addit Iaſ.generalem naturæ æquitatiſque regulam. Non debere vnde iura oriuntur, inde iniuriam proficiſci l.meminerint.C.vn.vi.ſed de hoc infra ſeparatim agendum. Idem tripliciter ſoluit.
23 Primò ex ſententia Bar.in l. fi.† de app.recip.qui idem uult in l.3.§.1.infra eo. & melius quàm alibi in hac noſtra l.q.9.nu.18.

vbi

vbi uult nunciationem noui operis eſſe quandam ſpeciem appel
24 lationis,vel extraiudicialis prouocationis.prouocatio † enim, & appellatio differunt,ut hic per Iaſ.& ut habetur in l. cum ſit Romana.§.ſi uerò. de appell.ubi glo.in uerbo,non ſolet, quæ manifeſtè comparat nunciationem hanc appellationi extraiudiciali,
25 de qua in tex.illo: ſed cum regula ſit,attentata,† & innouata appellatione pendente omnino reſtitui,vt in toto tit.nihil nou. appel.pen.c.bonæ. de appel c. non ſolum. eod.titu.in vj.& tot.titu. C.ut appel.pend.& ita omnia iura clamant, vt inquit Dec. conſi.97.in princ.Bero.conſi.116.num.10. lib.3. non mirum ſi etiam hic ædificatum ante omnia reſtitui oportet attentatorum nomine.Bal.conſi.245.col.2.lib.2. Cum hac ſolutione tranſeunt multi.Iaſ.uero non approbat, negat enim ſimilitudinem appellatio-
26 nis, & nunciationis: mouetur in primis, quia appellatio † extraiudicialis non poſſit fieri ſine cauſæ expreſſione cap.primo, de app. in 6 præſertim ad effectum reuocandorum attentatorum Abb.Phil.Fely.& reliqui in c.1.& c.cum ſit. ubi Dec.nume.28.&
* Fely. nume. 11. teſtentur de comm. † extra de appel. & expreſſio
27 † illa debet ſpecialiter, & nominatim fieri,alioquin erit appellatio nulla Sozin.conſil.45. colum.4.lib.1. Et eſt ratio, quia tales
28 † appellationes regulariter iure ciu.prohib.not.in d.cap.cum ſit.
29 vbi Dec.num.10.Sed appellatio † quæ regulariter non admittitur,non aliter recipitur,quàm cum cauſæ cognitione Bar. in d.l. fin.in prin.quia quæ cum cauſæ cognitione ſolum permittuntur per ſe intelliguntur prohibita,ut ſoleo ad hoc pulcrum,(ni fallor,)ponderare tex. in l.ſiquis.§.fi.de eden.nunciatio verò per ſe fit ſine cauſæ expreſſione,ut ſentit noſter tex.& cum Bar.infra in
* 2.q.ſentiunt comm. * alii.Videtur Bar.in d.l.fi.tetigiſſe hanc difficultatem,atque ideo dixit eſſe ſpeciale in nunciatione, quòd reſtituantur attentata. Similiter & hoc uidetur ſpeciale,quòd non requiratur cauſę cognitio, nam utrunque pendet à tex. noſtro. Iaſ.putat hoc eſſe refugium miſerorum: nam dum non conſtat de ratione ſpecialitatis ſumus adhuc in eadem difficultate, nec ſatis eſt dicere hoc eſſe ſpeciale, quia ſic negari uidetur ſimilitudo.Quapropter nec probo Pariſij ſolutionem, qui putabat ſatis eſſe,ſi hęc in aliquibus conueniant,licèt non in omnibus,cum ut inquit ipſe,non omne ſimile ſit idem uulg.l.quòd Nerua.depoſ. Sed quæſo, quid facit ad rem ſimilitudo nunciationis cum appellatione iſta, ſi in eo de quo dubitatur differunt?Præterea DD.

ra-

rationem hanc reuera à ſimili nō deducunt,ſed potius à genere, quia volūt nūciationem noui operis eſſe prouocationis extraiudicialis ſpeciem,vt idē Pariſ.paulò ante contra Iaſ.niſus fuit probare,ſed tritiſſima Dialecticorum omniū regula oſtendit, Quicquid de genere dicitur,dici etiā de ſingulis ſpeciebus, & ſic a genere non a comparatis ducitur argumentum. Poſſet tamen, di-
30 ſputandi gratia negari de natura † omnium extra iudicium probationum eſſe, vt requirant iudicialem cauſæ cognitionē, quod
31 probari poſſet ex Bar.in d.l.fi.quia aliquādo ſufficit† minima aliqua cauſa, & generalis. Puta ſi dictum ſit, quia me grauas.Fe-
32 li.in d.c.cum ſit,nume.11.& ſatis eſt ſi ſit† veriſimilis.Abb.& Fel. in d.c.j.Dec.in d.c.cum ſit.Sed in nunciatione videtur aliqua cōtineri, nam allegatur ſi petita fuerit, vt infra in quæſtionibus Bar.vel ſi non petatur ſubeſt præſumpta,ex taciturnitate non petentis. Nec aduerſatur, quod in tex. noſtro continetur, vt qui ius non habet nunciet: ergo etiam admittitur ſine cauſa nam potuit habere probabilem,ſeu veriſimilem aliquam, ſeu prætendere falſam,eique innitatur, & ita intelligetur tex.iſte cum concordantib. Secundo idē mouetur quia non debet plus operari, prouocatio ad iudicium quam eius pendentia.l.ſed ſi ante.de excep. arg.etiam eius quod de conditione dicitur in l. aliquando. §.vlt. ad Vell. Sed pendentia iudicii non prohibet ædificationem.l.pe nulti.de aqua quoti.&æſt.l ſi priuſquam,infra eōd.ſicut nec im-
33 pedit† translationem nomine dotis.l.ante diuiſionem, vbi gloſ. & Bald. C. de iu.do.per l. fina. C.de litig. Et tamen per ſolam
34 † denunciationem non fit res litigioſa. l.prima,vbi not. Bald. de litig. & in l. non ſolum. §.morte, infra eodem.atque eſt communis opinio præſertim pro re profana,licet pro rebus eccleſiaſticis ſint qui non parum dubitent, vt per Felin. in capitulo ſuper literis. numero 33.de reſcript. Verumtamen hoc Iaſ. motiuum non videtur facere multum contra rationem ſupra dictam, ſed potius aliam uidetur continere dubitandi cauſam ad hunc textum ſcilicet qui fiat vt dum lis agitur poſſit quis vti iure ſuo, hic vero prohibeatur per ſolā nunciationem quę abſque iudice propria ſolaque nunciantis authoritate fieri ſolet? Quod reſpondent Moder. Flor. ideo iſtud fieri quia maioris poſſit eſſe præiudicii expectare ſententiam quam remiſſionem non videtur omnino concludens. Melius forte eſt
35 vt reſpōdeamus † per eaſdē ll.quod in illis permittitur poſſeſſori

M pen-

pendente iudicio uti iure ſuo cum iudicis authoritate. agitur.n. ibi de officio iudicis, ad quem ſpectat curare ne poſſeſſor per litem ſui iuris exercitio priuetur, vt continetur in d.l. ſi priuſquã, infra eo.& in l.cuiuſcunque.§.vlt. de vſufr. Sed etiam in caſu noſtro adueniente iudicis authoritate, videlicet poſt remiſſionem, licebit nunciato vti iure ſuæ poſſeſſionis vt in hoc tex. cõtinetur. Vel reſponderem ex ſententia Alex.& aliorum, quos allegat in
36 d.l.1.de lig.regulam illam, quæ † vult lite pendente non impedire poſſeſſorem vti iure ſuæ poſſeſſionis, intelligi ſi parti aduerſæ non noceret: ſed hic cum nunciatio fiat ne per ædificium impediantur iura nunciantis, iure nunciãs prætendit ſua intereſſe, ne
37 nunciatus ædificando perſeueret. Vel & tertio differentiam † eſſe inter ſeruitutes de quibus ibi, & ædificii conſtructionem, de qua nos: hic enim poteſt eſſe maius præiudicium, quàm in uſu ſeruitutum. Nec ad rem facit, ꝙ in d. l.ſi priuſquam, videatur agi etiã de eo qui cupiat ædificare: nam hoc ei non permittitur niſi per contumaciam aduerſarij, vel poſtquã ille aduerſarius promiſerit ſe non nunciaturum nouum opus, nec uim facturum, quæ loco remiſſionis ſunt. Vel demum reſponderem regulam illam,
38 † ꝙ non ſit quis per litis pendentiam priuandus commodo ſuæ poſſeſſionis.c.1.vbi gl.in uerbo crucem, vt li. pend.c.1. vbi not. Phil.& in c.cum teneamur.de app.cũ ſim. procedit ſolum in priuatione quæ fiat per iudicem, quæ non niſi cum cauſæ cognitione fieri debet: ſed ſecus eſt in impedimento quod proficiſcitur à parte abſque facto iudicis, namque ſi hoc aliqua iuris authoritate muniatur, ut eſt in caſu noſtro, ob edictũ Prætoris vtique ſuſtinebitur impedimentum etiam aduerſus poſſeſſorem. idem in omni caſu, vbi liceat propria authoritate rem ſuam recuperare, vt in l.3.§.cum igitur de ui & ui arm.vt in Domino cõtra Emphiteutam.Iaſ.in l.2.nu 105.C.de iu.emph. Aret.conſi.21.& in ſim.
39 namque hic caſibus ſiquis † iudicij uiam eligat non poteſt amplius poſſidentem impedire Alex.conſi.130.nu.12.lib.4.Dec.cõſi.460.nu.19.Iaſ.in d.l.2.nu.114.Tiraq.de iure conſt.poſſ.in pri. nu.39.cum ſim.quæ copioſè & pulcrè congerit Robert. Lanc.in tract.de attent. ſub c.de lit.pen.Ampl.1. per totam. ex quo reddi poterit falſa opinio Bar.in l.de pupillo.§. meminiſſe.nu.8. infra, eo.ubi uult nunciantem poſſe incontinenti recuperare poſſeſſionẽ propria authoritate. de quo tñ non diſputo quia non eſt hic
40 locus ſuus Tertiò opponit, quia appellatio † extraiudicialis æqui

paratur appellationi ab interlocutoria.DD. in d.cap. non ſolum,
41 de appel.in 6.Sed appellatio† ab interlocutoria nō impedit quin aliquid attentari poſſit.agitur enim ad attentata poſt iuſtificatam appellationē DD.in c.bonæ,& c.ſigni fi.de app.Bar.in l.eius q.de appella.recip. in l.intra vtile.de min. Bal.in l.2.C.de epiſco.aud.
42 & eſt ratio,quia interim Iudex † habet Iuriſdictionem; & ideo præſumitur pro proceſſu.Spec.de ex ſent. §.1.ver.quòd autem di
43 xi appellatione,ſed & idem eſt in qualibet appellatione† extraiudiciali,vt dixit Spec.in tit.de appel.§.in quib.nume.30.verſi. Cæterum.Rot.deciſ.344.in nou. de appellatio.eſt glo.in d.c.non ſolum,quam communiter * receptam eſſe teſtantur Did. pract. q. cap.23.num.5.refert Lancel.in d.tract.de attent. appellatione pédente.limit.3.nume.5.& per tot.limit.vbi multa ad rem præſentem.ergo ſi nunciatio eſt prouocatio extraiudicialis,non deberet attentata reſtitui,niſi poſt iuſtificatam cauſam,cum tamē tex.iſte contra ſentiat? Reſpondent qui adhuc ſubſtinere cupiunt comparationem cum attentatis, iſtud fieri,quia de maiori agitur præiudicio eius,cōtra quem appellatur in appellatione extraiudiciali quàm in nūciatione eius qui ædificat.Sed mihi uidetur multoties contingere poſſe,vt in appellationibus extraiudicialibus, vel ab interlocutoria lōgè minus verſetur periculū appellati, quàm in nunciatione. Præterea nō valet ratio hæc maioris præiudicij, quia in ſnīa definitiua præiudicium verſatur lōgè maius, quàm in interlocutoria,vel quolibet actu extraiudiciali,& tamen in ea pendente appellatione ante omnia fit attētatorū reſtitutio abſq; vlla iuſtificatione cauſæ,vt in dictis titulis,vt lite pendente,& ſimilib.Reſp.Ruy.in nunciatione præceſſiſſe prohibitionē ne ędificaretur,quæ† eſt loco inſtitutionis factę iudici,quæ ſi interueniſſet in appellatione ab interlocutoria fieret reſtitutio attentatorū abſq; alia iuſtificatione.d c.nō ſolū.§.illa verò,de app. in vj. Soz.
44 d.conſi.45.nu. 8.lib.j.Lanc.in d. tract.de attent.appe.pend. lim.1. nu.101.& not.in d.cap.bonæ.& c.ſignificantibus.de appella. vbi Phil.& Decius.ſed hic uidetur præceſſiſſe inhibitio Prætoris mor
45 tui per edictum,& ſic per l.quia edicta † Prætorū ll. ſunt, præſertim cum hodie inter ius ſcriptum cōnumerentur. §. conſtat aūt, & §.Prętorū quoq;. Inſt.de iu.nat.l. nam & ipſum. de iuſt. & iu.l. 2.§.eodem tempore,de orig. iur. Cui quidem ſolutioni multum tribuit Pariſ.hic, volens inſuper ſatis dici cauſam iuſtificatam ſi conſtiterit poſt prohibitionem nunciantis,ædificatum. Quæ ta-

M 2 men

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

men nō libēter probo, etenim non ſolùm nō tollunt difficultatē, ſed imō confirmant differentiam eſſe inter prouocationem hāc extraiudicialem & nunciationem noſtram. Præterea remanet adhuc principalis difficultas, quare Prætor inhibitionem hanc generalem fecerit in edicto, quia ſi exemplo attentatorum moueri debeat in appellatione extraiudiciali haud inerat ſufficiens ſimilitudo, & ideo idem Pariſ. incidit in difficultates iniquitatis ædicti de quibus infra. Nec quòd dicit de iuſtificatione cauſæ, ꝙ ſufficiat ſi conſtiterit ſolùm poſtea ædificatum; facit iuſtificationem vllam, namq; iſtud non ſpectat ad cauſam nunciationis, an iuſta ſit nec ne. Præterea ſi hęc eſſet iuſtificatio ſufficiens, nulla vnquā daretur attentatorum reſtitutio ſine iuſtificatione, quia illa requiritur penitus in omni ſpecie attentatorum; cum attentatum nil aliud ſit quam factum aliquod poſt innouatum, ſentit Inn. in c. cum nobis, de elec. in primis verbis, eſſe ſpeciale in noui operis nunciatione ibi (ſecus, inquit, in noui operis nunciatione) quod eſſet negare quodammodo ſimilitudinem. Ego reſponderem pri-
46 mo ꝙ appellans † extra iudicium tunc non pōt ſeparatim agere de attentatorum reſtitutione ante iuſtificationem ſuæ cauſę quādo aliqua præſumptio eſſet cōtra appellantem. Abb. in cap. 1. de
47 appe. & Dec. in c. bonę. nu. 9. in fi. eo. tit. At ſi præſumptio † nulla eſſet contra appellantem, vel longe magis ſi aliquā eſſet contra appellatum ageret ad reſtitutionem attentatorum. In caſu autem noſtro; nec eſt præſumptio contra nunciantem, ſed imò eſt cōtra nunciatū, qui ſuperædificauit, vt in hac l. & tota materia. Secun-
48 dò reſponderem in appe. extraiudiciali attentata † reſtitui quando ſunt immediatè contra ipſam appellationē, & ſic regula illa ꝙ in ea attētata nō reſtituantur, procedit in attētatis circa aliquod aliud adhærens vel connexum, vel ēt ſeparatū. Ità declarant Ant. Abb. & cæt. in c. nobis, de ele. Sòz. in d. conſ. 45. col. 3. lib. j. Dec. in d. c. bonæ. nu. 18. vbi Philip. nu. 29. & in c. 1. nu. 4. & c. conſtitutis, num. 10. eod. tit. Dec. in c. cum I. & A. de re iud. Lancel. in d. tract. de attent. app. pend. lib. 3. nu. 9. vbi ex profeſſo ità limitat d. regulā. Quod in appel. extraiudiciali attentata non reſtituantur,
* & citat teſtantes de cōm. *Ergo nō mirū ſi in Nunciatione adhuc ſtat ſimilitudo, quia principaliter denūnciatum fuit, ne ædificaretur, cōtra quam ſi ædificatum ſit, rectè agitur remedio attē-
49 tatorū. Vel demū q̄a appellatio † extraiudicialis ſi fuerit Iudici, & parti intimata parit reuocationē attētatorū, Phil. in d. c. bonæ, nu. 42.

numе.42.Rot.Deciſ. 309. in nou. de app.dicemus diſputationis gratia in nunciatione haberi loco intimationis illud, quod in re præſenti fieri debeat, ei quidem qui poſſit domino renunciare.l. de pupillo.§.nunciari. infra eodem. ideo fit, vt hæc quoque pariat attentatorum reuocationem. Similes alios caſus, in quib.formalis intimatio non ſit neceſſaria, & nihilominus in extraiudiciali appellatione attentata reuocentur, ponit Lanc. in d.trac. de attent.app.pen.lim.3.nume.30.cum ſeq.veruntamen hæc acuendi veſtri ingenij gratia dicta ſint, vt hinc intelligatur quomodo liceat doctrinam hanc tueri,quod in caſu noſtro ædificata reſtituantur per viam attentatorum. Re vera arbitror hæc non facere ad ſoluendam difficultatem de d. l. ſi maior.C.de reſc.vend. nam
50 Bar.in d.l.ſi.de appel.recip.vult in nunciatione noui † operis eſſe ſpeciale,vt ea facta ſuſpendatur ædificium,quia regulariter ſuſpēſio hæc non fit in his quæ extra iudicium opponuntur, vt ibi per eum. Ergo,aut hæc comparatio non eſt facienda,aut auget dubitationem:etenim maior eſt ratio comparationis cum denunciatione, de qua in d.l.ſi maior,quàm cum prouocatione extraiudiciali: namque ibi denunciabatur ne venditio fieret, vt in omni proteſtatione;ita in caſu noſtro, ne opus nouum deſtruatur. Sed
51 in appellatione † potius inuocatur iudicium alterius,quàm principaliter intendatur prohibitio attentatorum,vnde etiā prouocatio dicitur, ideſt inuocatio alterius iudicij, vt no.Bar.in l.ſi minoris.nu.6.de admin.tut.iſta vero dicitur nunciatio, ꝙ eſt cōe nomē cum omni proteſtatione.d.l.deteſtatio.de verb.ſig.l.non ſolum.§.
52 eo. Quamobrem libentius firmarem cum Iaſ.†nunciationē haud recte dici prouocationem extraiudicialem etiā per ſimilitudinē, ſed potius eſſe proteſtationis ſpeciem. Ex quo remanet auctum dubium d.l.ſi maior.C.de reſcind.vend. Rom.in § j.inf.ead.l.ſol-
53 uit,quod hic ſpeciale † ſit contra nunciatum, qui perſeueret ædificare ob contemptum Prætoriæ iuriſdictionis per l.j.§. & parui, quod vi aut clam.Hoc approbat Iaſ.ſed dicit meliorem eſſe tex. in l.Prætor.§.j.inf.eo.vbi Iuriſc.Tamen (inquit) contra interdictū Prætoris facere videtur,& ideo hoc deſtruere cogitur.aſtipulatur forte melior tex.in l.ſi.infra nequid in loco pub.ibi,alioquin inane,& eluſorium Prætoris imperium erit. Ruy. ex hoc potius au-
54 get dubitationem : Nam interdicto † quod vi aut clam,non agit, qui ius non habuiſſet ſaltem in poſſeſſione, vt inquit glo.in d.§. & parui. & eam communiter * teneri dicit hic Ruyn. & Florent.

& tamen eo caſu, quamquam videtur contemptus iuſſus Prætoris, ceſſat interdictum illud. In quantum DD. communiter firmant illam gloſ. conſtituuntque differentiam inter edictum noſtrum, & illud interdictum, quia hic poſſit nunciare etiam qui ius non habet, at ibi non agat eo iudicio, vera dicunt: ſed non video quomodo augeatur difficultas in caſu noſtro, & impediatur ſolutio Romani. Etenim interdictum quod vi aut clam, ſui natura eſt reſtitutorium iuris ablati, vt in d.l.j.in princ. ergo ſupponitur ſpoliatum aliquid habuiſſe, ſi nihil habuit, nec rectè dicitur ſpoliatus, nec in eo poteſt habere locum reſtitutio aliqua, nec etiam poteſt videri contempta authoritas Prætoris. ſed edictum iſtud in quãtum nunciationem permittit, nullam continet ſpeciem reſtitutionis, nec aliquam poſſeſſ. ſupponit apud nunciantem, de quo tamen infra in quæſtionibus Bar. ſed ex eo ſolo videtur Prætoris ſperni authoritas, quod prohibitio per edictum cuique conceſſa paruipendatur, & illud ſentit Roma. & Iaſ. Non tamen admitto ſolutionem hanc, nam ſi ſolus contemptus Prætoriæ iuriſdictionis fuiſſet in cauſa, vt tam rigoroſè Prætor ediceret, is criminaliter ſuammet iniuriam vindicaſſet, vt aliàs fecit in l.ſi quis id quod. de iur. omn. iud. & alibi. Præ-
55 terea, verum eſt publicata † edicta non eſſe contemnenda, vt in d. l. ſi quis id quod, ſed cum ſcribuntur & publicantur, curandum eſt à latore ne ſint irrationabilia. cap. erit autem, prima diſtinct. vt videtur iſtud, cum permittat iniuria nunciari. Et hoc eſt
56 quod facit præſentem omnem difficultatem. Tertio ſoluit † Iaſ. & in ſumma videtur concludere tex. iſtum tũc ſolum habere locum, cum certi ſumus, vel ſaltem dubitetur probabiliter de iure nunciantis: cæterum ſi certum ſit eum non habere ius, non procedit nunciatio, nec per eam impeditur ædificium. Conatur deinde per plura oſtendere in caſu dubio talem deciſionem non eſſe iniquam. Hanc rationem etiam aſſignauit Abb. in cap. j. extra eo.tit.noſtro. Sed mihi non omnino placet, quia certũ non ſit an procedat tex quando ſumus in claris nunciantem non habere ius, de quo infra videndum erit. Interim vereor, ne certitudinem, vel incertitudinem iuris nunciantis Prætor non attenderit: non enim audit nunciatum, qui poſt nunciationem ædificauit, niſi prius opere demolito. d. §. ſed ſi is. infra ead.l. Et hinc manifeſtum fit nullam excuſationem attendere ædificantis, in quo ſolo videbatur conſiſtere iniquitas edicti, quoniam

inter

inter nunciatos, qui non deſtiterunt ab ædificio nullam fecerit diſtinctionem; ſed & ſi fortè audiatur, qui vult manifeſtam, & notoriam iniquitatem nunciantis illico demonſtrare, de quo tamen infra, iſtud fiet vtique ex quadam benignitate Prætoria, non ex edicto, in quod incidiſſe dicetur; vnde etiam magis oſtenditur iniquitas illius, quia dictante æquitate illi contraria ab eo receditur, & quia per ſe procedit ſiue iure ſiue iniuria nuncietur, vt hic. Iſtæ tres rationes ferè connexæ ſunt ſimul, vt patet ex Iaſ. qui duas primas coniungit, & tertiam non ſeparat à ſecunda. Idem manifeſtius expoſuit hic Socin. & ante eos fuit ex ſententia Abb. in d. capi. j. extra eo. ſunt quidam ex modernioribus, qui dicunt eam fuiſſe huius edicti rationem, ne ciuitas ædificijs deformetur. l. fin. ne quid in loco publ. l. Prætor. §. hoc interdictũ. infra eod. vt enim abſtinerent nunciati ab ædificio, quod ſi poſtea deſtruendum eſſet deformaretur Ciuitas, fuit nunciationi tantum tribuendum. Sed parcant mihi ridiculum videtur hoc: ita. n. eſſet ſenſus, quod ædificium poſt nunciationem conſtructũ antè omnia ſit demoliendum, ne alioquin demoliendum eſſet ſi iniuſtè ædificaſſet; quod quàm imprudenter à Prætore fuiſſet conſtitutum, nemo eſt qui non poſſit animaduertere. Nec ob-
57 ſtant allegatæ leges, nam quoad d. l. fin. † ſtante etiam communi litera dici poteſt ſimilitudinem illam, quæ fit in dictione, ſicut, & relatione, ita, facere potius argumentationem à contrario ſenſu, quàm à ſimili, quaſi dicat ideo ædificantem contra interdictũ reſtituere debere, quia ædificans interdicto non prohibente non reſtituit ob decus vrbis, quæ ratio ceſſat in caſu prohibitionis, & nihil facit ad eum. Quo ad §. hoc interdictum prætorium. nihil facit ad rem, niſi quatenus probat hoc generale dictum, ędificia ob decus vrbium non eſſe deſtruenda, quæ fuit ratio illius prohibitorij interdicti, non autem edicti iſtius. Nos credimus rem hanc, quæ plurimum DD. perturbat, haud aliter definiri poſſe, quàm confitendo iniquitatem edicti, non tamen per ſe vel ex aliqua Prętoris voluntate, ſed ex abuſu malorum, quorũ proprium eſt ſcriptas ll. quæ non poſſunt non eſſe generales, in eorũ prauam intentionem conuertere. Quis enim ignorat ll. ſcriptas
58 † ob earum generalitatem multoties caſu, ſæpiſſime vtentium malitia in certis caſibus iniquas fieri? quæ tamen, cum per ſe, tũ latoris intentione iuſtiſſimę iudicentur? atque ideo magiſtratibus opus fuit, qui huiuſmodi iniquitatem temperarent, vt

exempla,& authoritates eſſent in promptu,præſertim ex Ariſto. in Rethor.Cicer. de officijs,& alijs cõplurimis, niſi res eſſet, q̃
59 notiſſima. At ſi quod † principaliter in intentione legis atq; latoris erat,iuſtum ſit: non eſt verendum quin etiam rectè lex iuſta dicatur, quia illud ſemper inſpici oportet,l.ſcire leges,& l.cõtra,de leg.not.in l.3.C.de lib.præt. Et quis vnquam diceret, Prætorem in edicto noſtro conſulere voluiſſe iniuſtè nuncianti, vel eius nunciationi quoquo pacto fauiſſe,qui iuſtè ædificanti pro-
60 miſit nunciationis remiſſionem? Dicemus † igitur eũ principaliter occurrere voluiſſe ijs cõtentionibus, quę oriri ſolent ſępe ſępius inter vicinos ob nouorum ædificiorum conſtructionem, vt in hac l.§.inde quæritur ibi, Quid enim aliud agebat Prætor q̃, vt controuerſias eorum dirimeret? Nemo autem ſani capitis dicet,hanc Prętoris rationem atq; mentem non eſſe omnino ſanctiſſimam atq; iuſtiſſimam,in quam refunditur omnis legum atque magiſtratuum authoritas,& officium.tex.autem ille ponit ꝑ conſtanti Prętoré in hoc edicto nil aliud egiſſe. Ergo iniuria dubitamus, an is iniurię cauſam admiſerit,quam remouere ſolum curauerit.Sed & ipſum remedium nunciationis ad dictas controuerſias dirimendas expeditiſſimum, & ad ius ſuum cuiq; tribuẽdum aptiſſimum fuiſſe videtur,in eo enim mirabili quodam arti-
61 ficio vtriq; conſultum fuit; Nuncianti † quidem, quia deſiſtendum ſit illicò ab opere,quod ſolum intendebat,quicquid prætẽdat aduerſarius in iure ſuo; ædificanti verò, quia ex hoc ſolo declaratur poſſeſſor. l.hac. §. 1. cuius poſſeſſionis commoda plura ſunt.§.cõmodum. Inſtit.de interd.Cæterum ſicut iſte in ſua poſſeſſione cõſeruatur,ita æquiſſimum eſt nunciantem in ſua prohibitione confirmari, vnde iuſtè fit, vt quicquid ſuperædificatum fuerit ante omnia reſtituatur, ne alioquin inutilis fuiſſet nunciãdi licentia, etenim ædificator (ſi ſecus fieret) iure quod prætẽdit fretus,in opere perſeueraret: nuncians verò, cum nunciando nihil agere animaduerteret,rixarum atque armorũ viam eligeret, vt ſibi conſuleret,vnde potiſſimum Rerum publicarum ſubuerſiones originem ſumunt.Itaque optimum fuit ſtatuere, vt nihil audito de iure, vel iniuria ædificãtis reſtituatur opus ad eandem formam,qua erat nunciationis tẽpore,qua quidem diſpoſitione nihil æquius. Quod autem aliquis nequam, & vt inquit Iaſ ribaldus.poſſit abſq; iure vllo in re malitioſè me impedire, ea ſanè ſola ratione fit,quia malorum proprium eſt,vt iam diximus,

legibus

legibus abuti, quod Prætore potius non cauente, quàm iubente,
vel permittente fieri dicendum eſt, neq; ex hoc negligentiæ notá
vllam ſubiit. namque extra iudicium fieri non poteſt, vt iuſta ab
iniuſtis, æquá ab iniquis ſeparentur, ſed tunc tantùm fiet, ac ſe fa-
cturum promiſit, cum ad eius tribunal ventum erit, qua ſola de
cauſa iudicia omnia inuenta creduntur. Et ideo nunciationũ nó
iure factarum remiſſionem, alio vel fortaſſe eodem edicto pro-
62 miſit, vt in hac l. & in d.l.vn. de remiſ. Sed & quia † non ſemper
Prætoris copia haberi poteſt, neque omnes ad eum accedere au-
dent, eidem ædificatori pariter per aliud extraiudiciale remediũ
cõſuluit, ut ſatiſdet, l. ſtipulatio. §. 1. infra eo. quo facto, nec inter-
mittitur opus, nec nunciator iure ſuo caret. ſiquid autem iniqui-
tatis eſſe videbitur, & in fideiuſſore dandq;, & in Prętore adeun-
do, ſciant cuncti id præter intentionem Prętoris contingere, qui
his difficultatibus, quãtum per eum fieri potuit, nixus eſt occur-
63 rere. Quantum verò attinet ad d.l. ſi maior. † Reſponderi poteſt
denunciationem illam non fieri authoritate Prætoris, nec mirũ:
nam hoc edicto eas ſolas permittit nunciationes, quę ad opera no-
ua, facienda nõ facta, ſolo inhærentia, non ſi mobilia, & ædificia
tantum, non ad prædium ruſticum ſpectant, vt in hac l. & toto ti-
tu. pluries, fortè quia in his maior ſit rixarum periculum, vel qa
fortaſſe alia remedia hic non tã prompta eſſent, ſiquidem fauo-
re ædificiorum multa remittũtur de ſtricti iuris regulis, vt ſupra
diximus. Præterea in ſpecie d.l. ſi maior, ſi proteſtans ius foueret
facile erit declarare venditionem nullam. Et ſic nullo afficietur
incommodo. At in caſu noſtro ſi ius habuit nũcians, & ædificiũ
compleatur, non poterit fieri non factum, & incommodum non
illatum. Et quamuis ei ſatisfieret per præſtationẽ eius, quod ſua
64 intereſſet, tamen in hoc non † ineſt rei præſtatio, vel vera damni
refectio, ſed per interpretationẽ tantũ. l. vn. cum ibi no. C. de ſent.
quæ pro eo. quod int. Sunt præterea, qui ex eo ſolo incommodũ
ſentiunt, quod eorũ aduerſarij deſiderium ſuum compleant, &
ſummopere ægreferunt, ſi quod prohibent ſperni uideant. De-
65 mum fuit omnino ita † ſtatuendũ, ne alioquin inutiles fuiſſent
nouorum operũ nunciationes: nam & ſi interdicto, quod vi aut
clam, alijsve remedijs licuiſſet agere ad demoliẽdũ, opus tamen
in his fuiſſet ante omnia ius ſuũ probare, vel ꝓprietatis, vel ſaltẽ
poſſeſſionis. Secundò pro ratione dubitandi ad tex. & contra il-
66 lud notabile facit, quia † hic videtur dari materia delinquen-

di

di quòd ll. quàm maximè abhorrent, vt hîc per Ruy. qui habuit à Iaſ. dum citat regulam, vnde iura oriuntur non debere iniu-
67 riam proficiſci, l. meminerint cuncti. C. vnde vi. Nec valet † lex quæ ſecus diſponeret; careret enim ſua propria ſubſtátia, quæ eſt, vt iuſta ſit, capitu. erit autem lex. quarta diſtin. ita Bald. in l. eam quam. in fi. C. de fideicom. in l. j. C. de iure aur. anul. Card.
* in clem. j. §. j. vlt. q. de ſeq. poſſ. Faciunt tradita communiter * per
68 DD. ex illo tex. in l. j. C. de vſufr. quòd teſtator † non poſſit remittere fructuario cautionem de vtendo arbitrio boni viri, ne ſic inuitaretur ad delinquendum. commu. dicit Iaſ. in conſi. 40. lib. j. & Alij quos citat Gabr. commu. conclu. lib. v. de vſufru. conclu. j. nume. 18. ſed & alia exempla ſunt in iure ante oculos omnibus expoſita, quia iſte vnus ſit omnium legum finis, ut calumniantium iniquitates reprimantur, in proœm. Inſt. in prin. Pro ſolut. Soci. multa dicit. ego vero non diſcederem à ſupradictis, quæ militant & hic. Tertiò idem Ruyn. opponit, quòd ver-
69 ba † edicti in d. l. Prætor. in princip. ſint generalia, & ideo non deberent intelligi in caſu iniuſtæ nunciationis per ea, quæ ipſe hic adducit, & Pariſ. nume. 28. ſed reſpondetur primò, in eo tex. non poni illud edictum quod interpretandum aſſumpſit hic Vlp. per ea, quæ ſupra dicta ſunt, & infra dicentur. Veruntamen arbitror
70 etiam in edicto † iſto de iniuſta nunciatione non fuiſſe expreſſum, ſed ex interpretatione Vlp. qui cum videret in caſu iniuſtę nunciationis à Prætore permitti remiſſionem, rectè cenſuit eo quoque caſu ſtricto iure nunciationem tenere: ſimilis eiuſdem interpretatio in d. l. j. §. j. quod vi aut clam. & ſupra dixi. Secũdo reſponderem caſum iſtum venire ſub lege in neceſſariam conſequentiam, quia non potuit rectè à legislatore euitari per ea, quæ ſupra declarata ſunt: vix enim per modum limitationis ad hũc tex. receptum fuit vt ędificator, de cuius iure euidentiſſimè conſtet, & econtra notoriè appareat de non iure nunciantis, poſſit ædificium proſequi, vel potius proſecutum non cogatur tollere, vt mox in limitationibus & melius infra cum Bar. Limitat nũc
71 Iaſ. deciſionem † noſtri tex. ſumptam per regulam in hoc notab. ſex modis, de quibus, quia perutiles ſunt, parumper agendum eſt. Primò, ſi omninò certum eſſet nunciantem non habere ius, Ergo tex. iſte ſecundum eum, & pleroſque alios procedit quando eſſemus in dubio, de quo tamen dubito per ſupradicta. inte-
72 rim fortè melius erit dicere tex. iſtum † eiuſque diſpoſitionem

pro-

procedere etiam in caſu certæ iniuriæ nunciantis, ſed ob æquitatem, quæ ſummopere Prætorem decet. l. quod ſi Epheſi. de eo quod cer. lo. decreto ipſius, ædificatori ſuccurreretur ne deſtruatur ædificium. Ita enim fieri ſolitum erat, vt cum æquitas
73 † aliquid dictaret in certis quibuſdam caſibus aduerſus edictorum generalitatem decreto res temperaretur, vt in l. ventre. de acquiren. hæred. l. illud. in fi. cum l. ſeq. de bon. poſſ. cont. tab. & optimè in l. Saluius Ariſto. de leg. præſt. ibi, Decreto itaq; iſta temperari debebunt, facit etiam l. j. §. qui petant. ne quid in fl. pub. & ea, quæ latius ſolemus diſputare, de Bonorum poſſeſſio-
74 ne, † quam decretalem dicunt, in rubr. C. qui admi. Cæterum abſque decreto vix crediderim aduerſus edictum, huic, vel cuiquam alij ſuccurri poſſe. Quod tamen in caſu noſtro non aliter Prætorem interpoſiturum putarem, quàm ſi euidenter conſtiterit nedum de iure ædificantis, ſed etiam de non iure & manifeſta calumnia nunciantis, de qua tamen exceptione latius infra, cum Bar. in quinta oppoſ. Limitat Iaſ. ſec. regulam hanc in illis ædifi-
75 cijs, † quæ periculum mora allatura ſint, vt in cloacis vel riuis reficiendis, vel purgandis, & in ſimilibus, l. de pupillo. §. ſi quis riuos. & §. præterea. infra eo. vbi notandum eſt quòd dicitur in edicto Prætoris iſtud expreſſum fuiſſe: vnde ego colligo confirmationem eius, quod ſupra diximus & infra latius firmabimus, quòd iſtud edictum eſſet omnino ſeparatum ab eo, de quo in l. Prætor. infra eo. cum in eo de hoc verbum nullum. Limitat tertiò ſi quod maximum præiudicium intermiſſio operis eſſet ædificatori allatura, quia tunc ſibi liceat nunciatione ſpræta ædificiũ proſequi. d. l. j. §. ſunt qui putant. ne quid in fl. publ. Sed hoc videtur contineri ſub limitatione præcedenti, nam generaliter Prętor in edicto excipiebat omnes caſus quibus mora periculum allatura eſſet, & fortaſſe riuos & cloacas expreſſerat, vt in d. §. ſi quis riuos, & §. præterea. Limitat quartò & eſt notabilis limitatio, ſi ſu-
76 per cauſa † ipſa principali fuiſſet lis conteſtata duplici ratione.
77 Primò, quia tunc ceſſat remedium † reuocandorum attentatorũ. Spec. de appell. §. nouiſſimè, in fi. & vt ſupra dictum eſt, ſecundum magis communem * opinionem, reſtitutio ædificati poſt factam nunciationem, petitur iure attentatorum. Secundò facit in ſimili
78 quia & ſi ante omnia ſpoliatus † reſtituendus ſit. l. meminerint. C. vnde vi. tamen ceſſat reſtitutionis hæc neceſſitas, ſi ſuper petitorio fuerit lis conteſtata. c. j. de reſt. ſpol. Hæc limitatio eſt maxi-

mi

mi momenti nedum in caſu ſuo, an per conteſtationem litis ceſſet nunciationis effectus, ſed etiam in vtroque exemplo ſup. citato, nec non etiam generaliter ad intelligendam regulam.l. non ſolet. de reg. iur. cum concor. qua definitur per litis conteſtationem, & proſecutionem in iudicio non fieri conditionem cuiuſquam deteriorem.l.nemo enim.eod.tit.Cum hac opin.conſenſerat ante Iaſonem Abb.in c.2.nu.3.extra eo & tantũ tribuit huic doctrinæ Tho.Ferrat.in cautela 58.inter additas ad Cępoll.vt tradiderit pro cautela, ſiquis cupiat ædificatum poſt nunciationem non reſtituere, curet ſuper re principali conteſtari litem: aſſerés Paduæ propter authoritatem Iaſ. & Bal. ita fuiſſe in iudicio obtentum. Ego verò arbitror facilè poſſe contrarium ſubſtineri. Primò per regulam d.l.non ſolet.& l.nemo enim.de reg.iur. cum
79 ſim.Nam etſi eam declarent † non habere locum in iure eligendi, quia iſtud amittitur per litis conteſtationem, tamen hoc uerum eſt quando electio neceſſariò iubetur à l.aliqua, vt vno remedio electo non detur regreſſus ad aliud.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,cum ibi not.de verb.obl.ſecus ſi ad idem competant alicui plura remedia abſque neceſſitate electionis. Debuit igitur Iaſ.probare in caſu noſtro nuncianti alternatiuè tributum intelligi,& per modum electionis, an velit agere interdicto reſtitutorio,vel actione principali, quinimò videtur potius probari contrarium, quia remedia hæc omnino ſeparata ſint ratione formæ, cum alterum ciuile ſit,alterum Prætorium; & ratione ſubiecti, cum interdicto agatur quaſi poſſeſſoriè ad demoliẽdum in actione pro re, vel ſeruitute de qua erit lis, ſeu controuerſia: Et ideo fit, vt intentans reſtitutionem ex interdicto, ſi ſuccumbat non prohibetur vti ſuis actionibus. l. ſciendum. infra eodem. ergo non eſt in his remedijs iuſſa electio ab initio;eodem modo dicemus proponentem principalem actionem non iniuria poſſe agere interdicto. Secundo dum non remittitur nunciatio ſtare creditur,l. prætor. §. primo.infra eodem, ſed remiſſio non fit niſi appareat nunciantem non habere ius.l.prima,de remiſſ.& l.hac noſtra, ergo non per ſolam litis conteſtationem, ſed per ſententiam contra nunciantem fit remiſſio: quia tunc conſtat eum ſine iure nunciaſſe,& quis dicet remiſſionem fieri per litis conteſtationem, quam dicti textus iubent à ſolo Prætore fieri? neque dicas fieri tacito conſenſu partium, qui fit in conteſta-
80 tione litis, nam conſentiunt † in lite peragenda, non in ſubſtinen-

ſtinendo ædificio, propter quod lis præcipuè inſtituta ſit: abſonum enim eſt dicere eum conſentire, qui per litem in iudicio expreſsè contradicit. Tertiò ſi reſtitutio ædificij, fit in vindictam ſpretę iuriſdictionis Prætoriæ, ut proximè firmauerat Iaſ. non videtur æquũ ſolo cõſenſu partium & eo quidem tacitò per litis conteſtationem remitti vindictam publicam, argumento regulæ in l.ius publicum, de pact. & no. in l. tranſigere, C. de tranſa.

81 Demum ſi nunciationi † ex priuilegio conceditur, vt etiam non iuſtificata cauſa poſſit agi de attentatis, quicquid ſit de alijs appellationib. extraiudicialibus ſecundum ſuprà latè diſcuſſa, cur non idem dicemus latè competere, quandò agitur de cauſa ipſa iuſtificanda? hoc enim tractatur in iudicio principali an iure nunciatum ſit vel ſecus, ergo ſicut ante litem inſtitutam concedunt DD. poſſe agi reuocatorio iudicio, ita quoque crediderim poſt litem motam nondum autem finitam. Non obſtant modo

82 duo illa adducta in contrarium: nam quantum † ad primum licet multi ſint qui crediderint cum Iaſ. attentatorum reuocationem expirare per litem motã ſuper re principali, quos citat Iac. Menoch. in rem. vlt. recup. poſſ. nu. 37. & Thom. Ferrat. in d. caut. 18. Did. pract. q. c. 23. intantum vt Menoch. in d. nume. 37. dicat hanc crebriorem * eſſe ſententiam: nihilominus multi ſunt qui contra expreſsè tenent, & non modicæ authoritatis viri, quos idem Menoch. ibi citat. nu. 38. & alij ſuprà citati; adeò, vt idem Thom. Ferrat. teſtetur de comm. in contrarium, & idem Lancel. ponderando & numerum, & authoritatem tenentium pro hac in d. c. 23. nu. 11. dicit communem eſſe pro parte hac, nec ſtandum eſſe aſſertioni in contrarium. Cui quidem opinioni me ſubſcribo per ſupradicta, quorum maxima pars militat etiã hic. Præterea moueor, quia pendentia litis, tantum poteſt ad reuocationem attentatorum; vt nihil magis conuenire veritati videa-

83 tur quam, hoc attentata † lite pendente reſtitui. toto tit. vt lit. pẽ. Si igitur lite pendente attentata reſtituuntur ex hoc ſolo quòd lis reſtituta ſit, cur non etiam attentata ante litem, ſi talia ſint vt

84 attentari non debuerint? Facit etiam, quia attentatorum † reuocationes Iudicis officio mercenario fiant, ſine libello, conteſtatione vel alia forma iudicij. Bal. in l. appellatur. C. de appell. ergo ſemper videtur poſſe interponi; nec debeat obeſſe quòd lis in cauſa principali agitetur. Quamobrem ratio hæc prima, tum authorum opinione, tum argumentationum pondere, potius videtur

tur probare contrarium. Quantum vero ad alterum argumentum ſumptum ex c.j. de reſti. ſpol. illud etiam difficultatem non modicam continet,arbitrantibus nonnullis,nec modicæ autho-
86 ritatis Interpretibus,cauſam† ſpolij obijci poſſe per modum exceptionis ad remorandum petitorium etiam poſt litem in eo cõteſtatam,per tex.alioqui ſatis clarum in Clem.j.§.vlt.de ca. poſſ. & propr. intantum vt Ripa in l. naturale. §. nihil commune. de
* acq.poſſeſſ. nume.161. teſtetur iure canonico communem * eſſe hanc,quem ad hoc cit.Did.Varia.reſol.lib.j. cap.16. circa num. 13.ver.Poſterior dictæ.vbi multos allegat hinc inde,& Menoch. de recup.poſſ.remed.j.poſt. nu. 174. & eſt quæſtio quæ multum perturbat interpretes in d.§.nihil commune.Quod autem habetur in d.c.j.de reſtit.ſpol. dubitari poteſt ne in fauorem Eccleſiæ
87 tantum procedat, cuius † gratia receptum eſt, vt ſi offerat probationem dominij ſpoliatus antè omnia non reſtituatur, Bal.in l.j. in fi.de appellat.Alex.in d.§.nihil commune,num.30.Menoch. qui ita ex profeſſo limitat regulam reſtitutionis ſpoliati,d.rem.j.
88 nume. 249. Præterea negari poteſt valere† arg. de reſtit. ſpoliatorum ad reſtit.attentatorum, vt quo caſu illa non conceditur,
89 denegetur & iſta: nam hæc† fauorabilior eſt,Philip.in c.ad decimas,de reſt.ſpol.Alex.conſ.99.nu.9.lib.5.Fel.in c.dilecti,in fi.de maior.& obed.Afflict.deciſ.98.Dec.in c.ex parte, in fi. de reſcr. & in conſil.200. Demum & ſi concederemus valere arg. regulariter inter has reſtitutiones, non tamen procederet in caſu no-
90 ſtro ob diuerſitatem rationis. Nam ſpoliatus † agendo petitorio renunciat expreſſo conſenſu, licet tacitè verbis, poſſeſſioni: confitetur enim aduerſarium poſſidere, at ipſe cedit poſſeſſioni, quia ſcit,ſeu ſcire debet,iuris ordinarij eſſe controuerſiam,poſſeſſ.ante litem proprietatis agi oportere.l.ordinarij. C. de rei vẽ. & ideò tex.in d.c.j.de reſt.ſpol.ſe fundat in conſenſu ſpoliati, ſiue ſit tacitus,ſiue expreſſus.Bar.in l. ſi quis ad ſe fundum, nu.2. C.ad l.Iul.de vi.Alex.in d.§.nihil commune,num.31. Affl. deciſ. 193. Menoch.d.rem.j. nume. 163. non mirum, ſi non admittitur amplius ad reuocandam poſſeſſionem,quam ipſe aduerſario ceſſerit.Hic ergo conteſtando litem in cauſa principali, nõ propterea fieri videtur aliquod præiudicium nunciationi, quominus teneat adhuc. Quinimmo quia cauſa prohibitionis iuſtificari petitur,potius videtur prohibitioni vis augeri.Confirmatur tam dicta differentia ex §.ſeq. in hac l.nam licet quis ex hoc ſolo actu

lo actu nunciationis cedat poſſeſſioni, tamen quælibet innouatio prohibetur; at ſpoliatus ex ſola ceſſione poſſeſſionis priuatur iure recuperandi. Pro limitatione autem hac, plurimùm iudicio meo videtur facere tex. in §.ſed ſi is infra hac l vbi, vt interdictum demolitorium detur in ædificantem, debet ei negari actio; ſed ſi lis iam conteſtata ſit, ei videtur actio conceſſa, non
91 autem denegata. Augetur, quia actio † denegari debet nunciato ad exceptionem Nunciantis, non autē ipſo iure, vt Bar. ibi probat, Caſtr. Alex. & Iaſ. quia ipſo iure proceſſus tenet, vt ibi per eos. Præterea exceptio illa præiudicialis eſt, vt ibi per Romanū,
92 cuius quidem natura eſt, vt ſit declinatoria, ſicut † & omnes exceptiones præpoſterationis. Bal. in add. ad Spec. in verſ. Quod exceptio dilatoria, de appel. Alex. conſ. 34. lib. 4. Vnde fit, vt poſt litis conteſtat. opponi non poſſit, iux. no. in l. exceptionem, C. de prob. & in c paſtoralis. de except. & in auth. præſente, C. de fideiuſſ. & dicit eſſe ſecundum omnes, Alex. in d. conſil. 34. nume. 2.
93 vel ſaltem poſt † aſſignatum terminum ad eas opponendas, vt per Bal. in l. j. in princ. de eden. & per Rom. in d. §. ſed ſi is. qui loquitur in terminis iſtius exceptionis. ſed poterimus fortè reſpō-
94 dere altero de duobus modis, Primò, quòd cum demolito † hæc
95 peti poſſit officio iudicis, vt per Caſt. in d. §. ſed ſi is. exceptio † inde proueniens poterit etiam poſt litem conteſtatam proponi, vt per Bal. in d. l. exceptionē. C de probat. Secundò, ex doctrina Bar.
96 in d. §. ſed ſi is. haud quidem obliuiſcenda, qui dicit † interdictū demolitorium differre ab exceptione illa præiudicij, nam per eā ſolùm repellitur à iudicio nunciatus agens, nō autem obtinetur demolitio, ad quam competit interdictum. Ergo licèt per conteſt. reus amittat ius declinandi iudicium per illam exceptionē, non tamen amittet ius agendi interdicto ad demoliēdum, quod ab illa exceptione eſt admodum ſeparatum. Nos autem de hoc interdicto agimus, quod quidem per officium iudicis, & etiam per ſimplicem executorem, vt ibi dicit Caſtr. proponi poterit: & ſecundum ſupradicta etiam lite conteſtata, & pendente iudicio
97 ſuper lite principali. Quod nec † deſpero fuiſſe ex mēte Bar. Caſt. & Alex. ibi, qui dubitarunt, an ſi nunciatus ſuccumbat, poſſit agere interdicto. vbi concludunt non poſse, quia iam iudicatum ſit iure ædificaſse, ergo intendunt eum excludi per ſententiam, nō autem per ſolam litis conteſtationem. Quæ notanda ſunt, quia in foro non parum proderit in promptu habere Interpretū ſententias

98 tentias. Limitat quinto, vt non teneatur interdicto hoc † demo litorio, qui fuit iam admiſſus ad probandum ius ſuum; pro quo probando Iaſ. quatuor affert, quæ pulcra, & vtilia ſunt, ſed a materia iſta plurimum ſeparata, alia multa ſimilia exépla ponit idẽ Iaſ. in l. patre furioſo, num. 18. & ſeq. de ijs qui ſui, uel ali. iur. ſunt. vbi nu. 37. ponit hũc noſtrum, allegat idem conſ. Bal. ſed corruptè, atque credidit hunc caſum non extare, niſi apud Bal. cõſi.
99 245. qui tamen nihil allegat, & ideo dixit Iaſ. bonũ eſſe haberet † ĩ hoc iudicem fauorabilem: quaſi ſentiat ſi ille contra ſolum Bal. pronuntiaret, non facturum litem ſuam, quod & verum eſt, licèt ſummoperè laudandus ſit iudex, qui in ſententia ferenda Bal. opin. ſecutus fuerit, ſi nullum habeat cõtradictorem. Dec. in cõſ. 283. quem refert, & plura alia de Baldo Syl. nup. lib. 5. Quomodo iudicandum, poſt nu. 25. in verſi. etiam ſi contra comm. teneret Bal. ſentiit autem Iaſ. pro hac limitat. nihil aliud extare quàm Baldi authoritatem. Mihi verò videtur facile, poſſe ad hoc pon-
100 derari. l. ſciẽdum. † j. eo. vbi ſi a iudice executio nuntiationis ſpræta fuerit, perindè eſt ac ſi ab initio nuncians ius non habuiſſet, vt & in caſibus exceptis in edicto, & ſic dubitandum non eſt, quin admittendæ ſint probationes in cauſa principali, vt text. ille uoluit, ſi benè animaduertatur: nam ſi poteſt actiones proponere is, cuius nunciatio ſpreta fuerit, certè poterit etiam longè magis is, in cuius fauorem nunciatio fuit reiecta, ad quod etiam facit l. ſi priuſquã. j. eo. & d. §. ſed ſi is. de quo ſupra, vbi Bar. & alij om-
101 nes † volunt ædificantem non eſſe ipſo iure, nec ſola iudicis voluntate repellendum, ſed ope exceptionis, ſi a nũciante fuerit oppoſita, quam ſi Prætor non admiſerit vt in dilatorijs ſępè ſæpius contingit, quis dubitat eum, & auditurum agentem, & denegaturum in eum fortè interdictum reſtitutorium. Ad hæc faciunt, quæ in præcedenti limitat. dicta ſunt, & omnino quæ j. dicẽtur
102 poſt alios circa octauam q. Bar. Limitat ſexto Iaſ. † ex ſuo penore, non procedere quod hic dicitur, & in d. §. ſed. ſi is. & in d. l. Prętor. in excommunicato, quod etiam ad hæreticum extendit, ea ſanè ratione, quia in his fallit regula. l. ſiquis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi pub. & cano. reintegrandæ. 3. q. j. Quod ſpolia-
103 tus † ante omnia ſit reſtituendus, atque ita probat Abb. in c. cũ quis. de reſt. ſpol. nor. glo. in c. ex inſinuatione, de procurat. Soc. in regula, ſpoliatus. in 6. Fall. Ripa in d. §. nihil commune, num. 86. Fel. in c. dilectus filius. j. de reſcrip. Menoch. qui plures citat, in

d. reme-

.remedio.j.nume.350. qui etiam probat,non ſolum hæc proce dere in excommunicato,& hæretico,ſed eadem ratione in Symo niaco,bannito,reo lęſæ Maieſt.& ſimil. vt ibi per eum.Similiter
104 excommunicatus† repellitur a reuocatione attẽtatorum in appell.extraiudiciali,Philip.poſt Abb.& Imol.in c.bonæ,de appell. verſic.vndecimo licet exceptio.Abb.Imo.& Dec.nu.17.& nu.12.
105 in c.cũ inter,de excep.vbi notabiliter volunt,non repelli hac† ex ceptione petentem reuocationem attentatorum poſt iudicialem vel mixtam appellationem,quia tunc habeat potius ſpeciem rei quam actoris. Eadem reuocatio attentatorum prohibetur Symo niaco,& hæretico,vt vtrumque probat Lancel.in tract.de attent. tertia parte,c.24.q.27.Ex quibus videtur probari idem ĩ caſu no ſtro,quoniam reſtitutio ædificij poſt nunciat. facti ſimilitudinem habet, cum ſpoliatorum reſtitutione,& maiorem cum attẽtatorum reuocatione,iuxta tradita ſupra per Iaſ. & alios. Poſſet aliqua excogitari differentia inter hoc demolitorium interdictũ & illas vtraſque reſtitutiones ex ſupra dictis,& præſertim,ſi verũ eſt ob ſprætam maieſtatem Prætoris eſſe hic opus demoliẽdum. nihil.n.tunc efficere deberet odium,vel fauor perſonarum, contra quas ędificatum fuerit.ſed quia diximus principaliter demo litionem faciendam in fauorem nunciantis, qui pro defenſione iurium ſuorum maluerit Prætorio vti remedio per nunciationẽ quam vim adhibere,facilè poſſet admitti fauorem iſtum ceſſare, cum de tam odioſis perſonis agatur. Sed non parum dubito de
106 hac limitatione Iaſ. † quia nunciatio ſit ſpecies defenſionis re-
107 rum ſuarum §.nunciatio fit.ea.l.Sed excommunicatis † & ſimilib. defenſio,quæ naturalis eſt.l.vt vim, de iuſt. & iu.non denegatur,vt per DD.in d.c.cum inter,de excep.Spe.de inquiſ.§. vlt.nu. 6.qui dicit, nec excommunicato; nec etiam Diabolo, ſi in iudicio adeſſet,denegandam eſſe defenſionem. & quamuis DD.ibi
108 iſtud † reſtringant ad defenſionem neceſſariam,& ſolum per eã mereatur abſolui,non aũt quicquã cõſequi,atque ideo hæc non videatur ſpẽs neceſſariæ defenſionis,ſicuti in reſtitutione attenta torũ & ſpolij ſup.dictum eſt,nam et ipſę ſpẽm quodãmodo habent defenſionis, & tamen ei denegantur ſimiliter, nec põt ex-
109 cõicatus† habens exceptionẽ vocare actorem in iudicium, iuxta formã l.diffamari.C.de inge.man.vbi Cag.nu.13. teſtatur de cõi.
* *Nihilominus adhuc caſus noſter videtur eſſe maioris difficultatis,nãſiquis in ſolo excõicati ædificet,vel ſi ita vt ſeruitutem ei

debitam impediat, videtur ille omni defenſione deſtitutus, & iõ nõ minus fortè videbitur ei neceſſaria nũciatio quã quęlibet alia iudiciaria defenſio, quãdo ab aliquo conueniatur, & ſi ſibi licebat eo caſu pro ſuarũ rerum defenſione armis vti, arg. tract. in d. l. vt vim, cur non ẽt nunciatio, quæ ad hoc pręcipue a Prætore inuenta fuit, vt cõtrouerſiarũ periculis occurratur. §. j. ff. ea. l. noſtra? Hoc multum me mouet, cæterũ a liis relinquo cogitandum, nobis ſanè ſat erit excitaſſe difficultatem. Stãte limitatione iam di-
110 cta, eam ſublimitatis primo, non habere † locũ, niſi in excõicato maiori excõicatione, ſecus ſi minori tantum, quia is ante omnia ſpoliatus reſtituitur. Fel. in c. dilectus filius j. nu. 11. de reſcr. Secũ
111 do ſublimitarem, procedere ſupradicta, ſi excõicatus † vellet agere vel actione principali, vt in d. l. ſciendum, vel interdicto reſtitutorio, vt in d. l. Prætor, quia remouetur a iudicio ne agat, ſecus ſi fundaret ſe in nunciatione p modũ exceptionis, vt in d. §. ſed ſi is. hæc. n. ſolam defenſionem operatur abſq; eo, quod ius tribuat excipienti. Ex quo ſequitur excommunicatum non prorſus inutiliter nunciare. deſeruiet. n. ſibi ad defenſionẽ, quandocunq; cõtra
112 eum agetur. Sed & remoto † impedimento per abſolutionem nũciatione facta vtetur etiam ad demoliendum, quia potuerit nunciare ad ſui defenſionem. Ad quod facit, quia etiam contra Eccleſiam nunciatur. c. j. extra eo. titu. & tamen maior videbatur fauor Eccleſiæ quam odium excommunicatorum. Quod vt ſup. diximus, excitandi gratia dictum ſit. Additur ex Iaſ. ſeptima limitatio, quæ an ſit ab eo profecta, qui ſex tãtum promiſerat, ignoro: ſed cuius ſit parui refert, ea eſt vt regula noſtri tex. nõ procedat,
113 † quãdo nunciatio fuerit facta ad domum, vel alibi quam in re, nam tunc tuto ſperni poterit, cum iura in re pręſenti fieri velint. l. de pupillo. §. nunciationem. inf. eod. Iſta verè non eſt limitatio, ſed notatio. vnius caſus, quo nunciatio ab initio ſit nulla: non mirum igitur, ſi tuto ſpernitur & poſtea ędificatum non deſtruitur. Putauit tamen Gloſ. in d. §. nunciationem, contra expreſſa verba illius tex. extra nunciationem domino factam extra rem nterdũ tenere, quod audacter nimis aſſertum videtur, meli⁹ igitur eſt, vt Rogerij & Bar. opinionẽ ſequamur, quam ſequitur, & communiter * teneri affirmat ibi Alex. nu. 10. & Iaſ. in fi. pro qua re vidẽdus eſt Hoſt. in ſumma ext. eo. tit. §. cui fiat. Hoc eodẽ modo poſſent hic colligi plures limitationes, nempè omnes caſus, quibus nunciatio vel nulla ſit, vel tutò ſperni poſſit, ſed cõtineret hoc ſo

lum,

lum,tractatum totius materię. Qui vult plures caſus collectos habebit ab antiquiorib.in ſummis huius tituli,& ab Alex.hic, qui multos cumulat caſus ſimiles, ſanè nobis ſat fuiſſe videtur hucuſ
114 que cum Iaſ. vagatum eſſe. Notat is ſecūdo ſimul † cum gl.in ver. iure.dictionem hanc iure, idem importare quod iuſtè. vnde Bal. inferebat ad cōpromiſſum.Iaſ.aūt animaduertit, iſtas dictiones differre: non.n.omne,quod iure fit,iuſtè fieri dicitur.nam qui ius non habuit nunciandi,ſi tamen nunciat, iure nunciat, ſed tamen non iuſtè: ſicut qui filium benemerentem olim exhęredabat,iure
115 id facere dicebatur, non tamen ſatis iuſte. Iſta.n. dictio † iuſtè, importat ſimul ritè,& rectè.gl.& ibi Ang.in §.exhæredatos, in ver. iuſte, Auth.de hære.& falc. Iure poteſt importare rite tantum.i. ſecūdum præcepta legum,non ponderata facti illius iuſtitia, ſeu æquitate.Sed certe in hoc tex. dictio, Iure, magis refertur ad facti æquitatem, ſiue iuſtitiam, quam ad iuris ordinem. Nam ædificās factum præſtat,& intendit iure ædificare, cum per iniuriam ſibi nuncietur. Hoc tamen certum eſt quod non rite ædificabit poſt nūciationem etiam per iniuriam factam,& ſic iniqua, vt conſtat
116 ex dictione † iniuria, in hoc tex. illi oppoſita, quæ tātum importat,quantum inique, vel contra id quod bonum, & æquum appellant. Et hoc ſentit glo. hæc, in qua duo ſunt notanda aduerſus dicta Iaſ. Primo, quia voluit dictionē iure, de qua ī tex. importare æquitatem facti, vt vere importat etiam ſine ritu legum, vt infra patebit,& tamē Iaſ. voluit ſui natura magis ad iuris ordinē quā ad facti æquitatem referri. Secundo, quia ipſe in ſua expoſitione dictionem iuſte, accepit pro ſola facti æquitate, cum tamē ſui natura importare velint ſimul vtrumq; rite,& recte, vt ſup. dictum
117 eſt. Quinimo ſciendum eſt, interdum iuſte, † importare rite tantum, vt cum dicitur, iuſte poſſidet, qui authore Prætore poſſidet. l. iuſte, de acqui. poſſ.& tamen fieri poteſt, vt Prætor iniquum poſſeſſorem conſtituat, vel in ſua priori iniqua poſſeſſione confir-
118 met, vt ibi per gloſ.& Iaſ. Item dum dicimus † iuſtum filium.i. ex legitimo matrimonio natum, vel legitimè, ſeu ritè adoptatū, l.3.§.emancipatus. de bon.poſſ.cont.tab.l.4.in fi. de in ius vocan. l.2.de adopt.l.fi.C.de nat.lib.gl.in §.j.Inſti.de patr.pot.licet forte nequam ſit filius,& haud patri conſentiens. ſimiliter econtra
119 † iuſtum teſtamentum, vel iuſta teſtamenti ſententia.l.j.de teſta. l.qui a patre.de confir.tut.vbi gl. iuſtum teſtamentū exponit pro ſolenni,& tamen poteſt, vt in eo vel filius contra officium pieta-

tis exhæredetur,vel immerẽti aliquid relinquatur,vel quodcũq;
120 aliud nõ æquo põdere diſponatur. Bonũ† eſt ẽt exemplum in l. ſi
vxor.§.j.ad leg Iul.de adul.ubi iuſta dicitur vxor,quæ tamẽ adul
121 terio ſit maculata. Sic ẽt,cum quis ſententiã † in libello appella-
tionis iniuſtam dicit, quã tamen poſtea probauerit tantũ nõ rite
latam,vel a iudice carẽte iuriſdictione,is vtiq; obtinebit.Bar.in l.
ſi expreſſim.de app.quẽ citat & defendit Zaccard. in l.j.nu.93.C.
de pact.aduerſus Bal.in l.eos.de app.& Pau.in l.cum ſeruũ.de cõ-
dic.ob cauſam.ſed tamẽ plerũque fit,vt iniuſtitia referatur ad rẽ
ipſam contra officium editã,ad differentiã nullitatis, quæ contin
git ob defectum formæ,vel eius prauũ vſum,ut in rub. de iniuſ.
rup.irr.fac.teſt.Ex his itaque uidetur confundi ſignificatio horũ
dictionum,iure,& iuſte. Confirmatur hoc idẽ ex eo, quod a Bal.
122 allegat hic Iaſ.ut ſi fiat † compromiſſum de iure,intelligatur ſe-
cundum iuſtitiam:uel econtra,ſi fiat ut iuſte iudicent, intelliga-
tur etiam ut poſſint de ſolennitatib.& earum defectu iudicare,
Bald.in c.cum ueniſſet.de teſt.Et dictio de iure, in compromiſſis
quid importet, ſolent DD. tractare poſt Bar.in l.diem.§.ſtari. de
arbit.Bald.in l.illa inſtitutio,de hæred.inſti. late Mar.Anto. Pa-
tau.in tract.de compr.j.parte,in uerſi.de iure.ubi pluribus in me
123 dium allegatis diſputat,an comprehendatur ius† municipale?&
* tandem teſtatur, communiter* credi non comprehendi.ad quod
uidendus Dec.in c.licet cauſam,de proba.Cauendum tamen eſt,
ne decipiamur per uerba Iaſ.dum dicit iuſte importare ius,& fa
ctũ,& cõpromiſſum de iure intelligi ſecundũ iuſtitiã quaſi uelit
tũc iudicari poſſe ẽt de facto: nã ſi hoc uoluiſſet,erronea eſſet eiꝰ
124 opinio , cũ oĩno certũ ſit ex ſententia cõpromittentiũ, † quando
dictũ eſt de iure tãtũ,excludi factũ.ſolet.n.ĩ cõpromiſſis apponi
clauſula de iure & de facto ſimul,uel de iure tãtũ,tã in proceden
do quã ĩ decidẽdo,& de facto in procedẽdo uel de facto ſimplici
ter,de quarũ clauſularũ ui agitur abũde ĩ d.l.diẽ.§.ſtari.ĩ l.ſtipulõ
iſta.de uer.ob.in l. ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ,per ſocio.Ca.in l.oratio
ne,de feriis,& ĩ l.fi.de iuſt.& iu.Fel.in c.cauſam,quę.de ſent.& re
iud.quorũ dicta non eſt vt recenſeamus,quia præter rem noſtrã
ſint.Sed dum Iaſ.dixit dictionem iuſte,importat eius,& factum,
puto intellexiſſe illam comprehendere æquitatem ciuilem, quæ
ſit circa obſeruantias,& formas extrinſecas,& æquitatem natura
lẽ,quæ ſit circa ipſum factum æquabiliter decidẽdũ, quæ oĩa in
cõpromiſſo ſub una dictione,de iure cõtinetur. Sane lʒ p̃ſdicta

quidam

125 quidam crediderint dictiones† iure, & iuſtè, idem penitus ſigni ficare. ego tamen a coniugatis arguendo, eandem eſſe arbitror in ter eas differentiam, quæ ſit inter ius, & iuſtitiam, quam eſſe ali quam docet diuerſa definitio utriuſque in l. j. & in l. iuſtitia. de iuſt. & iu. item probat rubr. met illa copulatiuè concepta, quod
126 tantum ſolet† fieri inter diuerſa per no. in rubr. C. de iur. & facti ign. ſed etiam faciunt, quæ late traduntur in d. rub. de iuſt. & iu. quæ nunc omittimus recenſere, noſtraque ſuper jis afferre ſentẽ tiá, tum quia nimis præter rem noſtram: tum etiam quia, cum iã diu iuri ac iuſtitiæ operam ueſtram impenderitis, quid ipſum ius ac iuſtitia ſit intellexiſſe arbitror, ne alioqui indignos Vlpiani ſe ctatores vos ipſos offenderetis. No. tertio poſt Iacob. de Are.
127 Alex. & cæteros, petentem † remiſſionem nunciationis non pro pterea confiteri rectè factam nunciationem: negat. n. nunciantem
128 ius habuiſſe. Vnde dicunt eſſe † arg. ut petens abſolutionem ab excommunicatione, non uideatur ex hoc confiteri ſe eſſe legiti me excommunicatum. Recte addit Iaſ. dictionem, legitime, quia aliquid confitetur circa excommunicationem, uel ſe uel alios du bitaſſe, uel ad ſecuritatem bonæ conſcientiæ, uel ad remouendũ impedimentum, uel dubitationem impedimenti eorum, quæ fe cerit, uel facturus ſit, & ideo appellatur hæc abſolutio ad caute
129 lam, & ſic quaſi impropria abſolutio, cum alioqui† abſolutio nul la ſit, ubi non præceſſit excommunicatio. c. per tuas. de ſent. excõ. c. cum cõtingat. de off. deleg. & abſolutionem ad cautelam ad dif ferentiam ueræ abſolutionis, ponit Iac. de Lign. in tract. de cenſu ris eccleſ. §. 18. in fi. Pulcre ſcribit in hunc ſenſum Abb. in c. Apo ſtolicæ, nu. 10. ubi Fel. nu. 18. & nu. 20. de except. qui plura addit ad Ioan. And. & Domin. in c. ſolet, de ſent. excom. circa abſolutio
130 nem hanc, quæ petitur ad cautelam. Atque ibi fatetur † abſolu tionem ſimpliciter ſupponere ueram excomunicationem. Abb. in c. uenerabilem, nu. 22. de elect. Caſt. in l. decem. nu. 4. de uerb. oblig. ubi & alij ad idem multa dicunt. Albe. hic in fi. qui ita dicit tenuiſſe Canoniſtas. Vnde fiet ut in his, quæ ſolẽt ſtricte interprẽ tari, abſolutionis uerbo non continebitur petita ad cautelã. Quã tum uero ad rem præſentem ſpectat, an producens abſolutionẽ ex hoc ſolo probetur legitime excommunicatus, ſum cum Iaſ. & cæteris, tum quia abſolutio poteſt intelligi ad cautelam: neque enim debent uerba proferentis contra ipſum interpretari, ſi aliã non incongruam interpretationem habere poſſint: tum etiam

quia non fit interpretatio delicti contra aliquem, vt fieret, ſi inferremus ad excommunicationem, niſi ex legitimis probationibus. hæc autem confeſſio facta nō principaliter, ſed ex illatione quadam, legitima non eſt probatio, quia confeſſio, & quia nō ha
131 bet † neceſſariam conſequentiam, iux. tradita per Interpret. in rub. de probat. ad quod videnda ſunt, quæ ponit hic Pariſ. in hūc ſenſum. verſaremur autem in claris, ſi conſtaret abſolutionē ad cautelam fuiſſe petitam: vnde bonum erit cauere, vt in petitione abſolutionis iſtud exprimatur, quando non verè conſtat de excōmunicatione. c. 2. de ſent. excom. in 6. Vel ſaltem, ſi non tunc fuerit expreſſum, quandocunque in iudicio producitur, cautela adhibeatur quod non intendit excommunicationem cōfiteri, quia ab ea ad cautelam petierit abſolui. ſed & ſi in vtroque caſu fuerit hoc omiſſum, non diſcederem ab opinione illa æquiori ſanè, ꝙ onus probandi fuiſſe ad cautelam non ſit producentis abſolutionem, ſed aduerſarius fundans ſe in excommunicatione non audiatur, niſi alias concludentiores probationes attulerit, per ſu-
132 pradicta, & etiam quia ſi teſtis † deponat, ſimpliciter fuiſſe abſolutum ab excommunicatione, eam concludenter non probat, vt voluit Card. in c. perpendimus, de ſent. excomm. refert & ſequitur Crot. in tract. de teſt. part. 7. nu. 287. Veruntamen hæc non videntur ad rem noſtram ſatis appoſita, dum volunt ex hoc & ſimilibus exemplis probari, petentem remiſſionem, non propterea
133 confiteri iure nunciatum, namq; in remiſſione † concedēda hoc vnum inſpicitur, & principaliter, an nuncians non habuerit ius, vt ſi non habuiſſe conſtat, remiſſio concedatur; probat tex. noſter & d. l. Prętor. §. j. ꝟ. eo. & d. l. vni. de remiſſ. Petens igitur remiſſionē non tantum non dicit iure ſibi nunciatum, ut imo hoc ipſum qđ petit nil aliud ſit, quàm prætendere non iure ſibi nūciatum fuiſſe. Nec impropriè idcirco dicitur remiſſio, quia non iure facta nunciatio eſt, vt in dictis ll. & ideo iure remittitur, quinimo ſi iure facta fuiſſet, non remitteretur, vt in d. l. vni. de remiſſ. ſed ſub-
134 ſtineretur prohibitio, ſic. n. æquitas poſtulat: ſimiliter qui † appellat a ſententia, dicit eam iniuſtam, atque ideo appellat: cōfitetur tamē ueram eſſe ſententiam, & ab ea appellare, quia eam timet: ſicut enim in appellatione nedum non admittitur ſententiā fuiſſe iuſtam, ſed imò aſſeritur contrarium, ita quoque in remiſſione: nam eam petens, nedum non confitetur nunciationem fuiſſe factam ab habēte ius nunciandi, ſed imò expreſſe teſtatur con-

trarium.

trarium. At in petente abſolutionem ſecus eſt: petit.n. per modũ gratiæ, & ideo fieri poteſt vt ab eo ſupponatur interdum excommunicationẽ & ritè latam, & iuſtam eſſe: ita in inſtrumento pa-
135 cis, † nam ſui natura pax ſupponit bellum præceſſiſſe: at non ſẽper in inſtrumento, quia ſecus potuit eſſe fortè per errorem, & ideo non facit hoc concludentem probationem, niſi accedat ad-
136 miniculum præſumptionis iuris, vt fortè eſt † in inſtrumento legitimationis, quod probet ſpurium antea fuiſſe. Nam hoc fit, ut inquit hic Pariſ. quia in obtinẽda legitimatione ſoleat ac debeat fieri mentio ſpurietatis, & ſic poſſunt præſumptiones ſecundum varietatem caſuum eſſe uehementiores, atque ideo magis uel minus probare, quod vix eſt vt certis regulis compræhendi poſſit, ſed plurimum in hoc iudicis arbitrio tribuitur. l. 3. de teſti. Quãobrem non eſt, vt inſiſtam in his aliiſque multis exemplis, quæ ad hoc idem cumulant hic Roma. Alex. & mod. Flor. ſunt.n. præter rem, ſicut longe magis, cum hinc ſumpta occaſione genera-
137 lius tranſcendunt ad inueſtigandum, quomodo ex vno † actu inferatur ad alium, quo, in iure & vbique nihil incertius. fit.n. iſtud, propter rerum coniunctionem, quam ipſamet natura inter omnia inducit, quę modo maior eſt, modo minor: modo a longe, modo propinqua: modo neceſſaria, modo contingens: modo rem præcedit, modo ineſt, modo ſubſequitur. Cuius rei quis unquã plenum tractatum præſtare poſſet? multa tamẽ tradunt ſcribẽtes in d. l. decem, de uerb. obl. & Fel. in c. literas, nu. 19. de præſumpt. Supereſſent alia notabilia, quæ alij ex hoc tex. colligunt. Sed cũ his duabus ſententiis huius litteræ contineatur ſumma nunciationum, & remiſſionum omnium, nihil eſt ex iis, quæ ad materias iſtas pertinent, quod hic tractari non poſſet; Idcirco quæ colligit hic Soz. & alij curæ ac diligentiæ noſtræ remiſſa ſunt. Admonet nunc Iaſ. vt ad Gloſſ. deueniamus.

Finis libri Quarti.

QVÆSTIONVM PVBLICE' TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE,

Liber Quintus.

SVMMARIVM.

1 *Nunciationis cauſam allegari non eſt neceſſe niſi a parte petatur.*
2 *Remiſſio nunciationis fit a iudice, non a parte.*
3 *Nuncians recedere a nunciatione poteſt ſponte vel per conuentionem.*
4 *Prophetia eſt de præteritis, ſicut de futuris.*
5 *Prophetari de preſentibus quis dicatur?*
6 *Propheta, unde dicatur.*
7 *Prophetia eſſe poteſt etiam de præſentibus*
8 *Moyſes propheta dicitur non impropriè, etiam ratione futurorum.*
9 *Pronomen hoc, quo modo in tex. iſto ſit demonſtratiuum ad oculos.*
10 *Compilatores, an errauerint omittendo interdum verba editorum?*
11 *Pronomen hoc, an uel è referatur etiam ad oculos intellectus.*
12 *Oculus, quot modis ſignificet?*
13 *Oculus interdum ad mentem etiam refertur, non per tranſlationem.*
14 *Incorporalia per pronomen hoc, propriè oſtendi poſſunt.*
15 *Pronomen, hoc, oſtendit præſentiam rei de qua agitur.*
16 *Item interdum refert rem nondum exiſtentem*
17 *Teſtis deponere debet de uiſu.*
18 *Pronomina, hoc, & iſtud, an differant & quid in ſtatutis.*
19 *Teſtis, qui in vno capitulo dixit, factum in palatio Epiſcopi, de inſuper alio dicat, in hoc, cum examinaretur in palatio Poteſtatis, an ſit dicendus contrarius?*
20 *Relatio in dubio ſemper regulari debet a proximioribus.*
21 *Vicinitas ſcripturæ multum operatur.*

22 *Teſtis, qui depoſuit ut ſupra in eodem articulo & defenditur à falſo & probat in cauſa.*

23 *Teſtium inconſtantia aliter conſideratur ad effectum, vt non probet, aliter vt de falſo puniantur.*

24 *Teſtis, qui in vno articulo dixit, in palatio epiſcopi, in alio in hoc, ſed tamen in eadem depoſitione, an euitet pœnam falſi.*

25 *Teſtis vnus ſicut & plures, concordari poteſt vt euitet falſum.* 36.

26 *Teſtes duo, quorum alter dixerit in palatio epiſcopi, alter in hoc, id eſt in palatio poteſtatis, tanquã falſi quæſtioni ſubijci poſſunt.* 125

27 *Teſtimoniorum vſus frequens eſt in cauſis agendis.*

28 *De Teſtibus multi tractauerunt tam ex antiquis quàm ex modernis, propter materiæ vtilitatem.*

30 *Interpretatio impropria admittitur ad euitandam pœnam falſi.*

31 *Falſi pœna nunquã punitur, q quoquo modo poſſit excuſari à dolo.* 45

32 *Pronomen, hoc, an poſſit importare rem non præſentem corporalem, ſicut incorporalem?*

33 *Teſtium verba interpretanda ſunt groſſo modo, nõ ſecundum ſtrictas regulas iuriſconſultorum.*

34 *Quod verum, eſt ad euitandam non ad incurrendam pęnam falſi. nume.* 34.

35 *Periti cenſentur propriè loqui.*

37 *Teſtis in ſua depoſitione apertè contrarius, tenetur de falſo, nec agitur de eo concordando, prout inter duos.*

38 *L. eos. ad leg. Corn. de falſ.*

39 *Teſtes plures inter ſe contrarij de falſo non tenentur, ſed quæſtioni ſubijciuntur.*

40 *Multiplicitas actuum non præſumitur.*

Fallit pro ſaluandis teſtibus à contrario.

41 *Correctio incontinenti non præſumitur.*

42 *Contrarietas in eodem teſte non præſumitur.*

43 *Præſumptio nõn fit contra illud, quod verba ſonant.*

44 *Interpretatio benignior ſemper fieri debet.*

45 *Falſitas probanda eſt concludenter.*

46 *Dolus probandus eſt concludenter.*

47 *Teſtium verba impropriantur, vt euitetur contrarietas.*

48 *Teſtes regulariter præſumuntur idiotæ.*

49 *Ruſticitas, an excuſet teſtem à pœna falſi in expreſſa contrarietate.*

50 *Teſtium depoſitio ambigua interpretanda eſt in benigniorem partem.*

51 *Teſtis, qui depoſuit in vno articulo, factum in palatio epiſcopi, in alio*

dicat,

dicat, in hoc palatio, cum examinaretur in palatio Poteſtatis, an conciliari poſſit vt probetur per totum vſque ad finem.

52 Contrarietas vnius teſtis non conciliatur ad probandum, & quomodo hoc.

53 Concordia vnius teſtis, multoties fit quoq; ad probandũ in cauſa. 58

54 Teſtis deponens ſemper per eadem verba, cenſetur premeditatus. 80. 117.

55 Teſtis tacendo veritatem tenetur de falſo, & ad id quod læſæ partis interſit.

57 Idem ſi dicat neſcire cum ſciat.

59 Teſtes concordati an probent, eſt in iudicantis arbitrio.

60 Verba teſtium ambigua non probant.

61 Verba teſtium ambigua interpretantur contra producentem.

62 Probatio debet eſſe concludens. 72.

63 Probatio dubia, an probet ſaltem in fauorabilibus?

64 Probatio per ſe dubia non recipit interpretationem à ſubiecta materia vt fidem faciat.

65 Ambiguum eſt quod plures poteſt habere ſenſus.

66 Teſtis deponens teſtatorem teſtamenti tempore fuiſſe inſanum, non per hoc reddit teſtamentum nullum.

67 Teſtis obſcurus non probat, & eſt verberibus afficiendus.

68 Aequiuoca pluribus modis vniuocantur.

69 Aequiuoca vniuocata ex adiunctis vel relatione aliorum verborũ probant etiam in teſte.

70 Interpretatio bona ſumitur ex antecedentibus, & ſubſequentibus.

71 Certum dicitur quod per relationem fuerit certificatum, licet per ſe incertum.

73 Probatio quid ſit?

74 Teſtium dicta debent eſſe de concludentibus.

75 Probatio generalis non releuat.

76 Teſtis in ſuamet depoſitione contrarius non probat, licet concordatus, plures autem concordati probant.

77 Teſtis vnus concordatus ſecundùm proprietatem ſermonis probat.

78 Contrarietas non euidens in vno teſte non impedit quin ꝓbare poſſit.

79 Concordia in vno teſte facta per eiuſdem alia verba probat.

81 Cap. cum tu, de teſtibus.

82 Concordia plurium teſtium prodeſt ad probandum.

83 Extenſio intelligitur prohibita in omnibus ijs, quæ ex benigna interpretatione recepta ſint.

Fallit

84 Fallit ſi benignitas hæc ſit inſcriptis recepta pro lege.

85 Æquitas ſcripta extenditur ad non ſcriptam, vbi ſit eadem ratio.

86 Teſtis qui primo deponit clare, ſecundò ambiguè, dicitur vacillans.

87 Teſtis vacillans non probat.

88 Teſtis facilius admittitur ad emendandum ſuum dictum in eadem de poſitione quàm in ſeparata.

89 Teſtis dicitur incontinenti ſe declarare, antequàm diſcedat à conſpectu iudicis.

90 Verba dubia declarantur per ea quæ in eadem re clara reperiuntur.

91 Et quid in teſte.

92 Teſtis ſecundum dictum ambiguum tollit fidem primi dicti clari.

93 Contrarietas non poteſt ſtare in eodem ſubiecto.

94 Argumentum valet de inſtrumentis ad teſtes.

95 Probatio p teſtes nobilior eſt, & potentior probatione per inſtrumēta.

96 Concordia in inſtrumentis & ſcripturis valet etiam ad probandum.

97 Præſumitur pro Notario & inſtrumento ab eo conſcripto.

98 Præſumptiones tres fiunt pro omni inſtrumento.

99 Teſtes ſi contradixerint inſtrumento, quid iuris? remiſſiuè.

100 Teſtes facilius reprobantur quàm inſtrumenta.

101 Litigantium dicta interpretanda ſunt in fauorem producentis.

102 Reſponſiones actoris ad poſitiones rei ſunt interpretandæ, vt non ſint contrariæ libello.

103 Teſtis in articulo mortis conſtituitus aſſerens ſe falſum depoſuiſſe, non tamen ei nocere poteſt pro quo depoſuit.

104 Teſtium depoſitio & partis confeſſio, quomodo differant, remiſſiuè.

105 Aequi boniq; caſus non poſſunt certis regulis præfiniri.

106 Prætorum & iuriſconſultorum officium, quodnam olim eſſet.

107 Interpretatio in relatiuis fit præcipuè à relato.

109 Ambiguitas per relationē præcedentium declarata nō impedit quin teſtis dictum probet.

110 Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.

111 Depoſitio tota vnius teſtis eſt indiuidua propter iuſiurandum.

112 Utile per inutile vitiatur in indiuiduis, cum cōſtat de inutilitate vitiantis; non ſi ſolum de ea dubitaretur.

113 Inſtrumenta duo à duobus notarijs verbis differentia, ſi poſſunt in ſenſu concordari ſubſtinentur etiam vt probent.

114 Scriptura etiam qualibet ita concordata probat.

115 Scripturæ plures vnius Notarij ſunt concordandæ ſi fieri poteſt etiã vt probent.

Nota-

116 *Notario æquiualent duo teſtes.*
118 *Teſtis non debet ſub ambiguo ſermone Deum & homines fallere.*
119 *Teſtium dicta quanti valeant iudicis arbitrio remittitur.*
120 *Teſtis interrogatus de palatio Poteſtatis, cum in eo examinaretur ſi dixerit, in hoc, non poteſt interpretari de alio, de quo antea depoſuerat.*
121 *Reſponſio ſemper relationem habet ad interrogata.*
122 *Teſtis qui dixit in hoc palatio, ſi examinabatur in palatio Poteſtatis non poteſt interpretari de alio palatio de quo antea depoſuerat, ad condemnandum aliquem in criminalibus.*
123 *Præſumptio non delicti prodeſt ad abſoluendum non ad aliquem condemnandum.*
124 *Teſtes plures contrarij non concordantur ad probandum, ſed ſtatur dicto plurium in aliquo concordantium.*
126 *Concordia teſtium tota eſt in iudicis arbitrio repoſita.*

ABſolutis textualibus conuenit, vt ad Gloſ. deueniamus, pariter Bart. atq; Iaſ. ordine ſeruato. Gl. prima in qua ſolùm ponitur caſus, omiſſa fuit à Iaſ. circa eam duo tãtùm propono. Primo, q̃a rectè dicit, Ego dicebam nõ iure ædificare, nec
1 exprimit rationem: nam † eam non eſt neceſſe allegare, niſi fuerit ab aduerſario petita, vt infra cũ Bar. in q. etſi petita fuerit, multæ ſunt, quæ prætendi poſſunt à nunciante. Vide hic Pau. Caſtr. qui artificiosè in hac glo. procedit. Secundò animaduertendũ eſt, dum in fine dicit, ſed tamẽ debeo poſtea remittere nunciationẽ, &c. tñ ſentit nunc fieri debere à parte, q̃d
2 falſum eſt, quia † Iudex eſt qui remittit, vt in d. l. vni. de remiſſ. ẽt
3 parte inuita ſi viderit iure ædificari. Benè verum eſt, poſſe † nunciantem ſponte à ſua prohibitione recedere tranſactione, vel pacto, vel ſimplici voluntate, etiam ſi Prætore authore nunciaſſet. §. indè quęritur, vbi Caſtr. ead. l. ſed hęc eſt potius conuentionis ſpecies, quæ remiſſionis vim cõtineat, quàm ſit remiſſio, de qua in tex. noſtro in ſecũda parte, & in d. l. vni. remiſſ. & Az. in ſumma huius tit. in fi. ſuper verſi. Edicto. duę ſunt glo. neſcio an vtraque ſit Accur. prima diuiditur in duas partes: in prima dicit, edictum de quo in hoc tex. eſſe de no. ope. nunc. q̃d potius interdictum dicendum erat, & habet duo capita, l. Prætor. §. deinde. infra eo. quæ in ſeq. gl. erunt declaranda. In ſecunda parte inquit,

Vlpianum

Vlpianum prophetizare de futuro edicto, ſeu interdicto: & ſic
quamuis dicatur hoc,tamen compræhendit illud de l. Prætor.
Pro iſtorum interpretatione aſſumam primam oppoſitionē Bar.
& eam, vt noſtri moris eſt,per cōcluſiones declarabo. Ex ea enim
colligo tria, vnū dum repræhendit Glo.in d. 2. parte, alterū dū
ſoluit oppoſitionem declarando propriam naturā pronominis,
hoc. tertium, dum ex ſolutione ſua infert ad quęſtionem de di-
4 cto teſtis interpretando. Primū eſt prophetizare† dupliciter, nō
ſolùm de futuris, ſed etiam de præteritis. Qui futura prædicit
5 ſemper prophetizat. Qui enarrat† præterita, nō ſemper, ſed tunc
tantùm,cum dicit occulta,& incognita, vt illud in ſacra pagina,
Prophetiza, quis te percuſſit? ſed quando refertur ad incognita,
non dicitur prophetia, vnde Moyſes in lib.Geneſis, quantum ad
literam ipſam fortè non ſemper prophetauit, quia quæ dicit de
diuerſitate locorum, & linguarum, potuit per ſe intellexiſse,vel
quia plures Prouincias peragrauerit,vel quia ab alijs audiuerit.
Prophetia.n.ad actūm ſupra naturam ſpectat, vnde nomen ha-
6 bet: nam Propheta† dicitur, quaſi procul uidens. Iſid. Etymol.
lib.j.reg.9.Etenim antiquitus prophetæ dicebātur videntes,vt 1.
Regum, cap.9. Cum autem prophetia ſit de penitus occultis, &
naturali ratione incognitis,ideo quicquid dicat Bar. hic,& alij,
7 etiam ad præſentia† interdum referri poteſt,puta ſi ea incognita
ſunt,& aliter,quàm per diuinam inſpirationē reuelari nequeūt,
vt per D.Griſoſt. in Proœm. ad Pſalmos,qui triplicem fecit pro-
phetiam,prout tria ſunt tempora, præteritum, præſens, & futu-
rum: ſed ea magis propriè,inquit,prophetia eſt, quę futurū præ-
dicit,& D.Thom.in 2.2.q.171.art.3.in definitione prophetiæ fu
8 tura tantùm cōpræhenditura. ſanè Moyſes† etiā rectè Propheta
dicitur,de quo ſcriptum eſt in c.vlt.Deuter. Non ſurrexit vltra
Propheta in Iſrael ſicut Moyſes: nam etſi ab origine mundi pręe
terita ſcripſerit,tamen multa eius facta atq; dicta præfigurabāt,
& quaſi in enigmate oſtendebant futuram verbi humanitatem,
atq; alia quæ diù poſt in Domino noſtro IESV Chriſto effectū
conſecuta ſunt,quod noſtrum non eſt exponere. Quicquid autē
ſit, videtur nullo modo, hic poſſe dici Vlpianus prophetaſſe,
quia bene nouerat edictum,de quo loquitur. Sed glo. voluit quo
dāmodo repræhendere Compilatores, qui debuerint potius ex-
ordiri hunc titu.à d. l. Prętor. Sed iudicio meo, magis fortè eſt
irridenda glo.& alij ſentientes cum ea, ꝙ in d.l. Prætor, ponatur
illud

illud edictum, de quo hic ſenſerat Vlpianus, cui quidē nihil imputandū eſt, ſecundùm ea, quæ ſupra diximus, & latius infra Se-
9 cundò colligo pronomina † hic, hæc, hoc, eſse demonſtratiuā ad oculos tam corporis, quàm animi, & ideo non eſse repræhendendum Vlpianum, qui dixit (hoc edicto) hoc eſt illo, quod ipſe mente quodammodo videbat. Nos autē dicimus ſuas interpretationes Vlpianum ſigillatim ſingulis edictis accōmodaſſe in libris, quos ad edictum inſcripſit. Occurrebat itaq; ei libro quinquageſimo ſecundo edictū interpretandū de noui operis nunc. Cuius verba antea recitaſſe credendū eſt, & ſtatim ſubieciſſe interpretationem, incipiendo per hęc verba (Hoc edicto) &c. Qui quidem modus loquendi ad oculos demonſtrat deſcripta verba edicti, prout ſimili loquendi modo vtitur in d.l. Prætor. vbi recitatis verbis interdicti ſtatim inquit (interdictum hoc) &c. Idem in eadem l.§.deinde. vbi recitatis verbis interdicti ſecundi, ſequitur immediatè (Hoc interdictum) &c. & alia exempla compluri ma edictorum, atq; interdictorum cuiq; licebit paſſim animaduertere. Deſunt autem hic verba edicti, quia ita compilatoribus viſum fuerit, iure, vel iniuria alij iudicent. Sanè Emil. Ferret. in l.
10 j. de pact. putauit † eorum errori tribuendum, nos autem non tantū audemus, & ita etiam intelligerem exempla glo l.j de pec. l.j. de pact. l.j. quod quis. iur. Vel dicamus pro defenſione compilatorum atq; etiam Vlp. in lib. 52. ad edictum ipſius, præceſſiſſe, ſi non edictū, ſaltem rubr. ſeu inſcriptionem de noui operis nunciatione, quæ denotaret agendum eſſe de edicto ſpectante ad nunciationem, & ideo bene incipit Vlpianus hoc edicto, &c. quę verba dicemus eſſe eadem, quæ in rubr. noſtra, vel ſimilia, hoc.n. parui refert, quia Compilatoribus mandatum erat, ut ex Iuriſcō ſultorum verbis hinc inde ſumptis opus Digeſtorum componerent, non ex eorum integris libris, uel tractatib. l.j. C. de vet. iure enucl. Et ſic defendentur Compilatores à nota Ferretti, & Vlp.
11 ab improprietate locutionis. Quantum ad docrinam † de pronomine hic, hæc, hoc, ꝙ referatur etiam ad intellectualia, idem refert Bar. in l. Meuius. §. duorū, de leg. 2. in l. 1. de pecul. And. Barb. in l. cū acutiſſimi. nu. 154. C. de fideicom. & qđ dicitur ſolere demonſtrare rem ad oculos, pariter erit verum: nam refertur, ad
12 oculos intellectus. Tribus.n. † modis oculus accipi videtur, pro viſu corporis, pro cognitione aliqua, quæ mente, & ītellectu percipitur item pro diligentia in adminiſtratione. vnde dicitur prouidentia

uidentia, & præuidere. Ita epiſcopus dicitur oculus Dei c. oues. 6.q.1. Archidiaconus oculus Epiſcopi, c. ad hæc. de off. Archid. Item ſeptem illi Diaconi, qui debent aſſiſtere Epiſcopo prædicāte, c. Diaconi. 1. & 2. 93. diſtinct. Et oculum officialium ſępè falli, dixit Inn. in c. ex parte. de fi. inſtr. intelligens de eorum doctrina, ſiue diligentia, & ita diſtinguebat tres iſtas ſignificationes glo. in c. quorundam oculos. de elect. in 6. Addatis & alias, nam interdū accipitur pro ſpe, quam habemus in Deum, vel alium, vt apud Pſalm. pſal. 122. ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Sicut oculus ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. & alibi ſępius, habita translatione, quia per oculos amamus & amata capimus. Item accipitur pro conſcientia cuiusq; vt cum legitur in ſacra pagina, oculus nequam, oculum ſcādalizare, feſtucam, vel trabem habere in oculis. c. multi. 1. q. 1. Quæ ſignificationes, & ſimiles ſunt per ſimilitudinem, & (vt aiunt) ἀναφορικῶς, ſeu tranſlatiuè.
13 At dum dicimus oculos mentis, ſeu intellectus, uidemus ſignificare illā partem ſenſus intrinſeci, quæ ducit ad intellectū, actum exteriorem oculorum, vt eſt quando per pronomen (hoc) oſtendimus rem corporalem, non præſentem perindè ac ſi præſens eſſet, ut in d. l. Meuius, §. duorum, de leg. 2. ibi, hanc eandem partem, & in l. fideiuſſor. §. 1. de pign. ibi, & hanc domum, ſed & incorporalia, quæ ſolū intrinſecè appræhenduntur, & nō per uim aliquam repræſentatiuam abſq; dubio poſſunt oſtendi per hanc dictionem, nec impropriè, quicquid dicat glo. in d. l. Meuius. §. duorum. in verſi. hanc eandem. Nec. n. dictiones inuentæ ad generalem quandam locutionem adeò ſtrictè interpretandę ſunt, ut materia detur frequentis improprietatis, ſicut ſupra diximus de Genitiuo, in Rub. Quod ſatis patet, quia non impropriè pronomen hoc, refereretur etiam ad alia corporalia, quæ ſubiacent aliijs ſenſib. licet non videatur, nec multa videri poſſint: alioquin fieret, vt inter cęcos nunquam propriè pronomen iſtud eſſet in in vſu, ſed ſicuti ad ea quæ in præſentia audiuntur, propriè abſq; dubio refertur, l. hoc articulo. de hęred. inſtit. vbi pronomen hoc, refertur ad dictionem quiſque. idem quoque dicendum uidetur in omnibus incorporalibus, quia ſemper incorporale eſt, quod auditui ſubiacet, & omne quod tange nō poteſt §. 1. de reb. corp. & incorp. Quamobrem non video, cur non æquè propriè referatur ad ea, quæ ſolo intellectu comprætenduntur. Vt cum dicimus, hanc actionem, hoc ius, l. hęc actio, de eden. l. hęc actio, de calumn.

ealum.l.hoc iure vtimur, de verb. obl.l.ſed etſi,l.§.ante litem. de pet.hæred.cum manifeſtiſſimi iuris ſit actiones, & iura, incorporalia eſſe.§.j.Inſtit.de reb.corp.& incorp.§. tā autem. Inſtit. de leg.& quid magis incorporale eſt,& ab oculis ac ſenſu omnium magis alienum,quàm hominum mens,& animus,& tamen legimus,hoc animo,in l.antiquis.de relig.& ſup.fun.& hac mente,in l.quod quis ſciens.de cond. indeb. in l.ſi is qui,in ſi.cōmod. & & alia multa,quæ prætereo,ne nimis curioſus videar. Videtur ta

15 men dictio † hæc oſtendere præſentiam quandam rei, de qua agitur,vel quia nunc videatur, aliovè ſenſu ſubiiciatur, uel quia mente nunc concipiatur.hoc verè ſentit Bar.hic,& in locis ſupra citatis, notauitq; iſtud idem in l. nemo dubitat, de hæred.inſtit. ibi,cum ſit coram qui oſtenditur.Nec obſtat tex.noſter ubi videatur referri ad edictum nō præſens,ſed longè inferius deſcriptū, nec alia exempla glo.per ea,quæ ſupra dicebantur. Sic nō obſtat l.quod dictum,cum gloſ.j. de ſeru.vrb.præd. nam eodem modo reſpondemus,& illam fuiſſe ſeparationem Compilatorum.Præterea verba illa, quod dictum eſt, poſſunt longiorem occaſionē præſeferre præſentem.ſunt.n.verba temporis perfectè præteriti,

16 quæ oſtendunt rem longius diſtare.Interdum refertur † ad rem, nec præteritam,nec præſentem,ſed futuram, ut per Bar.in l.j. nu. 4.C. de nouo Cod. facien. vbi etiam dat regulam, quando iſta dictio referatur ad oculos corporeos,& quando non. Videnda ſunt quæ hic Alex.Iaſ.& alij inferunt ad verbum uideo, quæ de-

17 ſeruiunt † pro teſtib. qui ſe vidiſſe dicant,ſub qua forma regulariter teſtari debent,ut eorum teſtimonio ſtari poſſit,l.teſtium. C. de teſt.vbi notat.& traditur in l.j.de verb.oblig. & in l. j. ſi cert.

18 pet.Item quod ponit Soz.de ſimili † dictione Iſte, iſta,iſtud, vbi quomodo differat ab articulo hic,hæc,hoc,quod deſeruire poterit mirum in modum pro ſtatutis in quibus ſimiles locutiones frequentes ſint, & ſolent ut plurimum in illis minutiſſimæ proproprietates obſeruari: nihilominus,ut idem teſtatur,illa differētia parum in iure noſtro,& minus in vſu communi attenditur. Quamobrem ſecundū latè diſputata ſupra in Rubr.non erit dubitandum de interpretatione ſtatutorū,præſertim cum vſus cōmunis ſtatutorū ſit iniūctus cū vſu legumlatorū.Latè hic ſumpta occaſione inferunt alij ad alias conſimiles dictiones, ſed in his nō inſiſto.Tertiò colligo ex Bar.illationem ad praxim, quā ipſe

19 facit ex iam dictis,Quod ſi teſtis † in vno artic.dicat, aliquid fa

ctum

ſturo in palatio Epiſcopi, in alio dicat, in hoc palatio, poteſt ſal
uari, quia intelligatur de palatio Epiſcopi iam dicto, non de eo
in quo examinaretur, puta ſi in palatio Poteſtatis, ut fieri ſolet.
Nam illud (in hoc) interpretabitur de dicto palatio Epiſcopi per
demonſtrationem quandam intellectualem, ſecundum ſupradi-
ctas doctrinas. Dictum hoc rectè proponitur per Bar. in teſte
deponente ſuper diuerſis ac ſeparatis articulis, quoniam in vno,
20 & eodem longè minor fuiſſet dubitatio. Nam dictio † hoc, eſt
relatiua, at relatio ſemper regulatur à proximioribus ad quæ fa-
cta præſumitur, l. hęredes. §. ſed et ſi notam. de teſt. l. talis ſcriptu
ra, §. fi. de leg. j. ubi Bar. & alij, Barto. in l. quęſitum, §. ſi quis fun
21 dum, de fun. inſtruc. & vicinitas ſcripturæ multum operatur
glo. in §. item lapilli, de rerum diuiſion. Cum. conſil. 44. Item
eadem dictio eſt pronomen; id eſt loco nominis: videtur enim
recepta ad abbreuiandum ſermonem celeritatis gratia, ne tam
ſæpe pronunciaret palatium Epiſcopi, l. ſi ita quis, de hæred.
22 inſt. vnde † crediderim hoc caſu, & defendi poſſe à falſitate,
& non impediri probationem articulorum, ſeu poſitionum,
ſuper quibus ita deponat quaſi varius, vel incertus videatur.
Sed quando ſuper diuerſo articulo ita teſtetur, videtur incon-
ſtans, & ideo iure dubitari poſſit, an condemnandus ſit de fal-
ſo, quia ſibimet contradicat. Si verò pœnam falſi euitet, re-
manet adhuc dubitandũ, an ſaltem tanquam ambiguus non
probet in cauſa? Has quæſtiones moderni tantùm ſeparauerũt,
23 & meritò: nam aliter conſideratur incõſtantia teſtis, vt con-
demnetur de falſo, aliter ſolum vt non probet. DD. in l. in-
ter ſtipulantem, §. 1. de verbo. oblig. & Canoniſtæ in cap. cum
tu. de teſtibus. Agamus & nos de vtroque capite. Circa primũ,
24 an † teſtis iſte euitet pœnam falſi? Bar. vbicunque ex profeſſo
de hoc agit, ſentit pro affirmatiua, licet in l. eos, de fal. in fi.
videatur generaliter uelle, teſtem diſſonantem in ſemetipſo,
non poſſe reduci ad concordiam, vt de falſo non teneatur, ſed
concordia ad hunc effectum ſolum admittatur inter plures. At
25 in contrarium eſt idem Barto. in l. de ætate. de minoribus, &
* communis * opinio, ſecundum Egidium Boſſ. in tractatu de Te
ſtibus tit. de oppoſ. conteſt. nu. 10. qui ob id arbitraretur Bar. in
d. l. eos, dixiſſe rem nimis mirabilẽ, ſi non aliter interpretaretur
eius intẽtio, de quo dicet aliquid infra. Et ſanè in caſu p̃ſenti eſt

ſatis manifeſtum, illud non eſſe uerum, quia vnus facilius con
26 ciliabitur quàm duo. Etenim ſi vnus† teſtis dixerit (in palatio Epi
ſcopi) alius verò ſimpliciter dixerit (in hoc) cum in palatio Pote
ſtatis examinaretur, nedum non conciliabuntur vt probent, ſed
nec euitabunt quæſtionem falſitatis. ita in hac eadem quæſtione
inquit Nellus à S. Geminiano in tractatu de teſtibus, nu. 185. in
fi. quia tunc non ſit locus conciliationi, de qua ſup. quæ tamē in
vno teſte nedum probabilis eſt ad fugiendam falſitatē, ſed & ad
probandum, vt infra videbimus. Et quidem ꝙ de falſo non te-
* neatur, credidit Bar. & eſt commu. * opin. vt hic teſtantur omnes,
& Egid. Boſſ. in d. Tit. de oppo. cont. teſt. nu. 11. licèt dubitari poſ-
ſit, ne Alex. hic, & Iaſ. & aliqui ex Moder. ut hic per Soc. duriorē
teneant opinionem contrariam. Vtilitas huius quęſtionis poteſt
27 eſſe maxima; cum † in iudicijs nihil fortè occurrat ſæpius tracta
ri, quàm interpretatio verborū teſtium, l. j. de teſtib. vbi glo. expo
28 nit, teſtimoniorum † vſum frequentem eſſe in in cauſis agendis,
& conſtat ex tot tractatib. ab antiquis, ac modernibrib. edictis ſu
per materia hac teſtiūm. Quorum multos ponit hic Io. Andr. ad
Spec. in tit. de teſt. in prin. Et additio noua ad tract. de teſt. Ioan.
Croti. Nōn. n. (niſi res eſſet quàm utiliſſima) opus fuiſſet, ut tot ꝑ-
clariſſima ingenia in eam rem operam nauarēt. Et quia hic mul
ta de teſtimoniorum interpretatione tractanda ſunt, dignum cē
ſui, ut circa hoc ſtudia noſtra impendātur. Pro opin. contra com-
munē primò allegatur glo. in d. l. Meuius, §. duorum de leg. 2. quę
29 vult, pronomen † (hoc) impropriè referri ad incorporalia. Verū
* glo. illa communiter * reprobatur, ut hic per Iaſ. ſed ſi approba-
30 retur, tamē ad † euitandā pœnam falſi non inconuenit fieri inter
pretationem per impropria, iuxta not. in l. in pœnis. de pœn. & in
c. odia, de reg. iur. in 6. Et melius in l. nec exemplū. C. ad leg. Corn.
de falſ. l. 2. vbi Bart. C. de his qui ex pub. ratio. lib. x. Cyn. in l. ſi-
quis Decurio, C. de falſ. Bald. conſi. 33. lib. 3. no. in c. cum Ioan.
31 eremita, de fi. inſtr. vbi† communiter * firmatur, neminem teneri
* de falſo, qui à dolo poſsit aliquo modo excuſari. Gratia. Deciſ.
60. nu. 7. Pet. Reb. in l. rectè dicimus, de verb. ſig. in fi. princ. Quo
ſtante, authoritas illius gl. poſſet potius prodeſſe huic teſti, quia
permittit pronomen (hoc) aliquo modo referri ad incorporalia.
32 Sed Ruy. auget arg. quia illud, ꝙ † dictio (hoc) referatur etiā ad
non pręſentia, ſit intelligēdū, quoties de re incorporali ageretur,

& ad

& ad hoc extendatur improprietas, per quam ſaluetur teſtis à falſo. At ſi ageretur de re corporali, natura iſtius dictionis ſic, ut non poſſit eam referre, niſi præſentem. In quo benè repræhendi tur Ruy. per Florent. & Seneſ. frequenter. n. contingit, vt corpora lis res hoc modo loquendi deſignetur etiam non præſens, non ta men hoc denotatur, ꝙ corpus ipſum abſit, ſed eius præſentia ra tione ſermonis, uel ratione temporis, vel alio quolibet reſpectu vt ſi dico, hic ſummus Pontifex Bononienſis eſt, ſignifico non eius corporalem pręſentiam, ſed vel ꝙ de eo inſtitutus ſit ſermo, vel qui nunc ſit Pontifex. Sic in d. l. Meuius, §. duorum, dictio (hác partem) denotat rem non pręſentem, ſed de qua tanquàm præ ſenti agatur. Sic in l. fideiuſſor, §. pater Seio. de pig. vbi etiam hãc domum. Et facile erit cuiq; exempla plura in iure notare. Quo ca ſu dicunt quidam dictionem (hoc) ſimul ad oculos corporis & intellectus relationem habere. Et hoc credo uoluiſſe Bar. & Bal. in l. j. C. de nouo Cod. confirm. non igitur tenet Ruyni pondera-
33 tio. Secundò allegatur glo. † commu. * approbata in l. ſtipulatio iſta, §. hæc verba, de verb. obl. quę vult, verba teſtiũ intelligenda groſſo modo, non ſecundũ regulas Iuriſperitorum. Bar. in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. ſi iurauero, de iureiur. in l. j. C. de vſu, & habit. ubi gl. & DD. in l. ꝙ ſi nepotes, de teſt. tut. Bal. in ti. de pace Conſt. in §. poſitiones. Imo. in l. 2 de duob. reis. l. Labeo. de ſupel. lega. l. ſciendum, §. illud. de ædil. edic. c. ex literis, de ſponſ. Alex. in l. poſt dotem, ſol. matr. & conſ. 82. lib. j. & Fely. in c. cum clamor, de teſt. cum concord. quos ibi ipſe allegat, & Alex. hic. Reſpondeo, illud
34 eſſe pro ſaluandis † dictis teſtiũ, & præſertim pro ipſis defenden dis à falſitate, ut ſemper loquuntur allegati DD. nemo. n. vnquã dicet (ſi ſapiat) teſtium verba eſſe interpretanda groſſo modo, ad hoc ut teneantur de falſo, prout fieret in caſu noſtro, ſecundum hanc argumentationem: quinimo regula d. gl. procedit in ſubſi dium, & ita intelligunt præfati DD. ſcilicet, vt interpretatio groſ ſo modo fiat, ſi alioquin ſecundũ ꝓprietatem vel vſum Iuriſcon ſultorum inſtaret periculum falſitatis. Præterea non eſt interpre tatio ex ſubtilitate peritorum, ꝙ dicatur pronomen (hoc) referri ad rem non præſentem, ſed potius videtur ex groſſo ſermone, quia ruſtici, vt plurimum non ſolent facere differentiam inter di ctiones (hoc) & illud. ideo gl. in d. §. duorũ, ſentit eſſe impropriã. Quòd ſi verum eſt, non poteſt videri peritorum, quia ij cenſen tur propriè loqui, iux. not. in d. l. quòd ſi nepotes. de teſta. tut. Et

35 quod dicitur referendum† eſſe hunc ſermonem ad oculos intel-
lectus, eſt reddere rationem, ſecundum quam ſubſtineri aliquo modo poſsit vſus vulgarium, quamuis plerunque vulgus neſciat diſtinguere: non enim eſt nouum, vulgus uti aliquo ſermone, cuius vim non intelligat, ut memini dixiſſe in Rubri: hac.

36 Tertiò mouentur Alexan. & Iaſ. per dic. doctrinā† Barto. in d. l. eos, in fi. de falſ. vbi videtur determinare, concordiam teſtium requirendam eſse inter plures ſimul non conſentientes, ſed non in vno, & eodem, quem in ſe concordari poſſe negat. Allegant ad hoc etiam eundem Barto. in d. l. de ætate. quæſt. 1. de min. ſed in meo cod. potius dicit contra, & ita pro contraria ſæpius vidi allegatum, præſertim per Felyn. in cap. cum tu. de teſt. vult enim teſtem deponentem de certa ætate alicuius, puta quatuordecim annorum, ſi poſtmodum interrogatur quo tempore natus fuerit, reſponderit ſe neſcire, concordandum eſſe, ea ſane ratione quam ipſe affert. Similiter in l. Labeo. de ſup. leg. vbi pariter concordant teſtem in alia ſpecie, qui contrarius videbatur. Ergo non eſt ex illius intentione, quòd teſtis in ſuis depoſitionibus non ſit concordandus, præſertim ſi facile fieri poteſt. ſed quod

37 dicitur in l. eos, † intelligendum eſt quando ſumus certi de depoſitione diuerſa, & inconſtanti, non quando aliquod dictum poteſt habere plures interpretationes. Si enim de hoc fuiſſet ſpecialiter Barto. interrogatus (ita me Deus amet) prout reſpondiſſet concordem interpretationem aſſumendam, ut facit in d. l. de ætate. in dic. l. Labeo, & alibi ſæpius. Sed ex eius intentione

38 † fuit, quòd textus ille, in quo diſponitur eos, qui diuerſa teſtimonia tulerint, teneri lege Cornelia, intelligendus ſit de ſingulis teſtibus in ſe ipſis diuerſis, vel contrariis; non de pluribus quorum vnus alteri ſit contrarius, reddit rationem: namque vnus teſtis, qui verè diuerſa dicat, nunquam conciliabitur, ſed

39 plures † conciliabuntur quoquo modo, ut falſi non ſint, vel ſtandum erit dignioribus, iuxta not. in l. ob carmen, de teſt. Nec voluit ille textus hos, qui conciliari nequeunt, de falſo accuſari: nam alter ex his falſus non eſt, & magis expedit nocentem abſolui quàm innocentem condemnari. l. abſentem, de pœnis, & de hoc erit iterum, infra agendum.

Cum itaque nihil probent adducta per Alexan. putò partem contrariam eſſe veriorē. Primò per d. c. cum tu, de teſt. nec ob. quod loquatur in plurib. teſtib. nō in vno: Nā eadē rō benigníoris interpreta-

terpretationis, qua vtitur ibi S.P. militat etiã in vno cõcordãdo ſecũmet: Quinimo maior, quia ꝑ ſe hẽt generalẽ iuris pſumptionem, ꝙ noluerit eẽ cõtrarius vel ſe corrigere, l.nõ ad ea, de cõdi. & demonſt. At in caſu d.c. cum tu, potius generalis præſumptio
40 erat in contrarium, quia ſcilicet non ſit † præſumenda actuũ multiplicitas, l.fi.C.de reb.cred.l.2.C.de bon.poſſ.ſm tab.l. qui in pſentia, de proba. quæ tamen ibi pro ſaluandis teſtib. præſumitur. ita ponderat Pariſ.hic, nu.43.& habuit à Croto hic & in trac.de teſtib.par.7.nu.327.& ante hos Tynd.in tract.de teſt.lib.3.c. 12. facit etiam glo.in d.c.cũ tu, quæ vult illã interpretationem faciẽdam eſſe quo ad euitandam pœnam ſpiritualem, quod etiã in uno teſte magis procedit, quàm in pluribus, quia vnius conſcientia facilius concordatur in vnummet ſenſum. Augetur etiam argumentum, quia illud ibi procedit, quando certò apparet inter plures teſtes contrarietas, quod ſi tũc conciliatio admittitur, longè magis videtur in uno admittẽda, vbi verba contraria non ſint nec diuerſa, vt fortè in caſu noſtro, ubi ſolùm agitur ad remouendam dubitationem contrarietatis, de quo ĩ. Secundò mouetur Alex.& benè, per argumentum Bald.in l.data opera. C. qui accuſ.
41 non poſſ.nu.49. Namq; nemo. prçſumitur † velle ſe incontinenti corrigere, d.l.non ad ea, de cond.& demon.Bar.in l j.§.& parui. quod vi, aut clam. Alex.in l.ſi mihi.§.fi.de leg.j.& in conſi. 28. in
42 fi.lib.4.Alc.præſ.28.reg.2.vel melius, nemo † prçſumitur ſibi cõtrarius, vt dicit Bar. in d.l.eos.& in d.l.de ætate.Bal.in d.l.data opera.Alex.conſi.42.li.4 conſi.141.col.4.lib.2.Soz.conſi. 56. col. pen.lib.4.Alc.dic.præſump.28.nu.10.& præſ.31.nu.4.Reg.2.ratio eſt, quia contrarietas in eodem ſubiecto ſit naturaliter prohibita, ſicut nec fieri poteſt, vt in eodem inſtanti quis duo contraria velit, ita nec præſumetur duo contraria dixiſſe. Et quod idem Alex.reſpondet. nos eſſe in contrarietate manifeſta, & præſum
43 ptionẽ nullam † prodeſſe contra id, quod expreſsè verba ſonãt, c. quia veriſimile, de prçſump.Bal.in l. fi. per illum tex. C. de hære. inſtit.& in l.2.C.ad leg. Corn. de ſicar. Negarem aſſumptũ illius hic eſſe manifeſtam contrarietatem per ea, quæ dicta ſunt, quæ infra dicentur. Vel dicerem interim, illud intelligẽdũ quoad pro
44 bationem faciendam in cauſa, ſecus † quo ad euitandã pœnã falſi, quia benignior tunc interpretatio ſuſcipi debet, vt in d.c.cum tu.l.2.vbi Bar.C.de ijs, qui ex publ.rat.lib.x.& in l. Gallus.§. ille caſus, de lib. & poſth.Ange. in l. 2. de iuriſdic.omn. iudic. & eſt

O 3 ratio

45 ratio, † quia falſitas debet omnino eſſe concludens, gl. & DD. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pact. & vt ſupra diximus, quomodocūq; pt euitari dolus, ceſſat falſitas. Bal. in c. j. §. notādū. de not. feud. Alex. in l. quid tamen, §. ſi arbiter. de arb. Boſſ. in tracta. de
46 teſt. tit. de publ. &c. nu. 37. Dolus† autem ſemper probari oportet, vt eſt reg. in l. dolum, C. de dolo. Nos verò hic agimus de pœna
47 falſi euitanda. Tertiò improprianda † ſunt verba teſtium, ne quis ſit ſibi contrarius. Bar. in d. l. 2. C. de ijs, qui ex publ. ration. libro x. & Alex. hic. Sed ſaltem per impropriam ſignificationē pronomen (hoc) refertur ad incorporalia non præſentia, ut per glo. in d. l. Meuius. § duorum. & Alex. & omnes admittunt. Nec obſt. limitatio ex ſentētia Rom. hic illud non procedere in peritis, ſed ſolùm in idiotis. Quod etiam ſentit Tynd. in d. tract. de teſtib. lib. 3. c. 6. nu. 5. Nam reſponderem, illud intelligendum, quantum ad
48 probationem faciendam, nam teſtes idiotæ, quales † regulariter omnes eſſe creduntur, Tynd. in d. tract. lib. 1. c. 12. in fi. & lib. 3. c. 6. nu. 4. probant etiam per groſſa verba, literati verò euitant pœnam falſi, quaſi & ij cenſeantur locuti groſſo modo, quia in delictis proniores eſſe debemus ad abſoluendum, quàm ad condem
49 nādum. d. l. in pœnis, & l. abſens, de pœnis. Vel reſponderem, † ruſticitatem excuſare quando eſſemus in expreſſa cōtrarietate, qua ſi tunc ſola ſimplicitas eum liberet à pœna, præſumiq; faciat nō dolo depoſuiſſe. Ita Ang. in §. licet. col. 2. auth. de teſt. & Iaſ. in l. ſi quis id quod §. j. de iuriſd. omn. iud. quod tamen dubium eſt, ut ex allegatis per Tyraq. in tract. de pœn. temper. cauſa 11. nume. 15. Nō obſt. etiam reſpon. Alex. illud intelligi, vbi cōtrarietas in verbis ſit manifeſta, nam & iſtud negarem, ſi ſenſus elici poteſt non contrarius, per d. c. cum tu. Et poſſumus defendere, hìc uel nullam eſſe contrarietatem, vel ſaltem non manifeſtam. Quartò dubitari non poteſt, quin teſtis potuerit in ſecūdo articulo intelligere de palatio Epiſcopi, ſaltem per impropriam ſignificationem, ut per glo. in d. l. Meuius. §. duorū. Ergo dicemus eſſe ambi-
50 guam † depoſitionē, & ideo in benigniorem partem interpretabitur, ut per DD. in d. l. inter ſtipulantem §. hęc quoq; & quis dubitat, benigniorē interpretationē eſſe, per quam euitatur delictum? l. meritò. pro Soc. cū ſim. quam reg. procedere in defendēdis teſtibus ambiguis, probat d. c. cū tu. & ibi gl. & ſcrib. Crot. in d. par. 7. nu. 299. faciunt tradita p Spec. in tit. de teſt §. 1. verſi. item ꝙ obſcurus. Bal. in l. fi. C. de emend. Cod. Iuſt. not. Abb. Fely. & cęteri in c.

cum

cum clamor, de teſt. quod ſatis erit ad defendendum teſtem à fal
51 ſitate. Maior eſt difficultas ſequentis capitis, an † propter uarie-
tatem non probet, ſtāte ꝙ excuſetur à falſo? Namq; Bar. in d. l. in-
52 ter ſtipulantem, §. j. de verb. obl. vult, contrarietatem † vnius te-
ſtis poſſe concordari, ut non teneatur de falſo, ſed non ut alicui
proſit eius teſtimoniū. Idē ſentit gl. & Ant. in c. in noſtra, de teſt.
& Ant. & Abb. in d. c. cum tu. Bar. in d. l. Labeo, & in d. l. de ætate,
& in l. 1. C. de vſufr. Butr. in l. de ætate. de prob. Rom. in l. 2. §.
creditum. ſi cert. pet. Tynd. in d. tract. de teſt. lib. 3. cap. pen. & ita
* commun.* tenetur, ut per Alex. in d. l. inter ſtipulantem. §. j. & Io.
Crot. in d. tract. de teſt. part. 7. nu. 330. qui tamen nu. 176. dixerat
eſſe articulum nunquā bene diſcuſſum, & Alex in d. l. inter ſtipu-
lantem. §. 1. inquit eſſe paſſum multum intricatum, nam & ſi Bar.
ibi generaliter firmet, tamen ſæpè idem in alijs caſibus alias re-
53 ſpondit, teſtem † quamuis varium reductum ad concordiam per
aliquam legitimam interpretationē probare. ita in d. l. Labeo. de
ſup. leg. in d. l. de ętate. in duplici ſpecie, de min. in l. in inſulam, §.
1. ſolu. matr. & plures alios caſus ex eodem Bar. ponit Ro. hic &
Tynd. in d. tract. de teſt. lib. 3. c. 6. & ſæpius per totum tractatum,
pręſertim aūt in toto li. 1. Nec erit difficile ex alijs quoq; Interpre
tibus cōgerere multas alias deciſiones, vbi admittatur cōcordia
teſtiū, qui prima facie varij, vel cōtrarij videātur ēt ad ꝓbandū
in cauſa. & re vera, ſi teneremus quālibet varietatē impedire pro
bationē ac fidē teſtiū, nulli unq̄ teſtes probarēt. quis. n. poſſet in
ſuo teſtimonio adeò eſſe conſtans, vt in aliquo non differat? Qui-
54 nimo, quādo ſemper ꝑ eadem † verba deponit, nō caret ſuſpitio
ne præmeditationis, l. 3. in §. tu magis. vbi Bar. & cæt. de teſt. Bal. in
tit. de pace Cōſt. in fi. Io. And. in c. nihil, de verb. ſig. Fel. in c. ex te-
nore, de teſt. Iaſ. in l. 2. C. de bon. poſ. ſm tab. Corn. cōſ. 102 nu. 5.
lib. j. Curt. in tract. de teſt. col. 14. vbi ēt pulcrè limitat. Mirū qdē
videtur in hac re Bar. tam ſæpè variaſſe: nā in d. l. eos. de falſ. vide-
tur voluiſſe vnū teſtem nullo pacto poſſe concordari, ēt ad euitā-
dam pœnā falſi. Aliàs, ꝙ imò ꝓbet, vt in d. l. Labeo. & ſim. ſup.
citatis. Tertiò ꝙ euitet pœnā falſi, ſed nō ꝓbet, ut in d. l. inter ſti-
* pulantē. §. j. & hoc cōmun.* tenetur, vt iā diximus, ex Alex. ibi. Por
55 rò, quantū ad id qd dicit † Bar. in d. l. eos. diximus iā, illud proce
dere, vbi cōtrarietas ſit expreſſa in tantū, ut de ea interpretādę ra
tione verborū agi non poſſit, vt ſi vnus & idem teſtis mō diceret
aliquid factum, modò verò nō factū, vel factū antea, & factū po-

ſtea,nam tunc in vno teſte nō pt fieri interpretatio, q̄ in d.c.cum tu.quia vnius ſenſus circa idē non pōt eſſe varius,at ille eſt in ſermone falſus,q. cū vnū tantū ſentire dēat,plura exprimit. hoc in pluriū teſtimonio nō procedit.Et ita declarabamus ſ. illud dictū Bar. qđ ſetit ēt Alex.in d.§.j.Tynd.in d.trac.de teſt.lib.3.c.12. nu. 2.Fel.in d.c.cū tu.in prin.& Egid.Boſſ.in d.trac.de teſt.ti. de oppoſ.cōtra teſt.nu.10.qui ferè ſentit idē,ſed in ſenſu verborū Bar. videtur defeciſſe nō nihil.At ſi verba poſſunt habere plures ſenſus,dubitatur nūquid ſm ſenſum cōcordantē ſit facienda interpretatio vt pbet in cā,vel potius iſtius teſtimoniū tale reputetur, quale & eorū qui vt euitēt iniuriā vtriuſq; partis ſemp reſpōdere ſolēt ſe neſcire,qui tamē non ſemp euitāt pœnā hanc,& ſi veri
56 tatē† reticuerint,tenentur tamē proculdubio parti lęſę,quāti ſua interſit.Bar.& Iaſ.in l.pſcriptione,C.ſi cont.ius vel vtil.publ.Bal. in l.pſbiteri,C.de Epiſc.& cler.in c.fraternitatis,de teſt.Bal.Ang. & Alex.in l.argentarius,§.cū aūt.de eden.Fel.in c.j.de teſt. cog.ubi ponit tres vtiles limitationes.Tiraq.de pœn.tēper. cau.43. nu.
57 15.qui multos cumulat,& ſpecialiter in eo qui † dicit ſe neſcire, cū tamen ſciat,Nellus à S.Gemi.in trac.de teſt.par.2.nu.245. ſed multis ex cauſis nōnullorū teſtimonia inutilia ſunt,nec pœnā irrogāt.vtiliter itaq; dubitatur an tale ſit iſtud,de quo agimus? Vt dixi,cōiter creditur teſtem concordatū inutiliter intelligi productū.ita de cōi* teſtatur Alex.in cōſ.20.In cauſa appellationis, verſi.nec iſtis ob.nu.3.lib.4.& conſi.190. viſis atteſtationib.nu.1. lib. 7.Boſſ.in d.tract de teſt.tit.de oppoſ.cont.teſt.nu.11. Math. inter cōmu.opi.in ver.Teſtis.ver.quādo vnus.Eman.Soarez.recep. ſēt. in littera,T.nu.146.& ſentiebat eſſe commu.Tynd. in d.lib.3.c. 12.& Alber.Papien.in tract.de teſt.c.vlt.nu.29. Crot. in tract.de teſt.par.7.nu.330.& hic,nu.5.Et p ea videtur ſentire Bar. hic in caſu noſtro,iūctis,q̄ dicit in d.l.inter ſtipulātem,§.j. vbi.n.voluit verba dubia teſtiū interpretari ad euitandā contrarietatem, ſed non vt pbent Hic verò in vlt.verbis huius q̄ſtionis: niſi (inquit) cā contrarietatis euitandæ intelligerē, q̄ demonſtraretur res corporalis.Idem ēt ſentijt manifeſtius in d.l.j.de pec.Niſi cā (inquit) conuertatur,& intelligeremus q̄ demonſtrarentur res corporales, &c. qđ in Bar.miror ab alijs non fuiſſe conſideratū. Cū hac eadē opin.fuit Nellus de S.Gemin.in d.trac. de teſt.nu.185.& oēs moderni hic, intātū vt dicāt Senenſ. nullū aliū aliter tenere: ipſi verò ab hac opin.recedūt, volētes teſiē hunc etiā probare. Cęterum,

rum, quantum ad generalem quęſtionem, an teſtis varius cócor-
datus probare poſſit in cauſa, multi tenuerunt cótra cóem, & ma
ximæ authoritatis viri. Inter quos Alex.in d.l.inter ſtipulantem.
§.j.& Fel.in d.c.cum tu.nu.3.cum ijs, quos allegant, & pro ea par
te deducuntur exempla multa ex gl.tam iuris ciu.quam Canon.
& ex alijs complurib.authorib.vt ibi per eos, intantum vt nó du
bitét in aliquib.exemplis comm.opin. eſſe in cótrariú quod pro
58 bét.vt eſt illud † ex Bar.in d.l.Labeo.de ſup.leg.prout ſentit Tyn
da.de teſt.lib.3.c.vlt.nu.4.& Ioan.Crot.de teſt. par.7.nu.330. Idé
in alio exemplo Bar.in d.l.de ætate.de minor.& in alio Alber. &
Alex.in l.non erit.§.dato, de iureiur.vt per Crot.d.par.7. nu.329.
Quæ variatio inde forte fit, quia diuerſi admodum ſint modi có
cordandorum teſtium, alij alijs veriſimiliores. Atq; hoc videtur
59 vnú † ex capitib.iuris in qb.nihil aſſeri generaliter pót, q nin deci-
piamur, ſed plurimú in iis neceſſe eſt tribui iudicis officio, atq;
arbitrio, qui ex qualitate perſonarú, cauſarú, téporú, cæterarúq;
circúſtátiarú præcipuè cú aliis depoſitionib.facta collatione iudi
cet quáti valeat cócordia, quæ ſibi offertur.arg.l.3.de teſt.& sétie
bat Fel.ex ſnía ſui Præceptoris in d.c.cú tu. ſimiliter & Ang.in §.
licet Auth.de teſt.col.2.monet iudices vt diligéter animaduertát
circa cótrarietates teſtiú ruſticorum, quia facilè verbis circúue-
niútur, ne eos puniát ex qualibet producta cótrarietate.Et pédere
hoc plurimú a qualitate teſtiú & cótrarietatis, quæ ꝓponeretur,
firmat Tiraq.de pęn.temper.cau.11.nu.16.Quapropter ſingulę
cauſę ſingulas deſiderát diſputationes, quod noſtrú nó eſt, ſed eo
rú munꝰ qui foréſib.diſcuſſionib.pręſunt.ſolú videamus, an in ca
ſu propoſito circunſtantię tanti valeant, vt teſtimonium etiá pro
bet in cauſa? DD.vnanimes credunt non probare, Soc.ſolus cre-
* didit affirmatiue. Primo igitur pro Bar.& communi* allegatur c.
60 in præſentia, de prob.ex quo colligunt verba † teſtium ambigua,
vel non probare, arg.l.vbi aút.§.qui illud.de verb.obl.l. cú in cer-
tis.de leg.j.l.duo ſunt Titij.de teſt.tu l.vlt.C.de annali excep.vel
61 interpretari † contra producentem, vt per gl.in d.c.in præſentia.
in ver.dubium, & poſt eá Inno.Hoſt.Imo.Abb.Fel.& Dec.facit.c.
ex literis.eod.tit.c. inter dilectos, de fi.inſtr. Bal.in l.quoties.§.ſi-
quis ita, de hæredi.inſtitu.Bart.in l.ſiquis intentione ambigua,
de iud.Alexan.conſi.152.lib.5.Felin.in c.ſuper his de accuſatio.
Hypp.ſing.267.& in Rubr.C.de probatio.Dec.in conſilio 121.&
62 in l.in contrahenda, de reg.iur.vbi ponit rationé, quia probatio †
debet

debet eſſe concludens.l.non hoc,C.vn.cog.Lanfranc. de Oria. in
tract.de teſt.nu. 24. Alex.conſ. 51.& conſi. 109.lib.j.& ita commu
niter * firmatur, vt refert Eman. Soarez. inter receptas ſententias,
63 in ver.teſtes,nu.260.Quod ampliatur habere † locum etiam in fa
uorabilibus,Tiraq.de retr.conſ.§.j.gloſ.17.nu.5.Hæc etiam pro-
64 batio † ambigua vt probet,regulatur a ſubiecta materia,gloſ.in l.
j.C.de vſur.Ant.& Abb.in c. fraternitatis.de teſt.gloſ.Abb. & Fel.
in d.c.in præſentia, nu.14.& nu.15.vbi ponit ſex bonas limitatio
nes,quando probatio veriſimilis vel non neceſſaria concludens
admittatur.In caſu autẽ noſtro dictio,hoc,eſt ambigua, quia po-
teſt referri ad palatium Epiſcopi, de quo antea depoſuerat,& ad
65 palatium Poteſtatis,in quo examinetur.ambiguũ enim eſt, quod
poteſt plures habere ſenſus,Fel.in proœm. decret. Dec. in c.fi. de
conſt.Soz.in l.ambiguo, de reb.dub.& Cicero ad Herenn.Ex am-
biguo autem controuerſia naſcitur,cum ſcriptum duas, aut plu-
res ſentẽtias habet, &c. quem refert Cag.& ſequitur in l.ſemper
in obſcuris,nu.3.de reg.iu.Eſt etiam bonum exemplum de teſte,
66 † qui deponit teſtatorem teſtamenti tempore fuiſſe inſanum, nõ
probet teſtamẽtum,quia eſt quædam inſania, quæ non prohibet
teſtamenti factionem.ita firmat Domin.in c.conſilia.17.diſt. per
illũ tex. refert Fel.in d.c.in *præſentia*, nu.14.& plura ſimilia exẽ-
pla de teſtibus, qui propter obſcuritatem non probent,congerit
Ioan.Crot.in tract.de teſt.par.7.nu.284. Atque hoc habet æquã
& optimam rationem,nam ita occurritur malitijs quorundam,
qui putant per ambiguos ſermones obtinere in cauſa, & ſaluari
67 a periurio,quaſi ſic & Iudicem, & Deum fallãt:ac ideo † ſancitũ
eſt,teſtes propter obſcuritatem verberib. affici debere. §. ſi vero
incogniti.Auth.de teſt.Ego tamen reſponderem,illud verum eſ-
ſe,quando verba ambigua æquiuocata non ſunt, namque ſi ſin-
gula verba per ſe tantum attenderentur,nullum ferè eſſet nõ am
biguum,& conſequenter vix vlla vnquam dicta teſtium ſubſtine
68 ri poſſent. Vniuocatio † autem fit pluribus modis, interdum ex
ſubiecta materia,vel fauore loquentis,vel eius in quem verba di-
riguntur,vel rei de qua agitur. Interdum econtra odio iſtorum,
quas & ſimiles vniuocationes admittimus nunc contra hãc regu
69 lam in teſtibus regulariter non habere locum. Sed alia † eſt vni-
uocatio,quæ fit ex verbis adiunctis,vel ex relatione aliqua, vt cũ
dicimus rem poſſeſſam;licet enim rei nomen æquiuocum ſit, vt
nihil certè magis.l.j.in fi.ſi cer.pe.& referat corporales,& incor-

porales

porales ęquè propriè.l.j.de rer.diuiſ.§.j.Inſti.de reb.cor.& incor po.§ tam autem,Inſti.de leg.tamen in dicto ſermone incorporalis excluditur,quia hæc poſſideri non poſſit. l ſeruus.§.incorporales,de acquir.rer.domi.l.3.in princ.de acquir.poſſ.l.ſequitur §. ſi viam.de vſucap. Ergo ſi dixerit teſtis,rem poſſeſſam, nō reprobabitur quaſi æquiuocus,cum non expreſſerit de corporali. Talia ſunt pronomina & omnia quæ relationem ad aliud habent, quæ vniuocātur ab eo quod per eas dictiones refertur, quinimo illinc in totum pendent,cum per ſe nihil ſint. Quam expoſitionē ſi negaremus eſſe faciendam in depoſitionibus teſtium,raro contingeret,vt non omnia eorum dicta ſubuerti poſſent. Ad quod fa

70 cit,quia præcedentia † & ſubſequentia verba plurimum conferunt ad veram ſumendam interpretationem. l.fi.§. cui dulc. vbi gloſ.not.de trit.vino & ol.leg.l.nam quod liquidè. in fi. de penu

71 leg.Idem etiam ſonat illud,quod dictum per ſe incertum,† ſi referatur ad certum,& illud certum dicitur.l.ait Pretor.in princ.de re iud. quod in teſte exponit Fel.in c.cum in tua,col.j. de teſta. Quam etiam regulam habere locum in concordanda confeſſione proceſſu,& teſtibus dicunt Bal.& Iaſ.in l.cum falſa.ad finem. C.de iur.& facti ign.Quamobrem in caſu propoſito dicemus dictionē, hoc,referendam eſſe ad palatium Epiſcopi,de quo antea depoſuerat. Nec fuiſſe dubitādum de palatio Poteſtatis, cum de eo nihil fuerit dictum. Et quia ſatis conſtat ex alio quodnam palatium per eam dictionem referri uoluerit. Secūdo facit ferè eo-

72 dem modo,quia probatio † debet eſſe de concludentibus. l. non hoc.C.unde leg.& d.c.in præſentia,ubi communiter * not.& longe tractatur.Io.Andr.& Abb. in c.auditis,de præſcr.Bal.& mod.

73 Bono.in rub.C.de prob.Facit probationis definitio,quia† nihil aliud ſit,quàm rei dubiæ per arg.oſtēſio.Azo in ſum.C.de prob,

74 Idem dicitur de dictis † teſtium,quia debent de neceſſitate concludere,Bar.in l.de minore,§.pluriū,nu.20.de quæſt. ubi ex hoc firmat,quod teſtis reddens rationem de fama, quia uidit obſeruari a toto populo,uel per totam ciuitatem,non probat. debet.n. adijcere a quo populo,& de qua ciuitate ſentiat,refert Fel.in d.c. in pręſentia,nu 14.ubi etiā ſimiles caſus recenſet, & alios plures Crot.in d.tract.de teſt.par.7.nu.283.cum ſeq. Eandem regulā in teſte pariter probat Corn. conſ.53.nu.4.lib.2.Hinc etiam latior fit regula,quæ colligitur & tractatur in d.c.in præſentia. Quod

75 probatio generalis non probat,ſed debet concludere ſingulariter in

ter in re de qua agitur. Sic dici poteſt in caſu noſtro,quod illud in hoc palatio,quaſi generalis ſit ſermo, cum non exprimat de quo palatio ſenſerit, reijcietur. Reſpondetur,imò ex eiuſdem teſtimonio apparere eum intelligere de palatio Epiſcopi non Poteſtatis,de quo nihil exprimitur. Et eadem ratione videri poterit neceſſaria probatio hæc,ſi in cæteris conſonat. Nec obſtabit doctrina Bar.in d.§.plurium.nam ideo illud teſtimonium nõ valet, quia ex adiunctis conſtare non põt de quo populo,vel de qua Ciuitate ſenſerit,quo pacto plura alia diſſoluentur. Tertio allegatur gloſ.mag.in c.in noſtra.de teſt. quæ magiſtraliter tractat de
76 omni controuerſia dictorum teſtium,& in princ.de teſte,†qui ſit in ſuamet depoſitione cõtrarius, vel varius,& generaliter firmat non probare,ſed quando plures ſunt teſtes inter ſe contrarij, reducendi ſunt ad concordiam,& probant ſecundum regulã illius gloſ. ergo cum in vno tantum teſte non diſtinguat,cenſebitur ſir maſſe indiſtinctè numquam probare. Et ita ponderat illam gloſſ. ibi Ant.& conſentiunt Abb.& Imo.necnon Rom. in l.2.§.creditum,ſi cer.pet.per l.qui falſo.de teſt.& d.l.eos.ad l.Corn. de falſ. Reſp.his & ſim.vt dixi ad doctinã Bart.in d.l.eos. videlicet tunc ſuppone manifeſtam contrarietatem,quod fuit ex mẽte Alex. in d.l.inter ſtipulantem.§.j.de verb.oblig.& aliorum,quos ſupra ci-
77 tauimus. Etenim ſi vnus† teſtis cõcordabitur ex proprietate ſermonis probat,vt per Parpal.in d.l.2.§.creditum,nu.8.ſi cert.peta.
78 vel ſi contrarietas † non fuiſſet omnino euidens.Alex.conſi.105.
79 nu.4.lib. 2.Vel ſi concordia† fieret per repetitionem eorum,quę idem teſtis antea dixerat.Tynd.in d.tract.de teſt. lib.3.cap.vlt.in fi.& Crot.in eod.tract.parte 7.nu.33. qui mouebatur per Bar.in d.l.Labeo.de ſup.leg.& in d.l.de ætate,de min.Hic autem tentari poteſt,nullam eſſe contrarietatem,nec variationem vllam in ſẽſu. Quæ vero in uerbis eſt differentia,prodeſſe potius quàm ob-
80 eſſe deberet:quia,ut dixi,teſtis deponens ſemper per eadem uerba,non caret præmeditationis ſuſpitione.l.teſti. de prob. facit.l. 3.§ ideoque Diuus.de teſt.Bal.in l.cordi,in princ.C.de ſum.trin. Nellus de Sancto Gemin.in tract.de teſt.nu.195.Iaco.Butr. circa materiam teſt.in princ.nu.16.Curt.de teſt.col.6.nu.18. uel ſiqua concordia facienda ſit,ea eſt ſecundum proprietatẽ non pro impropria. Vt modica eſt uariatio,quæ etiam modico facto conciliatur. Vel ſatis eſt ſi reconciliatio fiat per repetitionem ſuprad. uerborum. Quæ ſingula per ſe ſolutionem faciunt arg.ergo longè ma-

ge magis coniuncta, arg. not. in l. j. C. de pact. & Barto. in l. admo-
nendi, nume. j. de iureiur. Quartò Crot. hic dupliciter ponderat
81 pro hac comm. opin. d. c. cum tu. † de teſt. primò, dum dicit ne
periurij reatu notentur: nam videtur importare eos non proba-
re, ſed ſolum excuſari à periurio: ergo longè magis in vno, per
Bar. in d. l. eos. Præterea ponderat, quia etſi ex eo tex. probaretur
82 concordiam † plurium teſtium prodeſſe ad probandum, ad quod
ſemper allegatur: tamen cum dicat illud fieri ex benigna inter-
pretatione, non poterit extẽdi, vt idẽ Crot. hic probat, ad quod al
83 legat Ioan. And. in c. 2. vt li. pẽd. in 6. qui vult intelligi † prohibi-
tã extẽſionem quoties in textu aliquo quid fieri dicatur ex beni-
gna interpretatione. facit. l. quod verò cõtra. de leg. l. ſi vero. §. de
viro. ſol. mat. c. ſanè, de priui. c. q̃ a iure, de reg. iur. in 6. cũ ſi. Et ſic
cũ tex. ille benignè concedat probationẽ in plurib. teſtib. reductis
ad concordiã non extendetur ad concordiã vnius tantũ, per no.
in d. l. j. C. de fur. Reſp. ad primã ponderationẽ ibi teſtes eo mo-
do concordatos probaſſe ante vlt. ſniam excõicationis fuiſſe a p-
pellatũ, licet poſt primã. Atq; iõ ibi S. P. ſecũdã ſniaꝫ reuocat, & ſe-
cus fuiſſet reſponſurus, ſi teſtes non probaſſent. Et ideo rectè ex
eo tex. colligitur, plures teſtes concordatos probare, vt ibi cõmu-
* niter * ſcrib. Itẽ Imo. Alex. & alij qui frequenter illius tex. allega-
tione vtuntur in d. l. inter ſtipulantẽ. §. j. Bar. in l. Gallus. §. j. de lib.
& poſt. Alber. in l. ſed etſi poſſeſſori, de iureiur. Io. Cro. de teſt. par.
7. nu. 136. Cur. in eo. trac. concl. 29. nu. 112. Ad ſecundã põderatio-
84 nẽ reſpondemus, reg. illã, † quod recepta ob benignitatẽ nõ extẽ-
dãtur, intelligi debere de benignitate, quę faciat priuilegiũ aliqđ.
& ſic quę inducit ſpecialitatẽ alicuius caſus, nõ de ea quę genera-
litatẽ cõtineat, quales cõplures ſunt in iure, cũ in benigniorẽ par-
tẽ ſemper ſit inclinandũ, vel vbicũq; legitur æquitate ſuadẽte ali-
quid inductũ fuiſſe, vel aliquã receptã interpretationẽ: hæc. n. ex
paritate rõnis extẽdi nõ prohibẽtur. Vnde Bal. in l. 3. C. de inſt. &
85 ſubſt. dixit, † æquitatẽ ſcriptã extendi ad non ſcriptã, vbi ſubſit ea-
dẽ ratio. Et quanta ſit vis eiuſdẽ rõnis in extẽdendis exorbitãtib.
ſeu limitatiuis diſpoſitionib. quãtũcũq; taxatiue loquãtur, docet,
p plura capita Eueta. in ſua Cent. loco a ratione legis, &c. n. 41. cũ
ſeq. & pręſertim quod iura limitatiua nõ ꝓhibentur extendi, qñ
generaliter loquãtur, nõ fauore certæ pſonæ, docet Firm. ĩ ſuo Re-
per. ĩ ver. extenſio. n. 18. Pręterea p hãc 2. põderationẽ, ſolũ ĩfertur
eo tex. nõ ꝓbari opi. contrariã, cõem aũt non confirmat. Cęterũ

poteſt

poteſt contraria probari, uel aliis ll. uel quia per ſe æqua ſit. Nã ſi ibi colligitur benignitas in pluribus teſtibus concordandis, ali bi colligi poterit in concordando uno tantum, cum tex. ille hoc
86 non neget. Quinto teſtis † qui prima uice deponit clare, poſtea iterum examinatus deponit ambiguè, dicitur uacillans. ca. teſtis. iunc. glo. in uer. uacillat. 4. q. 2. Sebaſt. Sap. in l. de ætate, nu. 37. de
87 min. Boſſ. de teſt. c. j. nu. 17. At teſtis † uacillans non probat. l. qui falſo. de teſt. c. ſolicitudinem, de appella. quinimo punitur. l. qui nullum. C. de teſt. idem in caſu noſtro. Reſp. ut ſupra ad primum uidelicet, hic in ſecunda depoſitione nullam eſſe ambiguitatem, cum per relationem ad primã recte declaretur: Præterea illud eſt in ſeparatis depoſitionibus, at nos loquimur in eadem examinatione uno contextu facta, licet in diuerſis articulis, nec eſt du-
88 bitandum, teſtem † facilius admitti ad interpretandum ſuum dictum in eodem contextu, quàm in ſeparatis depoſitionibus. cap. præterea, de teſt. cogen. glo. in §. quia uerò. Auth. de teſt. & eſt ratio, quia in depoſitionibus ex interuallo præſumitur ſubornatio. Tynd. qui latè de hoc, lib. j. de teſt. c. j. per totum. Et quod dicitur
89 † incontinenti facere antequam diſcedat a conſpectu iudicis, ut ibi per eum, qui nu. 4. teſtatur de communi. * In contrarium Soz.
90 primo mouetur, quia dubia † uerba declarãtur per ea, quæ in eadem re clara reperiuntur. l. qui filiab. de leg. j. in princ. cum ſimi. Sed uerba teſtis in caſu noſtro clara ſunt in primo articulo de palatio Epiſcopi, cum idem Soz. in fi. huius quæſtionis dixerit hãc eſſe bonam concluſionem pro diſputatione ad partes, uideamus quomodo eius argumenta reſolui poſſint. Quod quidem miror ab eo præter eius morẽ fuiſſe omiſſum, qui ſolet ſæpius ad ubertatem ingenij oſtendendam, & ut auditorum mentes acuat, nihil ex iis, quæ ipſemet excitauerit non ſolutum præterire. Reſpon-
91 derem igitur dictam regulam non procedere in teſtimonijs † ad probationem, ob maximum præiudicium partis aduerſę, niſi forte ex uerbis colligeretur manifeſta, & neceſſaria relatio antecedẽtium, & ſubſequentium uerborum, & hoc propter regulam ſpecialem in teſtibus, quod eorum dicta obſcura contra producentem interpretãda ſint, ut in d. c. pręterea, de prob. & d. c. inter dilectos. de fi. inſtr. Fel. poſt Abb. in c. ſup iis. de accuſa. & ſupra dixi-
92 mus. Item quia in teſtibus † fides claræ depoſitionis minuitur ac penitus tollitur per obſcuritatem ſequentis. d. c. teſtis. 4. q. 2. Inn. Io. And. Imo. & Abb. in c. j. de teſt. cog. Tynd. in tract. de teſt. lib. j.

lib.j.c.vlt.in fi.Quod in teſte ſit ob vnitatem iuramẽti.c. licet cau ſam,de prob.Sali.Fulg.& alij,in d.l.qui falſo.Fel.in c. cũ in tua, de teſt.& eſt communis * opinio, teſte Alc.de præſum.reg.2 præ-ſump.29.nu.6.Crot.de teſt.par.9.nu.388.qui & de communi te-

93 ſtatur, & perplures citat. Secundo mouetur,quia in eodem † ſub-iecto non poteſt ſtare contrarietas.l.j.C.de fur.& ideo non eſt fa cile præſumendum teſtem ſibi velle eſſe contrarium. Reſp.ſi te-ſtis manifeſte ſit contrarius,& punitur,de falſo & non probat in cauſa.d.l.qui falſo.de teſt.Si verò ſit dubius, valet argumentum Soc. ſolum ad effectum,ne teneatur de falſo, ſecus quo ad pro-bandũ,nam ad hoc requiritur certa,& indubitata fides.quinimo videtur poſſe ex hoc ſumi argumentum in contrarium, quia iſte caſus dubius non debeat tantum operari,quantum clara depoſi-tio,ſed ſatis ſit ſi mediam quodammodo partem ſequatur,quod excuſet a pœna,ſed non probet,& ita communiter creditur ſecun

94 dum ſupradicta.Tertio mouetur ſumpto † argu.de inſtrumentis ad teſtes.l.in exercendis.C.de fi.inſtr.vbi Caſt.gl. in c. cum a no-bis, in ver.teſtimonia, de teſtib.DD.in c.cum Io.de fi.inſtr.Qui-

95 nimo dici ſolet, † nobiliorem ac potentiorem eſſe probationem factam per teſtes,quam per inſtrumenta. Innoc.in c.cum P.de fi. inſtr.Bal. in rub.extra de teſtib. in l.generaliter.C. de non nume. pec.in l.tres denunciationes.C.quom.& quan.iud.Fel.in rub.de

96 fi.inſtr.at in inſtrumentis, † atque ſcripturis contrariis admitti-tur concordia etiam vt in cauſa fidem faciant,c. inter dilectos.§. cæterum.de fi.inſtr.Bar. in l.fi.§.Lucius.de cond.ind. Hoc argu. ſumptum eſt ex Aret.in d.cum tu,de teſt. vt refert. Ioan. Crot. in tract.de teſt.par.7. nu.328. Qui etiam reſpondet iſtud fieri pro

97 pter præſumptionem,† quæ ſit pro tabellione a principio ſuorũ actuum,cum iuret omnia legaliter exercere, c.ad audientiam. de præſumpt.l.ſiquis Decurio.C.de falſ.Bal.in l.Imperaror,de ſtatu homin.Alex.latè præſump.13.regula 3.per totum.vbi nu.9.pro-

98 bat ex inſtrumento † naſci tres præſumptiones,quod verum ſit, quod ſit ſolenne,quod ſit dictatum a contrahentibus. idẽ Bertr. conſi.192.nu.14.lib.2.& Hypol.in l.ſiquis,nu.139.de quæſt.Pro quorum ueritate,& ad plenam intelligentiam, opus eſſet vide-

99 re, quid, quando teſtes † contradicunt inſtrumento?nam tunc plenius appareret in fide facienda quid præualeat.de hoc tamen per Bar & Imo.in l.2.§.ſed ſi neget,quemadm.teſt.aperiant. Feli. & alios in d.c.cum Ioa.de fi.inſtr.Bar.in l.cum de indebito.§ j.de

proba.

prob.Bal.in d.l.generaliter.C.de nõ nu.pec Ang.Imo.& alij, in l.
reos.§.cum in tabulis, de duobus reis.Bar.poſt glo.in l.iuriſgẽtiũ,
§.quod ferè,de pact.Sed longum eſſet de hoc agere, & nimis præ
ter rem: idcirco ad argumentationem iſtam reſponderem,æqui-
parationem teſtium,& inſtrumentorum eſſe bonam, cum cõſtat
de fide vtriuſque,& tunc etiam procedit quod fides teſtium ſit
100 potentior: ſed quando † contingit de fide dubitari, vt in quęſtio
ne noſtra, facilius teſtes reprobantur quã inſtrumẽta. Namq; te-
ſtes facile haberi poſſunt, cum multi ſunt apti ad teſtimonium,&
ſibi imputet qui minus fideles elegit. At in ſcripturis nõ tam fa-
cile reprobata vna aliæ ſunt in promptu. Nos verò agimus de te
ſte ſuſpectæ depoſitionis. Præterea non eſſet fortaſſe incongruũ
dicere in ſcriptura facilius admitti interpretationem per relatio
nem antecedentium, vel ſubſequentium, quia magis vnita res ſit
quàm in teſte, qui ſeparatim in quolibet articulo deponit. Quar
101 to idem mouetur, quia dicta † litigantis ſi fortè uideantur con-
traria, tamen interpretanda ſunt in ſui fauorem, ſi fieri poterit.
Petr.Cyn.Bal.& Iaſ.in l.cum falſa.C.de iur.& fac.ign.Bal. & Caſt.
in l j.ne quis eum, qui in ius voc.eſt, vi ex.Bal.in l.j.C.de fur.& in
l.fi.C.de reb.cred.Sal.in l.cum precum, de lib.cau.Petr. de Ancar.
102 in conſi.257.vbi vult admodum notabiliter, actoris † reſponſio-
nes ad poſitiones rei ita eſſe interpretandas, vt non contrarietur
libello; ergo idem in teſte, quinimo longe magis, cum ſua non
interſit. Sentiit hanc rationem Fel.quoque in d.c.cum tu,nu.3.in
fi. Sed facilis eſt reſponſio: Nam dictum partis non poteſt no
cere aduerſario, niſi quatenus rationibus cõprobetur, inter quas
rationes ſunt teſtes. Ideo teſtium dicta ſunt diligenter perpendẽ-
da, cum noceant partĩ,& ad hoc principaliter producuntur, qua-
ſi faciant ius ſaltem inter eaſdem perſonas,& in eadem inſtãtia:
103 intantum, vt nec etiam reuocentur, † ſi in articulo mortis teſtis
cõſtitutus dicat, ſe falſum depoſuiſſe. Bar.& Bal.in l.generaliter,
in fi.C.de non num.pec.Bal.de pace Conſt.§.vaſalli, in fi.Alex.in
l.ſciendum, de uerb.oblig. Et hanc quoque rationem differentię
conſiderat Bar.in d.l.inter ſtipulantem.§.j.de verb.obl. vbi ſepa-
104 ratim poſuit dicta litigantium,& teſtium. Et quanta † ſit differẽ-
tia inter teſtium depoſitiones & confeſſiones partium, pulcrè po
nit ex Bar.ſententia Tynd.de teſtib.lib.j.cap.4. Quædam alia ad-
ducit pro hac parte Alex.in d.l.inter ſtipulantem.§.j,& ſentiit Pa
riſ.ſed tamen aut modica ſunt, aut iam ſoluta p ſupradicta. Equi-

dem

dem credo poſteriorem hanc ſentẽtiam de iure probabiliorem,
licet putem facile poſſe, hic & in ſimilibus complurimis difficul
105 tatibus ad vtranque partem reſpondere. Sunt enim quædam† iu
ris noſtri quæſtiones, in quibus nullum omnino ſumi poteſt ne-
ceſſarium argumentum, vt quoties ex bono, & æquo diſputatur.
Etenim cum tunc hærendum ſit circunſtantiis caſuum, qui de
facto contingunt ob multiplicitatem earum, caſus effincti pluri-
mum ſæpenumerò fallunt, ideo facilius erit cum contingunt de
iure reſpondere in ſingulis, quàm ante eos regulam aliquam fir-
106 mare: cui quidem † rei olim præerant, ni fallor, Prætores, qui id
circo æquitatis cuſtodes nuncupabantur, & iuriſprudẽtes, qui in
caſib. iam obuentis de iure diſceptarent. l. 2. & §. deinde, & §. his le
gib. de orig. iur. Ita generaliter de omnium teſtium fide præfinit
Iuriſconſultus hoc vnũ quod nihil certi pręfiniri poſſit, in l. 3. de
teſt. Et facit in ſim. l. de acceſſionib. de var. & extr. cog. quam alle
gat gl. in d. c. in noſtra. de teſt. ad idem etiã l. bonæfidei, depoſi. Et
ego ſoleo ad hoc allegare optimũ tex. forte omniũ cæterorum ex
corpore iuris, in l. ſi ſeruum, §. ſequitur, de verb. oblig. ibi, Hãc. n.
quęſtionem eſſe de bono, & ęquo, quo in genere plerumq; ſub au
thoritate iuriſcientiæ pernicioſe, inquit, erratur, &c. Nihilomin⁹
quatenus coniecturæ ſimiliũ deciſionũ, & aliquid ratio ipſa natu
ralis ſingulis dictauit hominib. ꝓ hac parte in præſenti quęſtione
107 concludẽdũ cenſeo. Atq; moueor in primis, quia † illud dictũ, in
hoc palatio, eſt modus loquendi per relationẽ, nam aliquod pala
tiũ refertur, quod nã iſtud ſit eget interpretatione. quatenus. n.
aliquid refertur, per ſolã dictionem relatiuam verè non exprimi-
tur, ſed interpretatiue tantum, vt ſi manu aliquem tãgerem, & di
cerem, hunc, vel ſi digito aliquem oſtenderem, & dicerem illum,
hæc expreſſio non per dictionem, hunc, vel, illum, facta intellige
retur, ſed eo potius facto tangendi vel digito oſtendendi. Verum
dũ agimus de verbis aliquib. interpretandis, nulla eſt melior in-
terpretatio quam, q̃ ex ipſiſmet verbis colligitur. Vnde reg. quod
108 † in omni verborum ambiguitate, diligenter ex antecedentib. &
ſubſequentib. inueſtigandus ſit ſenſus. l. qui filiab. l. ſi ſeruus plu-
riũ. de leg. j, l. Titius. l. legatorũ. §. fi. vbi Bar. de leg. 2. l. qui non mi
litabat §. fi. de hæred. inſt. l. cum de lanionis. §. aſinã. de fun. inſtru.
Abb. cõſ. 37. lib. 2. Iaſ. cõſ. 127. lib. 4. Sed cũ in caſu noſtro illa ver
ba, in hoc palatio, quæ totum negotium faciunt ſiquam ambigui
tatẽ habẽt, ſit quia poſſint ad palatiũ ĩ quo examinatur referri, &

 ad pa-

ad palatium Epiſcopi antea per eum expreſſum: Quis dubitabit per prædicta eſſe faciendam interpretationem de eo, quod antea expreſſerat? vt tantum ſit in relatiua illa dictione (hoc) quantum ſi iterum palatium Epiſcopi nuncupaſſet: etenim celerius loquendi gratia ita dicetur locutus, argum. l. ſi ita quis. de hære. inſtit. & frequens eſt modus loquendi in familiari ſermone. Senſus autem de palatio Poteſtatis in quo examinabatur non ſolum eijciatur ad euitandam contrarietatem, ſed etiam quia demoſtratio ex facto ipſo, quæ tunc fieret in verbis interpretandis, niſi manifeſtè conſtet de ſenſu proferentis poſteriorem locum ſibi vendicet, & quaſi in ſubſidium, quoties alia verba congruam expoſitionem non præbeant. Quinimo hac ratione dicerem hunc non eſſe caſum dubium pro verbis interpretādis, cum ex illis bonus ſenſus colligatur. l. non aliter, cum concordant. de leg. 3. Et ideo procedit interpretatio nedum ad euitandam pænam falſitatis, ſed etiam ad firmandum dictum vt probet, quia vel nulla ſit ambiguitas per prædicta, vel ſiqua eſt, non debeat nocere, cũ ex
109 repetitione antecedentium congruè declaretur, quo † caſu ambiguitas non facit quin teſtis probet in cauſa. Bar. in d. l. Labeo, de ſup. leg. in d. l. de ætate, de minor. & ita generaliter firmat Tynd. in d. tract. de teſt. lib. 3. c. vlt. & Crot. in eod. tract. par. 7. nu. 330. Secundo moueor per rationem d. c. cum tu. §. ob benignitatem interpretationis. Nam ſicut ibi ſuadet benignitas, vt ſecundi teſtes qui ſub dubio depoſuerant concordent cum primis etiam ad ꝓbandum, ita quoque videtur dicendum in vno teſte, vt concordet in ſecundo dicto obſcuro, cum primo claro, ne quando vtile per inutile vitietur contra oẽs regulas, præſertim cum non incommoda ſit interpretatio: quinimo hic multo magis, cum quia vnus minus præſumitur ſibi contrarius quam plures inter ſe, tũ quia hic nihil inducitur contra communes regulas, vt ibi videlicet præſumptio multiplicitatis actuum. Nec obſtare debet, ſi ad
110 d. † regulā, quod vtile per inutile non vitietur, quis reſponderet non habere locum in indiuiduis, vt per Dy. in c. vtile, de reg. iur.
111 in 6. DD. in l. certi. §. quoniā, ſi cer. pe. & depoſitio † vnius teſtis videatur indiuidua propter vnitatem iuramenti, Inno. Fel. & alij in c. fraternitatis. de hæret. Bar. Bal. Alex. & alij, ī l. ſi ex falſ. C. de trāſac. Ang. Alex. & Iaſ. in l. j. §. ſiquis ſimpliciter. de verb. ob. & eſt ſecundũ magis communem * opi. teſte Ioā. Cro. in tract. de teſt. par.
112 9. n. 388. Namque reſponderem † non conſtare in caſu noſtro de inutilita-

inutilitate ſecundi dicti, quouſque poteſt congruè cũ primo con cordari, vt illud quod ĩ indiuiduis vtile per inutile poſſit vitiari, intelligendũ eſſe omnino arbitror, quando perfectè conſtaret de nullitate vitiantis, non ſi ſolum dubitari poſſet. Nec etiam conſtare debet quod in d.c.cum tu. agatur de plurib. teſtib. concordandis, hic vero de vno tantũ: nam ſicuti pro concordia ibi illi ſecũ di præſumentur in mẽte habuiſſe illud idem quod primi, & cũ multiplicitate quidem actus, quæ regulariter non præſumitur vti iam diximus, ſic etiam longe magis hæc concordia unius ſen ſus in vno & eodemmet teſte rectè præſumetur, pro quo eſt regu la. l. j. C. de fur. & l. non ad ea. ff. de cond. & demoſ. cum ſim. vt j.

113 Tertiò moueor, †quia ſi duo notarij rogati ſint de eodẽ inſtru. conficiendo, licet differant in verbis, ſi tamen per conciliationem conſentire poſſunt in re, nec puniuntur de falſo, & inſtrumenta ſubſtinentur ac fidem faciunt, Alex. conſ. 70. lib. j. Hip. in rubr. C.
114 de prob. n. 381. in fi. & generale†eſt in omni ſcriptura. Bart. Bal. Ang. Sal. & alij, in l. ſcriptura, C. de fi. inſtr. in l. in exercendis. eod.
115 tit. Bal. & Iaſ. in l. cum falſa. C. de iur. & fac. ign. Quod†extenditur etiam ad plures ſcripturas eiuſdem notarij, quæ ſimul concordã dæ ſunt, quãtum fieri poteſt. Alex. d. conſ. 70. n. 5. qui allegat Bal. in l. Imperator. col. pen. ver. ſed nũquid per unũ. de ſta. ho. Quod facilius infertur ad caſum noſtrũ. Eo etiã addito quod notarius
116 ſit loco teſtis. l. Domitius. vbi Bart. & DD. de teſta. cui † quidem æquiualere dicũtur duo teſtes, iux. tradita in c. quoniam contra. de prob. & in c. cum Io. de fi. inſtr. ubi gl. & in vtroque loco Abb.
117 Demũ me mouet quod ſup. dicebamus ĩ diſcuſſione, teſtes†non debere deponere p eadẽ verba, alioquin nimiæ præmeditationis ac ſubornationis redduntur ſuſpecti. d. l. 3. §. ideoque Diuus. de teſtib. & ſupra plura citauimus, ſed uidẽdus omnino eſt Hyppol. de Marſ. in d. rub. C. de prob. nu. 382. qui utitur ratione fere ad propoſitum noſtrum, & in nu. ſeq. Sed ſi uere potuit teſtis per illa verba deſignare palatium Epiſcopi per relationem, ut ſup. diximus, erit utique laudandus, quod ut non redderet teſtimonium ſuum ſuſpectum, noluit ſemper dicere palatium Epiſcopi, ſed interdũ per relationem hoc idem demonſtrare. Veruntamen diligenter
118 caueat iudex, ne fortè periurus†teſtis ac ſpe fretus ſibi licere credat ita captioſe deponendo, & Deum, & homines fallere, vt arbitrati ſunt captiui qui ex caſtris Annibalis Romam miſſi iuramento præſtito redeundi in caſtra, qui dum erant in uia reuerſi

quaſi aliquid obliti, putabāt ſe vinculo iuramēti abſolutos, vt refert Cic. cū aliis ſim. exemp. lib. 3. off. Quamobrem limitarem ſupradictas concluſiones tā ad pœnam vitandam, quàm ad proban dū in cā. Primò, ſi ex adiūctis antea vel poſt, vel ex aliis quibuſcū
119 que circūſtātijs, q̄ iudicis arbitrio iure optimo relinquuntur. d. l. 3. de teſt. pōt aliquo mō apparere aliud de intentione teſtis iſtius. Qua in re oportet Iudicē diligentē operam impendere, cū illius arbitrio omnis fides teſtiū reponatur. d. l. 3. Secūdo limitarē in ca
120 ſu, vbi non ſolū examinaretur† in palatio Poteſtatis, ſed etiā in articulis, vel interrogatoriis, vel quōcumq; aliter eſſet cōtrouerſia etiā de palatio Poteſtatis, atq; id teſtis nō ignoraret: nā tunc pronomē illud, hoc, non ſolū adiiceretur ad cōtrarietatē arguēdā ex
121 re præſenti, ſed ēt† ex relatione, & reſpōſione ad interrogata, ar. notatorū in l. fi. de ver. ob. in l. ſi defenſor. §. j. de inter. act. Bart. & alij, in l. ſi cui. §. ſi a filio, de leg. j. cū ſi. Tertiò limitarē, vt quod concluſum fuit cōtra cōem nō procedat, ſi ex hac interpretatione ſe-
122 queretur cōdēnatio† alicuius in criminalib. vt puta ſi quis accuſaretur de delicto commiſſo in palatio Epiſcopi, tū quia ī pœnis benignior ſemper ſuſcipi debet interpretatio. l. in pœnis. de pœnis. c. odia, de reg. iur. in 6. & benignior eſt ſi abſoluitur quā ſi cōdēnetur reus. l. abſentē, de pœ. tū quia in criminib. ꝓbationes debēt eſſe luce meridiana clariores, vulg. l. ſciāt cūcti, cū cōcor. C. de ꝓba.
123 Faciūt q̄ ponit Bar. in l. merito. ꝓ ſoc. qui vult præſump.† nō delicti ꝓdeſſe ad abſoluēdū nō ad cōdēnādū, p gl. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. de iureiu. Qđ refert Alc. pręſ. j. reg. 3. n. 4. Quartò demū declararē ſup. dictas concl. non ꝓcedere in duob. teſtib. quorū vnus dicat, in palatio Epiſcopi, alter dicat, in hoc, cū in alio examinaretur: nāq; tūc cōcordia hæc nō hēret locū vllo pacto, nec ꝓbarēt, niſi quatenus aliæ ꝓbationes, vel alij teſtes cū altero forte cōcur-
124 rerēt, nec agēdū eſt de cōcordia, ſed ſtādū dicto plurium. l. ob carmen. §. fi. de teſtib. c. cū contingat. de off. deleg. Fulg. & Caſtr. in l. 2. §. ſi creditū, ſi cer. pet. Alex. & alij. in d. l. inter ſtipulātē. §. j. de ver.
125 obl. ſed in caſu iſto poſſent† etiam falſitatis nomine ſubijci quæſtionib. tamen arbitrio iudicis decidēdis, vt fuit de mēte Nelli de S. Gemi. ī d. trac. de teſt. n. 235. Plura alia poſsēt in materia hac de vno vel plurib. teſtib. concordādis tractari, ac more Neotericorū īterpretū cumulari, ſed mihi ſanè miſſis cæteris illud vnū placet, & cēſeo memoriter notādū, vt nunq̄ obliuiōe deleatꝰ, qđ dixit Fel. ī
126 d. c. cū tu, nu. 3. & Alc. hic nu. 33. eſſe oīno hoc repoſitū ī cōſciētia,

& pru-

& prudentia boni iudicis, qui diligenter, & prudenter perſpiciat qualitates teſtiũ, & atteſtationũ, nec non vim & efficaciã concordantiæ. Sic enim fiet, vt ille facilius intelligat, quæ concordia ſit admittenda, quæ non, vt in d.l.3.de teſt. quam crediderim procedere nedum in teſtibus recipiendis, vel non, ſed etiam in eorum fide decernenda, & eorumdem teſtimoniis interpretandis. Quod vnum Felyni dictum cenſeo pluris faciẽdum, quàm multa longa commentaria, quę ſolent Interpretes paſſim edere, cum de concordandis teſtibus illis tractandum occurrit. Etenim materia pulcra, & ſubtilis, varijſque in locis agitata, licet numquam perfectè diſcuſſa, vt inquit Crot. de teſt. par. 7. nu. 326. in fi. Sed nos putamus, ſatis eſſe quæ huc uſque dicta ſunt pro exponendis quęſtionibus nobis occurrentibus ex gloſ. & Bartolo.

Finis libri Quinti.

QVÆSTIONVM PVBLICE TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE,

Liber Sextus.

SVMMARIVM

1 *Regula, Quæ in ſcholis diglutiuntur, in palatijs digeruntur.*
2 *Ordo requirit, vt non ſolum diuidenda diuidantur, ſed vt non diuidenda coniungantur.*
3 *Edicta & interdicta, an inter ſe differant? quod ſic.nu.7.*
4 *Genus etſi prædicetur de ſpeciebus, non tamen cum illis conuertitur.*
5 *Edictum de noui operis nunciatione ab interdicto reſtitutorio ſeparatum erat.*
L.prætor.§.j.infra eo.
6 *Interdictum ſignificat interdum quamlibet prohibitionem.*
8 *Interdicta de nunciatione noui-operis, cur nõ fuerunt cum alijs interdictis tractata?*
9 *Edicta & interdicta, quomodo differant? late.*
10 *Edictum, an ſit verè cauſa interdicti?*
11 *Edicta multa ſunt, quæ etiam actionem tribuunt.*
12 *Obligatio parit actionem, non officium iudicis, neque accuſationem.*
13 *Accuſatio eſt ſpecies officij iudicis.*
14 *Obligatio non omnis actionem parit.*
15 *Actionem ex interdicto multoties dari, legitur in iure.*
16 *Edicti nomen commune eſt, & generale ad omnes leges.*
17 *Interdictum illud, Ne uis fiat ei, &c. eſt uere interdictum, non edictum.*

Rubrica

18 *Rubricæ de textu eſſe intelliguntur.*
19 *Rubricæ omnes iuris ciuilis ſunt a compilatoribus dictata, non ab antiquis legislatoribus.*
20 *Interdicta multa modificatiue, non imperatiue ſunt concepta.*
21 *Edicta & interdicta, an differant vt genus & ſpecies?*
22 *Edictum Prætoris, quid propriè eſſe dicatur?*
23 *Edictum vnde nomen habeat?*
24 *Interdictum, ideſt inter duos dictum, & quid hoc?*
25 *Bartoli authoritas, quanta ſit?*
26 *Edicti nomen ſecundum vnam ſignificationem ius omne prætorium comprehendit, etiam iunctis interdictis.*
27 *Interdictum accipitur multoties pro facultate quadam proſequendi ius ſuum iure prætorio ad inſtar actionum.*
28 *Edicta omnia, quæ imperatiue concepta ſunt: an interdicta dicenda ſint potius quàm edicta?*
29 *Edictum an dicendum ſit quod continetur ſub titulo, Ne quis eũ, qui in ius vocatus eſt, ui eximat; vel potius interdictum?*
30 *Edicta modificatiue concepta, & extra tractatum interdictorum, an interdicta dici non poſſint?*
31 *Argumentum ab etymologia vocabuli affirmatiue, non valet, & negatiue non ſemper.*
32 *Interdicta num aliud ſint, quàm actiones Prætoriæ?*
33 *Interdictorum, quæ ſit generalis definitio?*
34 *Vlpianus ſub Antonino Seuero & Alexandro Imperatoribus vixit.*
35 *Edicta Prætorum perpetua facta ſunt ab Adriano Imperatore, illorum compilatione habita ab Saluio Iuliano* Iureconſulto.
36 *Edictum perpetuum, quid propriè dicatur.*
37 *Edicta Prætorum ſui natura annua tantum erant.*
38 *Actiones Prætoriæ, aliæ perpetuæ, aliæ ſunt temporales.*
39 *Lis conteſtari dicitur etiam in interdictis.*
40 *Interdicta erant Prætorum decreta.*
41 *Decreta prętorum actiones non erant, ſed potius ſententiarum inſtar habebant.*
42 *Dictio, pro, interdum ſignificat vice alterius, vel in locum alterius.*
43 *Interdicta actionum loco dari, quid ſit?*
44 *Modernorum audacia contra antiquos reprehenditur.*
45 *Edicta à Prætoribus in albo proponebantur, vt ſciret populus, qui-*

bus illi de rebus ius dicturi eſſent.

46 *Edicta promittebant, non transferebant ius.*

47 *L.3.§.bonorum.de bon.poſſ.*

48 *Nunciatio per Prætorem, quomodo concederetur? Et cur in ea nō amitteret nuncians poſſeſſionem?*

49 *Actionem impetrari, quid olim eſſet? Et à quibus impetrationes iſtæ obtinerentur?*

50 *Interdicta impetrabantur à Prætore per ordinarium iudicium.*

51 *Iudicium ordinarium, quid olim ſignificaret?*

52 *Pro interdictis extraordinaria hodie dari iudicia, quid importet?*

53 *L.incerti, cum l.fi.C.de interd.*

54 *Actio, quę pro interdictis datur, extra ordinaria & vtilis in factum dici poteſt.*

55 *Interdicta quomodo & quibus caſibus edicta dici poſſint.*

56 *Bonorum poſſeſſio edictalis, quæ vere eſſet?*

57 *Interdicta quare exponantur, quaſi interim dicta? & quid proprie ſint?*

58 *Interlocutoria ſententia, quæ ſit?*

59 *Interrex, & interregnum, quid ſignificet?*

60 *§.ſunt autem.Inſti.de interd.*

61 *Interdicta, quaſi inter duos dicta, eſt alluſio, non vera etymologia.*

62 *Alluſio latius patere ſolet, quàm vocabulum ipſum, ad quod illa refertur.*

63 *Etymologia & alluſio eiuſdem vocabuli dari poſſunt, eodem tempore & ſeparata.*

64 *Interdictorum proprium eſt per ea non finiri litem.*

65 *Interdicta regulariter ad temporariam poſſeſſionem ſpectabant.*

66 *Item regulariter poſſeſſionis tantummodo non proprietatis cauſam continebant, & quare.*

67 *Interdicta ſiqua ſunt quæ cauſam finiunt, vel de proprietate tractent præter naturam aliorum interdictorum ſunt ex bono & æquo à Prætore recepta.*

68 *In interdictis ſummarie procedebatur & per ſponſiones.*

70 *Iudicem informare olim, quid nam ſignificaret?*

71 *Interdicta & actiones, quomodo olim differrent?*

72 *Nunciandi facultas, an tota pendeat ab interdicto reſtitutorio, quod*

conceditur aduerſus ædificantem, vel potius à proprio edicto, quod non extet? late.

73 *Conſequenti permiſſo, intelligitur permiſſum etiam antecedens.*

74 *Nunciatio differt à prohibitione, quia illa in nunciante, hæc in nunciato conſiſtant.*

75 *Aedificandi facultas cuiq; in ſuo libera eſſe debet iure naturæ.*

76 *Regula, ex lege eſſe dicitur quod ex mente legis eſt.* 100.

77 *Iudex qui iurauit ſeruare leges non fit periurus, ſi ſolum legum mentem ſeruauerit, licet à verbis diſcedere videatur. & nu.* 101.

78 *Verbum (videtur) ſui natura importat fictionem, & interdum etiã veritatem.* 99.

79 *Enunciatiua verba diſponunt, quando ſuper illis eſſet fundamentum deciſionis.*

80 *Ea tamen diſpoſitio non ex verbis enunciatiuis, ſed ex mente enunciantis colligi dicitur.*

81 *Diuinare ſui natura eſt prohibitum.*

82 *Multiplicitas, ſeu pluralitas actuum, non præſumitur.*

83 *Etiam ad defendendum teſtem a periurio, quando in ſui commodum iuraſſet.*

84 *Præſumptiones præſumptionibus potentioribus tolluntur.*

85 *Præſumptiones iuris magis proſunt in foro, quàm in ſcholis.*

86 *Regula, facilius impeditur faciendum quàm iam factum; & illud Turpius eijcitur, &c.*

87 *Pœnæ ſola impoſitio non annullat actum.* 104.

88 *Pœnæ impoſitio annullat actum, quando contineret actorum reuocationem.*

89 *Expreſſum, an rectè dicatur, quod ex ſola mente proferentis profici ſcitur.*

90 *Expreſſum, quot modis quid dici poſſit?*

91 *Edictum & interdictum, in tractatu hoc longè differunt.*

92 *Nunciatio parit effectus quoſdam, iuſque tribuit etiam ſi poſt eam ædificatum à nunciato non fuiſſet.*

93 *Interdicta ſemper ſupponunt ius aliquod præcedens, propter quod concedantur.*

94 *Denominatio facienda eſt à potentiori ſeu principaliori cauſa.*

95 *Conſequenti permiſſo, facilius infertur ad antecedens quàm è contra.*

96 *Conſequens magis ſapit naturam antecedentis, quàm è conuerſo.*

Verbum

97 ***Verbum, Permittitur, an importet tantum expreßam in verbis conceſſionem.***
98 ***Permiſſum intelligitur quicquid non reperitur probibitum.***
101 ***In iuramenti cauſis ſtrictiſſimè procedendum eſt propter periculum periurij.***
102 ***Iudices iurant ſe leges, & ſtatuta locorum ſeruaturos.***
103 ***Fictio ſemper eſt contraria veritati.***

SATIS in antecedentibus cum Bar. & aliis ſuper teſtium dictis vagati ſumus, quod ad iudiciariam praxim, magis quàm ad ſcholaſticam diſceptationem pertinere videbatur, ſed conati ſumus ita ea pertractare, ut in ſcholis ea audiuiſſe non pigeat. Occurrit nunc ſuper 3. glo. quæ eſt 2. in ver. edicto. & 2. Bar. oppoſ. ad hanc gl. interpretandā ab eo facta, latè pertractare Prætorum edicta, & interdicta quid ſint, quomodouè inter ſe differant, quæ res è cōuerſo videbitur magis ſcholaſticæ diſciplinæ accommodata, quàm forēſibus patrocinijs. Sed & hic nitemur ita quidem de hoc agere, ut forenſibus cauſis quanto magis fieri poterit ſint omnia vtilia, quia con-
1 uenit † quæ in ſcholis diglutiuntur, poſſe in palatijs digeri, vt uoluit Bal. in l. Emilius. nu. 11. de minor. Glo. igitur dicta diuiditur ſecundum Iaſ. in tres partes, ego vero libentius diuiderē in duas tantum, vt in prima oſtendat, de quo edicto loquatur iſte tex. in 2. opponit, & reſoluit. Ad declarandam primā partem facta eſt 2. oppoſ. Bar. quam cum Iaſ. exponendam aſſumo more noſtro. Oppo. igitur 2. Bar. ꝙ in tex. noſtro malè dicatur edictum, cum potius interdictum dici deberet, nam ita appellatur in l. Prætor. §. j. & ſępius in tota l. infra eo. Glo. & Bar. admittunt contrarium, ſed hinc ſumpta occaſione Bar. tractat, an & quomodo interdicta dici poſſint? Circa quid in tota oppoſitione multa dicit, quæ
2 quidem inter ſe connexa ſunt, atque ideo fieret confuſio, † ſi ſeparatim tractarentur: ad facilitatem. n. demonſtrationis ſummopere ſpectat, ne dum ne coniungantur quæ ſeparanda ſunt, ſed etiam longè magis ne ſeparentur, quæ vno capite iungēda ſunt, vt iubet Cic. de inuent. lib. j. ca. de partit. arg. l. 2. de ſta. hom. ibi, proximos atq; coniunctos applicantes titulos. Qua propter hic ſingulas Bar. concluſiones non colligemus, ſed ſolum quantum res præſens expoſtulat, an edicta, & interdicta differant, & quo-

modo

* modo diſſeremus. Circa primum putāt unanimiter * DD. diffe-
3 re † edicta & interdicta, ſolus Iaſ. hic credidit in viam diſputa-
tionis poſſe aliud ſuſtineri, prout teſtatur tentaſſe cum ſcholaris
fuiſſet. Mouetur per l.j.ne uis fiat ei.vbi in prin. interdictum ap-
pellatur, & ſæpius in toto tit.qui etiam inter interdicta colloca-
tur,& tamen in d.l.j.poſt §.j.ſemper edictum appellatur. At inte-
rim reſponderi poteſt ex ſententia Bar.& aliorū, iſtud fieri, quia
4 edictum ſit nomen generis, cuius † propria forma eſt prædica-
ri de ſuis ſpeciebus: ꝙ enim homo ſemel iterúmque animal dica
tur,non ideo probatur tantumdem eſſe in vtraque hac dictione
homo, Animal, iux.not.in l.is qui ducenta.§.vtrum, de reb. dub.
l.iuriſg.§. ſi fraudādi,de pact.c.j.& c.in noſtra,ubi Abb.de reſcr.
& c.generi.cum concord.ad reg. illam,de reg. iur. in 6. Secundò
adducit l. Prætor.§.j.infra eo.vbi recitantur verba Prætoris,& ſta
tim interdictum appellatur. Sed in noſtro tex.edictum,& ſæpius
in hac eadem l. & in multis alijs huius tit.quinimò in eodēmet
§.j.ut hic etiam Pariſ.animaduertit, ſub nu. 50. Poſſet reſponde
ri eodem modo, vel melius (ut aliàs ſupra diximus, & infra con-
5 firmabimus) fuiſſe † in hac ſeparatum edictum ab illo interdi-
cto. edictum erat per quod permittebatur nunciatio, interdictū,
quo ſi poſt nunciationē ædificatum eſſet, ſiue iure, ſiue iniuria
ædificium reſtitui cogebatur ad priſtinam formā,quam habuiſ-
ſet tempore nunciationis,vt reuera tex. ille optimè demonſtrat.
Nam uolens ibi Iuriſconſ.docere originem, ſeu cauſam interdi
cti illius; Edicto, inquit, expreſſum eſt ne poſt operis noui nunc.
quicquam operis fiat antequam nunciatio remittatur, vel vice
nunciationis miſſæ ſatiſdatio de opere reſtituendo fuerit inter-
poſita.ita eſt ſumma edicti huius in tex.illo plenius recitata ꝙ in
hoc noſtro, & eſt cauſa illius interdicti, quod oſtenditur ex ſeq.
verbis; Qui igitur facit, & ſi ius, inquit, faciendi habuit, tamen
cōtra interdictum Prætoris facere videtur,& ideo hoc deſtruere
cogitur. Quaſi dicat, illa fuit ratio huius interdicti proponendi,
per quam ędificator deſtruere compellatur,quia inuito,& prohi
bente Prætore ædificauerit, ut in eius edicto expreſſum erat, &
ſic in ſupra citatis verbis, dum inquit, contra interdictum Præ-
6 toris,dictio † Interdictum, ſignificabit naturaliter non ciuiliter,
ideſt prohibitionem ex edicto proficiſcentem, non interdicti ali
cuius ſpeciem: frequens enim eſt apud Grammaticos nec infre
quens in iure noſtro, interdictum & interdicere, prohibitionem,

& prohi-

& prohibendi actum ſignificare, de quo infra. Sunt etiam q̃ putant ibi edictum, non interdictum eſſe legendum: ſic enim ſem per legitur in hoc tit. ut in l. de pupillo, §. ſi quis fortè. in l ſi opus, in l. ędib. & in l. pen. Quod quidem niſi nimiam emendationem literę præſeferret, non diſpliceret. Sed ſecurius eſt inhærere ſup. dictę expoſitioni, quam etiam Crot. hic ſentire uidetur, & facit, quia dicitur, interdictũ Prætoris: ſi enim de formula ſupra citata intellexiſſet, inutiliter additum eſſet, Prætoris, quia in princ. dixe-
7 rat (Pręror ait, &c.) poſtea verò dicit Iaſ. tenendam † eſſe commu nē opin. quod differant, pro qua facit l. j. quorum bonorum. Nã in verbis interdicti de edicto dandę bonorum poſſeſſionis fit mẽ tio, & edictum appellatur: poſtea uerò inquit, Hoc interdictum, cum de eo ſentiret quod recitauerat, et ſic aliud eſt interdictum aliud edictũ, ſicut aliud eſt continens aliud contentũ; & aliud eſt agnoſcere bonorum poſſeſſionẽ, aliud poſt eã agnitã petere res hæreditarias ab eo, qui vel pro hærede, vel ꝓ poſſeſſore retineat. Quo quidem tex. plurimum cõfirmor in expoſitione noſtri text. & d. l. Prætor. §. j. ſupra tradita. Item ꝙ interdicta ab edictis differant, facit vltra adducta per Iaſ. l. 2. §. ſexta. C. de vet. iure enucle. ibi (Poſt hæc omnia interdicta glomerata ſunt) volẽs notare Im perator integrum librum quadrageſimũ tertium, vbi de interdi-
8 ctis ſolum agitur, & audet hic Soc. aſſerere extra illũ librum † in toto corpore iuris aliud nullum reperiri interdictũ niſi duo hæc noſtra in d. l. Prætor. & §. j. & §. deinde, & illud de mortuo inferẽ do; quæ ipſe lõgè miratur, cur per Cõpilatores à cõmercio aliorum fuerit ſeparata. Verumtamen in noſtris ratio eſt euidens, ex d. l. 2. de ſtatu homin. ne proxima, & coniuncta materia diuideretur, nam de nũciatione noui operis, & de interdictis, quæ eius occaſione dantur, fuit ſimul tractandum, cum rectus doctrinæ ordo non pateretur de iȷs ſeparatim agi, iux. not. in d. l. 2. & trad. in rub. de leg. 1. Quantum ad illud de mortuo inferendo, diſputent, aliȷ ego. n. id pręteribo, quia non ſit è re noſtra. Ad eandem differentiã docendam facit l. 1. & 2. de interd. & toto titu. Inſt. eo. Vbi plures ponuntur generales diuiſiones interdictorum oĩum, ſub quibus multa edicta poſita ſuperioribus libris haud quidẽ obſcurum eſt compræhendi non poſſe. Et hinc ſequatur liquido conſtare, multa edicta perperam interdicta nuncupari, quod ſa tis ſit ad probandum non eſſe unum & idem. Concludamus igi
9 tur inter ſe differre. Sed quomodo † differant, hoc opus, hic labor

bor.Iñ hac re multæ ſunt diuerſæ & antiquorum & recentiorum
opiniones: Veruntamẽ nos de oĩbus non agemus, ſed de illis tã-
tum,quæ faciunt ad Bar.& Iaſ.cõmentaria,pauca addentes. gl.in
d.l.Prætor.§.j.infra eo.aſſignat tres differentes opiniones. Bar.&
alij inſiſtunt ſolũ primæ: nos videbimus aliquid breuiter etiam
10 de alijs.Prima eſt,edictum† eſſe cãm,interdictum igitur cauſatũ,
quod vr̃ probari ex tex.in illis verbis, Interdictum hoc proponi
tur ex huiuſmodi cauſis, edicto expreſſum eſt ; cauſa igitur pro-
ponendi interdicti illius, fuit edictum. eodem modo ponderari
poteſt d.l.j.quor.bon.Bar. autẽ reprobat hanc differentiã primò,
11 quia† ex multis edictis actio datur non interdictum, vt in l. fi.de
eo per quem factum erit.Item quia Io. ſeparauit edicta ab inter-
dictis.Hæc 2.rõ nihil eſt,meritò omittitur.Quantũ ad primã Iaſ.
defendit gl. quia ipſa ſolum intendebat edicta neceſſariã eſſe cau
ſam interdictorũ,quaſi nullũ ſit interdictum,qđ ab edicto nõ ꝓ
ficiſcatur,non aũt ecõtra voluiſſe credendum eſt interdicta eſſe
oĩum edictorum neceſſarium effectũ,nam uerè multa edicta sũt
quæ magis actiones quam interdicta pariãt. Defendere conatur
Bar.Ruy.& mod.Flor.quia imò ex cõparatione quã facit gl. illa
de act.& ob. videtur sẽtire,ſicut ſemp ex obligatione naſcit̃ actio,
12 nõ aũt officium † iudicis,cuius propriũ eſt ſine obligatione dari,
l.qui p collusionẽ.§. fi.de act.emp.l.Quintus. đ ann.leg.l.deducta.
13 in prin.ad Trebel.nec ẽt † naſcitur accuſatio, q̃ officij iudicis ſit
ſpecies,ut hic p Ruy. ita ẽt ex edicto ſemp naſci interdictũ, ꝙ cũ
falsũ ſit,meritò fuit reprẹhẽdenda.Sed hæc põderatio nihil face-
14 ret,quia obligatio nõ ſemp parit actionẽ,ut in ſola naturali.l.fid.
§.fideiuſ.de fideiuſ.& oẽs intelligunt,ergo p̃ſumendũ nõ fuit, Ac-
curſiũ alioquin accuratiſſimũ interpretẽ adeo fuiſſe immemorẽ
cõiũ regularũ iuris,ut in re tam nota voluerit impudẽter errare,
quinimò hoc actionis,& obligationis exẽplũ eius intẽtionẽ opti-
mè cõfirmat,ĩterdicta oĩa ab edictis ꝓficiſci,nõ aũt oĩa edicta in-
terdicta parere,ſicut notiſſimi iuris ẽ in actione, & obligatione,
& ſic cõtra Bar.ſed re vera gl.vr̃ ĩtellexiſſe,ut eodẽ mõ quo actio
ab obligatione ꝓuenit,ita interdictũ ab edicto. Qđ tñ puto falsũ,
nã ex edicto ſẹpe dat̃ actio,ut p Bar. ſilr̃ et ex ĩterdicto cũ ſæpiſſi-
15 mè in materia ĩterdictorũ legit̃ ex interdicto† agi & dari actionẽ.
inquit tex.in §.fi.Inſt.de ĩterd.& ĩ l.pen et vlt.C.co.ti. Cicero ẽt ꝓ
Cecinna: hãc,inq̃t,puto me hr̃e actionẽ,ut p ĩterdictũ meũ ius te
neã, &paulo poſt,huiuſce gñis una ẽ actio p hoc ĩterdic.quo nos

vſi ſumus ſi igit' ad pducẽdū effectū iuris edicta, & interdicta eũ dẽ habẽt effectū, non uideo quõ inter ſe poſſint differre ut cauſa
16 & cauſatū. Sed de his .j. melius. Aliter ſoluit gl. edictū † eſſe nomen cõmune ad omnes leges generales, vt cum dicimus, edicta Principum. l. leges. C. de leg. §. ſed & quod Princ. Inſtit. de iure nat. Interdicta verò ſunt decreta Prætorum. Sed hoc ſolum oſtendit differentiam nominis, nam adhuc iura prætoria alia ſunt quę edicta, alia quę interdicta dicuntur, de quorū differẽtia tractamus, ſemota interim illa generali edicti ſignificatione, per quam definitur, ut ſit lex generalis, quæ omnes populos & prouincias tenet. Ita Iac. Cuiac. in proœm. ad Nouel. conſt. per d. l. 3. C. de leg. nam hæc nihil ad rem noſtram. Tertiò ait gl. interdicta eſſe ſemper, cum Prætor prohibet, vel dicit ius inter duos. arg. §. ſunt autem, Inſt. de interd. Sed ex hoc neutrum intelligimus, pręſertim cum uideantur eſſe plura edicta, quæ prohibẽt, & inter duos reddita, ut videbimus mox, & econtra aliqua interdicta, quæ non prohibent & non inter duos ſunt reddita. Rofred. dicebat edicta eſſe, vbi Prætor loquitur cum quadam modificatione. Interdicta verò, cum pręcisè definit prohibendo, præcipiẽdove. Bar. hoc re
17 probat † per l j. ne vis fiat ei. ubi eſt interdictum, & tamen modificatiuè concipitur (Iudicium dabo) Iaſ. defendendo Rofr. putat illud potius edictum quàm interdictum eſſe, & ideo in eadem l. appellatur ferè ſemper edictum. Sed temerarium, id eſt aſſerere, cū illud proponatur in medio tractatus interdictorū non eſſe interdictum, præſertim cum & in eadem l. & ſemper in alijs eius tituli interdictum nuncupetur. Rurſus ex ſententia Imolę Iaſ. hic reſpon. interdictum illud eſſe prohibitorium, & ſic præciſę de-
7 de ſecundum DD.tenetur † de vi, & ad illud totum quod intereſſet nunciati, l.non cogendum, §.fi.de procur.facit.l.vim. de vi & vi arm.& in l.ſi duo.vti poſ.Et hoc importat interdictum illud, quod nunciatio contra nunciantem cõpetit, de quo in l. Prætor.§.deinde.infra eo.at nemo præſumitur delinquere, & ſic per calumniam nunciare, l.meritò.vbi Bar. & alij, pro ſoc. facit l.de pupillo.§.qui opus.infra eo. vbi iuramẽtum calumniæ non præſtatur niſi Prætore authore, quaſi regulariter calumnia non prę ſumatur. Quod præſertim verum eſt in eo, qui vtitur remedio à iure approbato. Vel reſponderem, ſecundum ea, quæ ſupra dixi
8 mus in tex.videlicet, interdum Prætorem † moueri ciuili æquitate, quę eſt quoties ob publicam maiorem vtilitatem admittenda ſit aliqua iniquitas, l.bonafides, depoſiti, vt in vſucapione, in authoritate rei iudicatæ, in poſſeſſore quamuis malæfidei conſeruando in ſua poſſeſſione, vel reſtituendo, quamuis ſpoliatus fuerit, & in ſimil.de quib.ibi.Tertiò ꝓ hac parte affert Iaſ. hic quinque exempla, videamus de ſingulis; & quanti valeant in re no-
9 ſtra.Primum & quòd etſi contra tres † ſententias conformes nõ
10 poteſt opponi de nullitate, clem. j. vbi gl. de iud.opponi † tamen poteſt nullitas, quæ ſit notoria.Bal.in l.ſi vnus. §. pactus, de pact. Sal.in l.j.C.ne lic. tert.prou.Imola in l de pupillo.§. ſi opus.infra eo.in l.ſi expreſſim, de app.Rom.in l.ſi feriatis.de fer. in l.ſi verò. §.de viro, fall.32.ſol.matr.Alex.in d.§.qui opus, & in cõſi. 77.nume.16.conſi.106.in fi.lib.3.cõſi.77.nu.11.lib.2.latè Rom. ſing. 291 Sed hoc nõn obſt.(miſſis aliis ſolutionib.)quia non negatur econtra, quin ſit audiendus allegans manifeſtam iniuriam nunciantis, ſed ſolum dicitur non poſſe hoc interim ædificare. Qui-
11 nimo retorqueri poteſt argumentum, ꝙ ſicut nullitas † hęc notoria alleganda eſt omnino, & à Iudice cognoſcenda, vt aliquem

pariat

pariat effectum, glo.vulgaris in Clem.appellanti.de appel.glo.in l.ea quidem.de acuſ.Abb.in c.vt debitus,de appel.nu. 1. & multa ad ſaturitatem per Fel.in c.cum ordinem ,nu.9.& ſeq.de reſcr.&
12 ꝙ bonum ſit† p Iudicē ſuper notorio allegato pronūciari,inquit Abb.in c.ad noſtram.4.de iureiur. Dec.conſi. 544. Sebaſt. Vant. de null.in tit.quis poſſit dicere,&c. nu.53.Addit.ad Bar. poſt ipſum,in l.emptorem,C.de act.emp.Similiter hic quoq; erit neceſſe allegare calumniam, & ſuper ea iudicari ſaltem per remiſſionem,non autē poterit quis propria authoritate ſpernere & ędificare, nam in hoc nulla eſt ſimilitudo cū caſu iam dicto. Et hoc videtur non ſpernendum fundamentum pro contraria.Secundū
13 exemplum eſt,ꝙ ſtatutum † reijciens exceptiones nullitatis, non intelligitur reijcere manifeſtas,& notorias,l.vbi pactū.C.de tran ſact.Bal.in l.j.C ſi de momētanea poſſeſſ.Anchar.cōſi.211.Oldr. conſi. 106.Bar.in l.illc.§.ſi de teſtamento,ad Trebel. in l.2. de appe.recip.not.in c.per tuas.de ſent.excommun.Imola, & Rom. in d.l.de pupillo.§.qui opus.infra eo.Im.& Ang.in d.l.ſi expreſſim, de app.Alex.in l.4.§.condemnatum,de re iud.conſi.77. nu.11.lib.
14 2.Abb.in conſi.59,lib.2.Reſp.ut ſ.eo addito , ꝙ odioſum † ſit illud ſtatutum,vt qui multum ei tribuunt , dicant ſolum friuolas quaſdam exceptiones prohibere,Bar.in l.j.§.& parui.quod vi,aut clam.Bar.in c.iudices,de pace iuram.firm.in feud.in l.ſancimus. C.de don.Ang.in conſi.177 Barb.in cōſi.80.lib.j.Fulg.conſ.180. Et quantum diminuantur vires huius ſtatuti, apparet ex his,quę latè ponit Im.in l.ſi.à quib.app.non licet.Fel.in c.ex parte,de off. deleg & demum Vant.de nullitate,tit. quis poſſit dicere, &c. nu.
15 40. Tertium eſt,ꝙ etſi ſpoliatus† eſt antea omnia reſtituendus , vulgata l. ſiquis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi, c. reintegrādæ.3. q.j.c.2.& c.in literis,de reſt.ſpol.de quo latè tractatur per Alex. Rip.Iaſ.& cęteros,in l.naturaliter,§.nihil commune.de acq.poſſ. Soc.in tract.fallent.reg.379.Corſ.in tract.regul.in reg.ſpoliatus. & nouiſſimè Iacob.Men.ferè in toto tract.de recup.poſſ.Et Anto. Gabr.in concl.j.de reſt.ſpol.li.5.com.conc.Nō tamē reſtituitur ,
16 † quando certum eſt ſpoliato non competere ius,gl.in c.ad decimas.de reſt.ſpol.in 6.Bal.in l.ordinarij. C.de rei vēd. in l. ſiquis vi.§.differentia.vbi Alex.de acquir. poſſ. Fel. in c. ſi conſtiterit. c. ad petitionem.c.accedens.de accuſ. Soc. in d.reg.379. fall. pen. Gabr.d.concl.j.de reſt.ſpol.lim.12 nu.110.qui ad ſaturitatē multos citat. Facit etiam, quia ſpoliatus † à Iudice, qui inordinatè
17
proceſſit,

proceſſit, ſolet ante omnia quoque reſtitui; niſi notoriè cõſtaret
ſpoliatum ius nullum habere. ſentit Bar. in l. meminerint. cuncti.
C. vnde vi. Dec. conſ. 119. & l. vt vim. nu. 26. de iuſt. & iure. Me-
noc. de recupe. poſſ. remed. 8. nu. 12. Et ita * communiter teneri te-
ſtatur Brun. conſi. 87. nu. 36. quem citat Gabr. d. concluſ. j. nu. 128.
licet contra ſetiat Rip. in c. ſæpè. nu. 86. de reſtit. ſpol. faciunt etiã,
quæ po nit Dec. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. ſimiliter quã
18 uis prædo † ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, l. colonus. l. cũ
fundus. de vi, & vi arm. & l. j. §. q à me. eod. tit. l. j. §. denique. qđ
vi aut clam. c. in literis. de reſt. ſpol. tamen communiter * reſtringi-
tur non habere locum in notorio prædone, ut de comm. teſtatur
Bero. in d. c. in literis. nu. 68. quem, et multos alios citat Menoc.
de recup. poſſ. rem. j. nu. 113. licet in hoc contra ſentiat ipſe Bero.
& Abb. in d. c. in literis. Eſt tamẽ aduertendũ ſupradictas doctri-
19 nas † de notorio iure impediente ſpolij reſtitutionem optimum
eſſe intelligi, quando notorium ſit ſimul & de iure ſpoliantis, &
de non iure ſpoliati, nam ſi ſeparatim intelligerẽtur, & difficulta-
tem haberent, & iniquitatem ſaperent, atq; ita videtur intellexiſ-
ſe Soc. in d. regula. 379. fal. pen. & Menoch. reſp. j. in cauſa Finar.
nu. 74. & expreſsè tenent ij, quos citat Gabr. in d. Concl. j. nu. 116.
Secundum quod caſus noſter ſtante opin. com. reſtringendus eſ-
ſet, quando notoriè conſtaret & de non iure nunciantis, & de iu-
re ædificantis, quod rarò cõtingeret. Vel reſpon. in notorijs ideo
non reſtitui ſpoliatũ, quia ſpoliatus nullum ius habeat recuperã-
di, ſiquidem notoriè excluditur. Sed hic nuncias authoritate edi-
cti nũciat, ſiue nunciatus ius habeat ædificandi, ſiue non. non mi-
rum ſi per Prætorem ſubſtinetur nunciatio aduerſus quamcunq;
& qualemcunque ędificationem, antequam de calumnia nunciã-
tis cognoſcatur, quia non pendet ipſius nunciationis robur à iu-
re quod in re quis habeat, ſed ſolũ à Prætoria licentia. Quartum
20 ex Iaſ. exemplum eſt ſtatutum † arctans iudicem ad mittendã
cauſam decidendam conſilio ſapientis; ſi illud ab altero ex liti-
gatorib. petitum fuerit, non habet locum ſi peteretur conſilium
notoriè ob calumniam, & multi conuenti faciunt ſolum, ut dif-
ferant litem, non quia dubietas cauſæ cõſilium ſapientis exigat.
Ioan. And. ad Spec. tit. de requiſit. conſi. Alex. conſi. 62. in fi. lib. 2.
& in l. ſi ſic ſtipulatus. de verb. obl. Ang. cõſ. 136. Pace Scala in tra-
21 cta. de conſ. ſap. lib. 2. cap. 27. Reſp. ſtatutum † de requirendo
conſilio ſapientis ſui natura ſupponit dubietatem cauſæ, alio-

quin

quin nihil eſſet de quo conſilium peteretur. Barto. & Bald. in l.
aut ille.§.cũ in verbis.de leg.3.Alex.d.cõſi 62. & ideo in notoria
calumnia; idest, vbi manifeſtè conſtet de non dubietate cauſæ ſta
tutum illud non habet vires; Vel dicatis aliud in perſona iudi-
22 cis,† qui preſumitur integer ab omni affectu alienus, l. 2. C. de
off.ciu.iud.Bal.in l.vn.C.ne quis in ſua cauſa.Caſt.conſi.270.lib.
2.Soc.cõſ 115 lib.j.Alc.de p̃ump.reg.5.p̃ſump.9. Menoc.de re-
cup.poſſ.remed.8.nu.3.Aliud in ipſa met parte, quæ proprio af
fectu ducta facile decipi poteſt in cognoſcẽda notorietate iuris,
vel non iuris nunciantis, & an ſubſit calumnia, vel non. Quintũ;
23 ſtante † eodem ſtatuto, Iudex non cogitur petere conſilium ſa-
pientis ſuper eo quod iure clarum ſit. Barto.in d.l.ille aut ille, &
in l.non aliter, de leg. 3. in l.j. C. de relat. Bald. in l. anc illæ. C. de
furt. in l.j. C de leg. Dec. in l. illam. C. de coll. Alex. in d. cõſi. 62. li-
24 bro 2. ſimile eſt in compromiſſo,† quod inter coniunctos, vel a-
lios iubetur à ſtatuto, nam in re clara non admittetur petitio cõ-
* promiſſi. Alex d.conſ.62. Iaſ.in l j. de tranſact.commu.* teſtatur
Scala de conſ.ſap.lib.2.c.vj.& M.An.Patau.in tract.de compr.in
25 4.q.in ver.clara, & in ver notoriè iuſta. Verũ non admittitur † ſi-
ne controuerſia, quòd ſtante d. ſtatuto in re clara non teneatur
petere conſilium, præſertim ſi ſtatutum daret formam petendi
illud; ut Ant. Corſ. in ver. ſentẽtia.nu 14. vbi plures allegat, & idẽ
Scala ibi cap.xvj.& Alc.hic. Vel quicquid ſit de hoc reſp.ut ſupra
proximè, quòd ſtatutum iſtud ſupponit dubium cauſæ quaſi ne-
ceſſarium antecedens petendi conſilij. Ad idem Ruy. hic affert
aliud exemplum, nu. 27. ex Inno.in c.poſt ceſſionem, de elect. &
26 Alex.in l.edita.C.de eden. Quod iudex † ſua authoritate poſſit re
cipere libellum manifeſtè calumnioſum, idem Inn & Bal.in c.1.
de off Vic.Sicul.in c.ad aures, de preſcript. Alex.ad B.in l.j.de off.
Aſſeſ.Soc. conſil. 36. nume.18.lib.j. Reſp.eo.mod. vt ad primum
quia hic interuenit authoritas Iudicis non ſolius partis: neque,
enim admittendum eſſet reum poſſe libellum lacerare, vel a pu-
blicis actibus remouere etiam ſi eſſet manifeſtè calumnioſus.
Preterea ideò ius reijcit, quia nedum lex non aſſiſtit libello ca-
lumnioſo, ſed imo expreſsè reſiſtit. ſecus in nunciatione, cui etiã
calumnioſè lex aſſiſtit, ut hic. Idem Ruy. addit caſum ex l. auxiliũ
de minor. cum gl. in ver. calumnia: iuncto tex. in l. is cui, de adult.
27 namque † dicitur, maritum intra ſexaginta dies poſt diuortium
poſſe abſque ſuſpitione calumniæ vxorem de adulterio accuſa

re, in-

re, intelligitur, vt ibi gloſ. niſi euidenter appareat de calumnia. Reſpond. eod. mod. quia textus illi non dicunt maritum iure,& iniuria accuſare poſſe,ſed in altero legitur, ſine calumnia, in altero, non abſque calumnia. potius igitur calumniam remouet omnino,quam illi faueant,vt ſit quodammodo in caſu noſtro,& hoc eſt quod totum negotium facit. His adduntur & alia exempla, vt puta,ex l. 2. & ibi glo. ſiquis in ius vocat. non ier. quæ vult quod
28 etſi citatus † iniuſtè compatere debeat, l. fi. de iuriſd. omn.iud.l. ſiquis ex aliena,de iud.tamen non tenetur, ſi conſtaret manifeſtè vocantem in iudicium, non habere ius vocandi. ita poſt gl. ibi B. Caſt. & alij Inn. in c. præterea, de dilat. Reſp. illud fieri, quia regu
29 lariter citatio † non habentis ius eſt nulla, & propterea non arctat ad comparendam; c. bonæ 2. vbi glo. de elect. c. veniens, de acc uſ. Card. in clem. 2. vt lite pend. Inno. in d. c. præterea, & tradunt
30 DD. in d. l. 2. tamen æquitate † ſuadente recipitur vt arctet ad cõparendum, cum dubitatur de eius virib. vt ſaltem per compaitionem citati de hoc cognoſcatur, ita Bar. in d. l. 2. at in caſu noſtro econtra nunciatio non habentis ius regulariter ſubſtinetur, vt in l. hac,& concor. Et hoc modo poſſunt multa diſſolui. Item à
31 ſententia † ſuper poſſeſſione, iure ciuili non eſt appellandum. l. j. C. ſi de mom. poſſ. & ibi B. notatur etiam in l. quiſquis. C. quorum appel. non recip. Ang. conſi. 107. Maranta de ord. iud. par. 6. nu. 305. hoc autem fallit, ſi cõſtaret expreſſe de eius iniuſtitia, vt per Bal. in l. conſentaneum. C. quo. & quan. Iud. & in conſi. 217. lib. 2. in fi. Abb. conſi. 55. lib. 2. Ang. conſi. 112. Alex. conſi. 77. nu. 17. lib. 3. non tamen eſt prætereundum, iſtud non eſſe ſimpliciter verũ, quinimò B. in d. l. 2 de appel. recip. vult, appellationes in poſ
32 ſeſſorijs admitti, ſed hoc eſt in illis proprium, † vt non ſuſpendãt executionem, atque ſic intelligatur. d. l. j. C. ſi de mom. poſſ. & ita magis communiter tenetur. Mar. in d. par. 6. nume. 305. Menoc. de recup. poſſ. reme. 9. n. 312. qui plures citant. Et ea ratione fit, vt dum conſtat de iniuſtitia facilius admittitur appellatio. ſecus in caſu noſtro, vbi nedum non fouetur cauſa ædificantis ſpreta nũciatione, ſed imò expreſsè reprobatur. vel dicerẽ differre iſtos caſus, quia q. appellat, Iudicis inuocat auxiliũ, ſed qui ædificat poſt nunciationem Prætoris ſpernit maieſtatem. rurſus hic ſua authoritate vtitur ędificando, ac prætendendo iniuſtam nunciationẽ; ille vero legitimam iudiciorum viam elegit, ut patet ex definitio
33 ne appellationis, quæ † ſecundum Bar. in l. j. de app. Bal. in rubr.

co.ti.

eo.tit.Hoſt.Abb.Philip.& alios,nil aliud eſt,quàm prouocatio al terius iudicis, &c. Item facit in argumentum q emptor† cõdem natus in contumaciam, non agit de euictione contra venditoré, quia præſumitur ſua negligentia cõdemnatus,l.ſi ideo, de euict.
36 quinimo † etiamſi litem denunciauerit,& aſſiſtat vſque ad ſententiam,in ea verò proferenda non comparuerit.Bal.in l.j. C de per.& com.rei vend.in c.j.ad fi.ſi feud.vaſal.ab alt.fuer.inter.Alexan.in l.venditores,de verb.obl. Tamen hoc fallit,† ſi conſtitiſſet manifeſtè de iniuſtitia conuenti,& iuſtitia euincentis, Bald.in d.c.j.ſi feu.vaſal.ab alt.fuer.& in l.emptor, C. de euict. cum ijs, quos allegat Crot.hic,nume. 30. Nam tunc nec tenetur denunciare litem motam.Bal.in d.l.j.C.de per.& comm.rei uend.Fulgo.in l.véditorem.de act.emp.quicquid ibi dicat Bar.& gl. Qui-
37 nimò, cum notorie† conſtat de iniuſtitia euincentis, poteſt emptor cedere liti,nec ſibi emptor nocet contra venditorem in euictione.gl.& Bál.in l.ſi cum quæſtio.C.de euict.& DD.í d.l.emptorem.ad hoc tamen,quantum ád rem præſentem ſpectat, reſponderi poteſt ideo emptorem non defendentem cauſam,non obtinere contra venditorem,quia præſumitur ſua negligentia ſuccũ
38 bere,Atq; ideò ſolum procedit in caſu dubio,quia in claris†ceſſant coniecturæ,& præſumptiones,l.continuus,§. is cui. de verb. obl.c.euidentia,de accuſat.Bal.in l.fi.opp.20.C.de hæred.inſtit.in l.2.C. de ſicar.Deci.in c.intimaſti.de appel. At in caſu noſtro non ſola præſumdtio pro iure nunciátis parit effectum interdicti demolitorij, ſed ſpræta authoritas Prætoris, l.Prætor. §. ait Prætor.
39 infra eo. Item facit,quia notorium † & euidens admittitur contra omnem præſumptionem etiam iuris,& de iure.Rom. in conſi.150 Felin.in c.quanto.de præſump.vbi allegat concord. Alex. conſi.39.nu.23.lib.6.conſi.35.nu.8.lib.4.Hipol.in l.j. §. ſi ſerui,
40 de quæſt. Quamuis † contra talem præſumptionem non ſoleat admitti probatio in cõtrarium, l.antiquæ.C. ad Vellei.l.ſi.C.arb. tutelæ.Salic.in Rub. C. de probat.Alex.in l.inter ſtipulãté.§.j. de verb.obl.Hyppo.in l.j.§.ad quæſtionem,de quæſt.Nec mirum, nã
41 probatio, † quæ fit per rei euidentiam, nullo vnquam caſu prohibita intelligitur.Bal.in l.ſi.C.ad l.Aquil. & in rub. C. de prob. Poteſt reſp.ut infra proximè,ſcilicet hic ius nuncianti non competere ob aliquam præſumptionem iuſtæ cauſę.Vel aliter euidés
42 † & notorium iſtud vt aliquid faciat contra præſumptionem illam debere allegari in actis.Alex. in l.vni. C. vt quæ deſunt adu.

& conſi.

& conſi.118.lib.4.Ita allegat,& limitat Alc. de Præſump. par. 2.
nu.20 ſic in caſu noſtro non licebit ſpernere nunciationem pro
pria authoritate, quod fieret,ſi in caſu notorio poſſet nunciatus
ædificare, ſed à Iudice obtinere remiſſionem,ut hic,& in d.l.vni.
43 de remiſſ.Item facit,quia citatio etiam nunquam remitti poteſt.
c.paſtoralis, §.cęterum.de re iud.ubi DD. & in c.quoniam. con-
44 tra,de prob.etiam de plenitudine † poteſtatis.Iaſ.in l. Gallus. de
lib.& poſt.Quinimo nec ei renunciari.Spec. de libel. concept. §.
45 oſtendamus.verſi.porrò tñ in notorijs † proceditur ſine ea, quo
ties notoriè conſtat, reo nullam competere defenſionem. c.ſi. de
off.deleg.in 6.Inn.in c.tua,de cohab.cler.& mul.Cardinal.in cle.
2.de re iud.Inn.in c.cũ olim,eod.tit.Tiraq. in trac. res inter alios
46 acta.lim.2.nu.36.& lim.3.nu.74. Et generaliter † definiuit Soc.
in conſi.38.nu.18.lib.j.notoriam iniuſtitiã impedire litis ingreſ-
ſum.Ad quæ omnia dici poteſt,procedi nihilominus Iudicis au-
thoritate,non propria,ut fieret hic, ſi nũciatio tutò ſperneretur.
Ex quibus & ſimil. quæ implent ſcribentium volumina, videtur
47 demum conſtrui regula generalis,ex euidenti † iniquitate recedi
à diſpoſitione legis,vel ſtatuti, vel reſcripti,vel cuiuſcunque alte
rius diſpoſitionis.Abb.in c.literas.de reſt.ſpol.Fed.in c.ex parte.
v.fall.de off.deleg.Bal.in rub.C.de prob.Alex.cõſi.77. col.pe.lib.
* 3.Normã.hic,& cęteri communiter, * vt de comm. teſtatur Me-
noc.in reſp.j.cauſæ Finarren.nu.73. qui etiam plura ſimilia po-
48 nit.Facit ad idem , quia in notorijs † ordo iuris non requiritur.
c.3.de teſt.cog.gl.in l.j. C. qui, & aduerſ. quos. Inn.in c. cum in
tua.qui matr.acc.poſſ.Philip.Franc.in c. ex inſinuatione. de app.
Vant.de nullit.tit.quis poſ.dic. &c.nu.51.Vltra ſupradicta,& in-
fradicenda reſponderi etiam poteſt,non procedere hæc, quoties
neceſſe ſit antea tractare de ipſa diſpoſitione legis, quàm de no-
torio,vt eſt in caſu noſtro, vbi iubet Prætor antea deſtrui ſuper
ædificatum,quàm cognoſcatur de iure ędificantis, vel nuncian-
tis, vt hic & §.ſed ſi is huius.l.& in d.l.prætor.§.j.& §. ait Prætor.
49 cum ſim.cognoſci autem dicitur etiam quod † notorium eſt in
quantum opus eſt per Iudicem declarari.glo.in clem. appellãti,
de app.Ioan.And.in c.accedens,vt li.non conteſt. Ang. & Alexã.
in l.j.de excuſ.tut.Fel.in c.ſi duob.de app.in c.audientia.de accu
ſat.Aret.in l.neceſſariis,de acquir.hęred.Ant.Corſ.in ſing. ſuper
verſi.Notorium.Tiraq.de retr.conſang.§.32.gl.j.nu.98.Neq; .n.
vnicuique licet notorium ſua authoritate facere, ſed ita demũ

ſi fuerit

qui fuerit per iudicem declaratum. Aret. in l. exitus. colum. 5. de acquiren. poſſeſ. vbi longè diſputat. idem in conſilio 165. Decius conſilio 420. & conſil. 383. in fi. Rol. conſi. 33. lib. 2. nume. 25. & conſi. 99. nume. 16. lib. j. vbi teſtatur de commu. * ex ſententia Iaſ. in l. ſi verò, §. quis pro rei. qui ſat. cogant. & idem ſępius teſtatur Aret. in dic. l. exitus. ſit igitur magna notorij vis, non tamen tanta, vt ſua authoritate quilibet ſibi licere præſumat paruipendere iuris remedia, & ſic Prætorias nunciationes, præſertim cum hic Prætor proteſtetur ante demolitioné ſuper ædificati, ſe non cogniturum quicquam de cauſa. Vel dicatis
50 pro ſolutione illud, quòd ob notorium † recedatur à regulis iuris cõmunis, habere locum quotieſcunq; regulę inituntur præſumptionib. quia iſtæ ceſſent, vbi notoriè conſtet in contrarium, qđ nõ eſt in caſu noſtro. Ita dicebamus ſupra ſæpius, & ita in ſpecie ſoluit Alc. hic, nume. 23. Hæc pro plena ſolutione tertiæ argumentationis, vbi multa vtilia ex Iaſ. & alijs fuerunt collocata. Quartò pro ead. comm. Iaſ. allegat l. qui viam. ibi, nihil agit, & l. de pupillo. §. ſi plurium dominorum, infra eod. vbi oſtenduntur, qui nunciare nõ poſſint, quia ius non habeant, vt hinc videatur fieri regula cuiuſcunq; non habentis ius nunciationem non tenere, ſi conſtet eum ius non habere. Verum ſi ita liceret inferre omni caſu, iure ædificans, ſi vellet poſſet ſpernere nunciationem contra expreſſam ſententiã noſtri tex. & ſim. idcirco reſpondeṙé primo generaliter ad hos, & omnes ſimiles tex. qui copiosè a noſtris allegantur, vt deducemus mox, ꝙ vbicunq; dicitur nunciari
51 nõ poſſe, vel nunciationé non valere, intelligi oporteat, quia ſit remittenda per Prętoré, & ſic concordabuntur cũ l. noſtra, & ſim. vbi è contra dr̄ per nunciationé nõ habentis ius impediri ædificium quouſq; fiat remiſſio, vt in d. l. vnica, de remiſſ. quæ ſm ueram literam ſentit in prin. remiſſionem faciendam eſſe, cũ nuncians ius non haberet, vnde ſupponit ante remiſſioné nunciationem, ſm quę ſubſtineretur, quemlibet nunciare poſſe quantumcunq; prohibitũ, ſed haberet aliquas cõtrouerſias. Ideò ſcđò rñ-
52 deré, eé multos, † quorũ nũciatio ſit ipſo iure nulla, & tutò ſperni poſſit, puta qñ nõ eſt legitimè, & formiter facta, vel qñ ex cã à iure reprobata, vt in d. l. qui viã. vbi pp impeditam ſeruituté uiæ nũciabatur, qui ideò nihil agit, quia falſum, ſeu reprobã cauſam allegat, fortè idé ſi non expreſſiſſet cãm, ſed notorium eſſet ob falſam moueri. i. ob cã, q̃ expreſsè à iure reprobetur. Et hoc caſu for-

 ſitan

ſitan ſubſtineretur opinio communis, etiam ſi quis tentaret diſputando contrarium, præſertim ſtante alia communi ſententia, quòd nuncians rogatus teneatur cauſam allegare, de quo infra. quantum ad tex. in d.§. ſi plurium, vltra ſuprad. reſpondeo, iõ
53 non prodeſſe vnius † nunciationem conſocijs, quia qui ius non habet prohibendi, cum nunciando impediat ædificium, tenetur de vi turbatiua, & quanti interſit ædificatoris non fuiſſe proſequutum: & ideò cum fieri poſſit, vt alij ſocij non habeant ius, ne in aliena poteſtate ſit conditionem ſociorum deteriorem facere, l. 1. quòd vi aut clam. l. in poteſtate, de arbitr. l. ſoluendo, de nego. geſt. l. non debet, de reg. iur. non ligat alios vnius nunciatio, ſimiliter nec illis prodeſt. Addunt tex. in d. l. uni. de remiſſ. ſed certè, ſecundum veram literam nihil obſtat, de quo tamen tex. forſitan infra latius agemus. Soc hic ad idem ponderat §. nunciamus, in hac l. ibi, quia ius aliquod prohibendi habemus, à ceſſante ratione, verum ex hoc idem probaretur, ſi ab initio eſſemus in dubio de iure nunciantis. ergo illud procedit, vel ratione remiſſionis concedendæ à Iudice, vel non concedendæ, quo reſpectu verum erit dicere nunciantem ſine iure nihil agere, vel quia ex ipſa nunciatione conſtet de non iure nunciantis, quia non ſolenniter nunciauerit, vel reprobatam cauſam allegauerit. Idẽ ad hoc ponderat tex. in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi, ſecundum communem intellectum ipſius. Nam proteſtatio, quæ præceſſit nunciationem, ſecuta demum nunciatione tantũdem operatur. Quod iniquiſſimum eſſet, ſi nunciatio ſine iure fieri poſſet. Reſpon.
54 ſecundum alterum glo. intellectum, ibi agi † de nunciat. facta authoritate Prætoris, de qua verum erit per Iudicem non admitti ſine vllo iure nunciantis: ſi tamen admiſſa fuerit, non licebit amplius ad ſubſtinendum, quod poſt illam ædificatum fuit allegare notorietatem iuris propter ſpretam Iudicis authoritatem, & quia (vt ſupra viſum eſt) ius quantumuis notorium debet, vt pariat effectum allegari, ità dicit Alc. hic. nume. 24. Noſtra autẽ quæſtio eſt de nunciatione, quam quis ſua authoritate facit. Vel
55 reſpon. in ea nunciatione eſſe † ſingulare ob præcedentem proteſtationem, à qua pendeat omnino. Cęterum de natura proteſtationum eſt, ut abſq; iure factæ non noceant, l. ſi maior. C. ſi aduerſus vend. & ſupra vidimus in tex. Vel dicerem nunciatio-
56 nem † impedire tantùm ædificium poſt illam factum, ſed quod antea factum fuerit, licet poſt proteſtationem non aliter quam ſi

manifeſtè

manifeſtè conſtabit de iure proteſtantis, & ſic nunciatio & prote
ſtatio ſuam vtraque obtinebit naturam. Tertiò idem Socin. ad
57 hoc allegat §. qui opus, † in eadem l. vbi nuncians tenetur iurare
de calumnia; ergo ſi calumnia ſit euidens, non admittetur ad iu-
randum, ne alioquin manifeſtus fieret periurus, quod haud per-
mittendum eſt. Spec. de iur. cal. §. ſi. nu. 7. vbi Bal. in verſi. an in no
torio. Fuit hęc ponderatio Ioan. Croti hic, licet Soc. non alleget,
ſed reſp. iuramentum illud, pręſtari Iudice authore, vt ait tex. ad
cuius officium ſpectat illud non recipere, & remittere nunciatio
nem, ſi fortè euidens ſit calumnia. Ex quo colligo argumentum
pro contraria, nam & interim nunciatio pariet effectum prohi-
bitionis.
58 Quartò idem allegat l. vni. † C. eod. ibi, ad deciſionem ambi-
guitatis, &c. quaſi vbi ambiguitas non ſit nunciatio non teneat,
ſed iſte tex. poteſt in contrarium ponderari, nam loquitur condi
tionaliter: ſin aliquid, inquit, fuerit quocunque modo ad deci-
ſionem ambiguitatis impedimẽtum, &c. quaſi caſus ſuperior fue
rit, quando nulla ſubeſſet ambiguitas, & ſic teneret etiam tunc
nunciatio. tacitè igitur ſentire videtur ibi Imperator remittendã
nunciationẽ ſtatim ſi manifeſta ſit calumnia nunciantis, vel cum
aliqua dilatione non maiori trium menſium, ſi qua erit in cauſa
ambiguitas. Non autem ſit mirum, ſi ibi expreſsè non ſit dictũ,
de caſu manifeſtę calumnioſę nunciationis; nam nec calumnia
præſumitur, cum ſit ſpecies delicti, argumento. l. meritò, pro ſo-
cio. cum ſimil. nec decet calumnioſæ nũciationi expreſsè autho-
ritatem præbere. Similiter nec expreſſit caſum, quo notoriè con-
ſtaret ædificantem non habere ius, quo quidem caſu ſummope-
re valet nunciatio: non enim præſumitur quis temere ędificare,
l. fluminum. §. fi. & l. Proculus, de damno infec. eodem modo põ-
59 deratio tex. in l. Pretor. §. adijcitur, † infra eod. ibi, neque enim
permittẽdum fuit in publico ędificare priuſquam appareat quo
iure quis ædificet. ergo ſi ab initio apparuiſſet potuiſſet proſe-
qui, idem longè magis cum in priuato ædificatur, argumento il
lius eiuſdem tex. Reſpon. loqui à communiter accidentibus. Vel
dicatis, ꝙ apparere ibi intelligitur cum in iudicio conſtat per re
miſſionem non cum propria authoritate abſque aliquo actu iu-
diciario nunciatio ſpernitur. Ruyn. hic allegat ad idem, l. non
60 ſolum, §. morte, † infra eod. nam cum dixiſſet, morte, & aliena-
tione finiri nunciationem, quia his modis (inquit) finitur ius

prohibendi, videtur inferri idem ſi ab initio conſtaret finitum,
61 vel nullum eſſe ius. Reſpondeo imò mortuo † nunciatore ius
ſi quod habebat, durat in hæredibus: erat enim ius bonorum,
ſiue patrimonij ipſius, quod tranſit etiam in ſingulares ſucceſ-
ſores, l. in iudicio. famil. erciſc. & ideo glo. in dic. §. morte. te
62 net, & rectè, ſucceſſorem † poſſe iterum nunciare. Idem etiam
Barto. in l. Procurator. §. ſi dominus. infra eod. Itaque ibi ius
prohibendi ſignificat ius illud impediendi ædificij, quod nun-
cians ex nunciatione conſequitur, non autem ius in re, propter
quod nunciatum fuit, de quo loquitur noſter textus ibi (quate-
nus is, qui nunciaſſet ius prohibendi non haberet) Allegatur
63 etiam l. noſtra in §. nunciamus. † verſicu. quòd ſi quis. vbi ædi-
ficanti in mari, vel in litore inutiliter nunciari exponitur, quod
nullam aliam videtur habere rationem, quam quia notorium
ſit ędificantem habere ius. Quod ſentit tex. dum inquit, iure
tamen gentium ſuum facit. Reſpon. vt ſupra, vel ibi intelligi
quantum ad remiſſionem concedendam, vel de eo qui allega-
bat cauſam falſam, puta quòd in publico ædificaretur, vel quòd
aſſereret ſibi licere ędificanti in mari nunciare nouum opus, nã
iſte error in cauſa, cum videatur ſpectare ad formam, non con
firmabit nunciationem, ſecus forſitan ſi allegaret cauſam dam
ni infecti, vel aliam ad nunciandum non ineptam per ſe, licet
in nunciantem non accõmodatam. Eodem modo reſpondeo l.
de pupillo. §. nunciationem. vbi eſt ſpecies nunciationis nullæ,
cum fiat extra rem cui nunciatur. Afferunt etiam §. nunciatio
fit. hac l. Nam nunciatio notoriè iuſta, neque pro iure ſuo con
ſeruando, neque pro damno depellendo, neque propter ius pu
64 blicum eſt facta. Reſpon. ſatis eſſe ſi ex facie † ipſius nunciatio-
nis vna ex iſtis cauſis appareat licet falſa, nam ligat ſaltem uſ-
que ad remiſſionem. Item l. non ſolum, in principio infra, eod.
dum reddit rationem quare, qui proximus non ſit poſſit nuncia
re, ſed quia poſſet habere ius, ergo ſecus ſi conſtaret non poſſe
habere. Solue, vt ſupra. Hæc iura adducebantur per Crot. hic cũ
aliquibus alijs rationibus, quæ conſultò prætereo, cum ex iam di
ctis facilis ſit ſolutio.
Quintò non eſt prętereundum argumentum Barto. hic, quod
65 habuit à Specu. quem ipſe citat, quòd vſufructuarius † qui tan-
tũ iuris habet in re, ut interdum veniat domini appellatione, l.
4. de vſufr. l. 3. ſi ſeru. vend. l. & puto. §. j. fam. erciſ. l. j. de euict. &
con-

concord. quæ allegat glo. in dic. l. 4. & in l. rectè, de verbo. ſig. gl.
in l. proprietatis. C. de probat. Bart. in l. j. ad Silan. l. venditione,
de bon. auct. iud. poſſ. authen. hoc locum. in repet. C. de ſecund.
nup. Alexan. in l. ſed etſi poſſeſſori, §. ſi iurauero. de iureiuran. Iaſ.
in l. naturaliter, §. nihil commune, vbi moderniores, de acquirẽ.
poſſeſ. & in §. æquè, nume. 50. Inſtit. de act. non tamen tantum iu
66 ris habet, vt nunciare poſſit, vt in l. hac noſtra, §. ſi. cum l. ſeq. &
d. l. vni. §. item Iuliano, de remiſſ. quæ l. etiam in princ. facit, ſe-
cundum communem literam, dum probat remiſſionem fieri ſo-
lum, cum nuncians ius habuit, ſecus ſi ius non habuerit. 53.
quia tunc ab initio nunciatio fuerit nulla, & ideo ſuperfluè re-
mitteretur quod non fuit, nec eſt. Contrarium tamen ex diame
tro videtur probare textus noſter dum vult remiſſionem fieri,
quatenus qui nunciauit, ius non habuerit, idem in l. de pupillo,
§. ſi is cui. & l. non ſolum. §. ſciendum, infra eod. & alibi ſæpius. at-
* que ideò fit, vt ex iſto tex. communiter * notent Interpretes peti
tionem remiſſionis non arguere validitatem nunciationis, ſicut
67 qui petit † abſolutionem, non tamen fatetur ſe excommunica-
* tum. Fel. in cap. in teſtimonium de teſtib. & dicit cōmunẽ * Alc.
hic, nume. 59. qui plura cumulat, & nos plura latè tractauimus,
ſupra in tex. Equidem (vt ingenuè fatear) circa tex. in d. l. vn. de
remiſſ. non audeo quicquam certò affirmare, & libentius audi-
rem aliorum opinionem, quàm meam ſubijcerem; præſertim
ſtante Piſana litera, quæ præcipuam ſibi authoritatem vendica-
uit, ſecundum quam oppoſitum omnino probat à communi li-
tera. Quinimò & in ſe ipſa patitur difficultates, ac contrarieta-
tes, de hoc tamen ſpecialiter infra cum Bar. in quæſtionib. fortaſ
ſe agemus. Interim ſatis ſit eius difficultates præmonuiſſe. quan
68 tum verò ad rem præſentem, pro reſolutione † ſufficere poteſt
conſtare per tex. noſtrum & concordantes remiſſionem concedi
ſi non iure fuerit nunciatum. Ad illud verò quod dicitur de fru-
ctuario, qui licet ius habeat in re, nunciare tamen non poſſit, ex
ſupradictis facilis eſt reſponſio. Præterea eius non ualet nuncia-
69 tio † aduerſus dominum, quia iuri tantùm vtendi fruendique
innititur; Quod ſibi ſolum vendicationem vtilitatum præſtat,
non etiam ius prohibendi ædificium, vt in dic. legibus. Et po-
tuit eſſe ratio quare ab initio cauſa vſusfructus contra proprie-
tarium minus legitima iudicata fuerit, quia iuri naturæ, ac
Romanorum congruit dominorum in re ſua authoritatem

illibatam eſſe, §. fina.Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel al. iur. cum
ſim.& rectè, dominum totius rei aliquem dicimus etiam ſi vſuſ-
fructus alienus ſit, l. rectè de verb.ſig. Hinc etiam fit vt cum ſiu-
ctuarius extraneo nunciat, domini potius nomine nunciatio ſub
ſtineatur.d.§.fi.infra ead.l.vbi Bar.Alex.& reliq. Cæterùm ius qđ
ille habet ad fructus percipiendos non ad nũciandum proderit,
70 Sextò affertur, l.diem, §.ſtari, † de arbitr. cum gl. Nam qđ in tex.
dicitur, ſententiæ arbitri ſtandum, ſiue ęqua, ſiuè iniqua ſit, intel
ligit gl. niſi expreſsè conſtaret de iniuſtitia, cõſentiunt alij quos
citat M.Ant.Patau.in tract.de compr.par.9.nu.20.ver.fallit ſecũ-
71 dò.& idem dicendum in qualibet † ſententia, per l.2. C. quando
prou.non eſt nec.Bar.Alex.Iaſ.in l.cum prolatis.de re iud. Fel.in
c.j.eo.tit.Matheſ.not.20.Dec.cõſi.8.& plura per Vant. de nullit.
proceſſ.nu.118.& ſeq.& nu.126. & ſeq.vbi ꝓbat multis medijs
ſententiam contra notorium iuris, vel facti eſſe nullam, & tamen
72 de ſententia † dici conſueuit facere iuſtum de iniuſto, æquũ de
iniquo, album de nigro, l.ingenuum, de ſta.hom. l. res iudicata,
de reg.iur.& debitum de indebito, l.j.C.de condict.ind. vbi DD.
73 Augetur argumenti vis, quoniã iniuſtitia † notoria comparatur
nullitati, vt hic per Crot.nu.28. Reſpondet Ruy. quē ſequuntur
Florent. hic, illud eſſe, quia in ſentẽtia agitur de damno irrepara
bili. qđ non probat Soc. Sed tamen facit aliquam præſumptio-
nem, vt in nunciatione non tanta exigatur obſeruatio, ſicut vide
74 mus ob eam rationem † facilius à definitiua, ꝗ ab interlocutoria
appellari, l.pen.C.quor.appel.non recip. Præterea ad annullandã
75 † ſententiã requiritur vel notorium iuris, l.j.§.itẽ cum. quæ ſent.
ſi.appel.reſcind.l.ſi expreſſim, de appel. Quod non obſtat in ca
ſu noſtro, quia vbi expreſsè à iure prohibetur nunciatio facta nõ
76 valet, & de hoc non eſt q.noſtra. Vel notorium † facti, & iſtud de
bet conſtare Iudici tanquam Iudici, non tanquam priuato. Fely.
77 in c.Paſtoralis.§.quia verò.de off.deleg. Et notoria † iniquitas ea
dici debet, quæ ex actis apparet, vel quæ in ipſamet ſententia ex
preſsè contineretur. Alia verò notoria, quæ in ſententia non eſſet
expreſſa, nec in actis allegata, ſed in ſola facti euidentia conſiſte-
rent, non nocerent ſententiæ, ad quod faciunt omnia, quæ ſupra
dicta ſunt de notorio allegando in iudicio, ut effectum habere
78 poſſit. Præterea reſponderem ſententiam † facere ius non ex ſola
authoritate rei iudicatæ, ſed concurrente etiam præſumptione
quæ ſemper fit pro Iudice, l.2. C.de offi ciu.Iud.cũ cęt. latè dedu

ctis per Alc. de præſum. reg. 3. præſump. 7. Ideò fit, vt in notoriis non valeat ſententia, quia ſcilicet tunc ceſſat hæc præſum. iuris, & de iure, ſed nũciatio ſola Prætoris authoritate ſuſtinetur abſq; vllo præſumptionis adminiculo pro nunciante, qui lege permittente poteſt etiam ſine iure nunciare. Septimò mouetur Bar. per
79 l. 2. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exim. Nam citatio † non habentis ius, vel etiam habentis, facta tamen ad locum notoriè nõ tutum, impune ſperni poteſt, in tantùm, vt nec opus ſit notorium iſtud allegare. Innoc. in c. præterea, de dilat. Im. & Abb. in c. ex parte, de appel. Roland cõſi. 68. nu. 22. lib. 2. cũ ijs, quæ ſupra diximus circa tertium argumentum. Augetur, nam ideo in d. l. 2. male vocatus non tenetur comparere, quia imputatur ei qui vocauit, ita hic imputandum erit nuncianti, vt maius ſit delictum
80 illius quàm nunciati ſpernentis. cõſentiunt † enim omnes nunciantem delinquere, cum probabilem nullam cauſam nunciandi habeat, quem volunt teneri de dolo, per l. rei quam venalem. de dolo malo, & actione iniuriarum per l. iniuriarũ. §. ſiquis me prohibeat. de iniur. vt infra tractant DD. vbi etiam vidẽdum erit, quis grauius delinquat, an nuncians ſine iure, vel ſpernens nunciationem ritè factam, licèt iniuſtam. Reſponderem, citationem nullam, vel calumnioſam ideò impune ſperni, quia illi lex non aſſiſtat, prout aſſiſtit nunciationi non habentis ius; ille igitur excuſabitur, qui non comparet lege permittente, hic verò non quia poſt nunciationem ædificauit lege expreſsè prohibente, atque pœnam demolitionis imponente. Quę prohibitiones, & pœnæ non reperiuntur in caſu dictæ citationis. Multa alia adducũtur pro hac communi, quæ miſſa facimus, quia ex iam dictis uix aliquid erit, quod ſolui non poſſit. In contrarium coniunguntur vno aceruo tex. noſter in hoc prin. & d. §. ſed ſi is. d. l. Prętor. in prin. & in §. ait Prætor, & d. l. vni. de remiſſ. ſecundùm veriorem literam, quib. probatur nunciatum non aliter liberari, quàm obtẽta remiſſione, & valere remiſſionem, ſiue iure, ſiue iniuria fiat. Et
81 fortius ſtringit d. §. ait Prætor. vbi dicitur: Nec intereſt, &c. qd † im portat non eſſe faciendam aliquam differẽtiam; l. ſed & ſiquis. §. ſi. vbi gl. ſiquis caut. l. iſti quidem, quod met ca. l. inter hæc verba, l. licet. l. inter ſtuprum. l. aliud eſt fraus. §. j. l. inter diuortiũ, de verbo. ſig. & alibi ſæpius, vt ponderat hic Soc. ſed diſputandi gratia
82 reſponderi poteſt, leges † quantumuis ſtrictè loquentes, ſemper diſtingui oportere, ita vt non admittatur expreſſa iniquitas, eſt

enim aſiſtaton. Quod l. ſit, & manifeſtam cõtineat iniquitatẽ, cũ legum proprium ſit calumniantium iniquitates expellere, ut in procem. Inſtit. l. j. & l. iuſtitia. de iuſt. & iure. l. 1. & 2. de legi. capitu. ius generale. diſt. j. & capitu. erit autem. diſtinct. 4. Nec vnquam videri debet abſona interpretatio per quam l. ab iniquitate defendatur.

Secundò adducit Iaſ. l. 4. §. ſiquis. & l. ſeq. § j. ne quis eũ, &c. ubi
83 eximens † vocatum in iudicium per calumniam, eodem modo tenetur ac ſi iuſtè vocatum eximiſſet, licet calumnioſè vocatus non teneretur comparere, ut ſupra in vltimo argumento partis contrariæ. Reſpon. fortè ibi non conſtabat notoriè de calumnia vocantis, nã præſumitur pro iudice, qui cõmiſit citationẽ. Abb. in cap. niſi eſſent. colum. 2. de præb. & ideò in dubio vocatus tenetur comparere, vt dixi ſup. Sed durum eſt reſtringere illos tex. ſolùm ad caſum, quando non conſtaret de calumnia. Namque
84 ſatis eſt ſi citatio † prima frõte præſeferat iniuſtitiam: licet. n. fieri poſſet, vt aliquo caſu iuſtificaretur, tamen tutò ſperni põt. Innoc. in cap. 2. de dila. Abb. in d. c. niſi eſſent. ſanè pro ſolutione
85 † non eſt ut agamus de ui citationis, & de conciliandis legibus quæ in hoc aduerſari videntur. Namq; in l. 2. ſi quis in ius voc. non ier. habetur quemlibet vocatum comparere oportere. In l. j. & 2. ne quis eum qui in ius voc. eſt, vi ex. è cõtra diſponitur iniuſtè vocatum non comparendo, & eum qui illum vi exemerit, pœnam illius edicti effugere. At in d. l. 4. §. pen. cum l. ſeq. è contra eximentem vocatum per calumniam teneri eo edicto. Pro quorũ conciliatione multum laborant ſcribẽtes ibi, ad quos vos remitto. Sed quò ad rem præſentem ſpectat reſponderem, differentiã eſſe inter citationem & nunciationem, nam illa non ſolùm permittitur generaliter in illo edicto de in ius vocãdo, ſed etiam in
86 ſingulis † caſibus à Iudice obtinetur, & eius nomine ſemper emittitur per modum præcepti, ſeu interlocutionis. glo. in l. cum clericis. C. de epiſcop. & cler. vbi Bald. & Salicetus in l. iubemus. C. de aduoc. diuer. iud. Abb. in rubrica, vt lite non conteſt. Io. Andr. in cap. Romana. de foro comp. Felyn. in cap. gratum, de of
87 fic. deleg. vbi colum. 2. in citatione † diſtinguit commiſſionem, vocationem, quam exequutionem appellat, & relationẽ. Sed in nunciatione ſolùm interuenit permiſſio ex generalitate edicti, in reliquis propria authoritate fit. Ergo nõ mirũ ſi facilius ſperneretur, quàm citatio. credi. n. veriſimiliter poſſet, Iudicem non

fuiſſe

fuiſſe conceſſurum manifeſtè calumnioſam, ſi nominatim ab eo
88 fuiſſet petita. Vel reſp. vi eximentem † vocatum non excuſari ob
expreſſam calumniam vocationis, quia erat in poteſtate eiuſmet
vocati citationem per comparitionem cõfirmare. l. j. §. j. vbi gloſ.
& Bal. de fer. quod per eximentem impeditur; licèt non puniatur
vocatus, ſi non comparuiſſet. Sic eo caſu videtur eximens vtilem
vocationẽ impediuiſſe, quia impediuerit ne inutilis confirmetur,
89 ſecundum quod dicendum videretur eximentem † plus delinque-
re quam vocatum, licet contra voluerit Inno. in c. cum contingat,
de reſcrip. Ang. in l. 2. ſiquis in ius voc. Iaſ. in d. l. 1. nequis eũ. Re-
linquo tamen ſuper hoc cogitandum, quia nõ intendo ad unguẽ
hæc explicare, quæ materiam noſtram parum, aut nihil contin-
gunt. Tertio. l. j. §. aut parui. quod vi aut clam. ubi pariter habe-
tur curandum non eſſe an agens eo interdicto ius habeat vel nõ,
dum tamen conſtet vi vel clam aliquid factum. Reſp. ibi nihil di-
citur ſiquis notoriè ius non habeat. Et quamuis etiam circa do-
minium ſpoliatus notoriè nullum ius habeat, tamen neceſſe eſt,
vt doceat aliquid in poſſeſſione habuiſſe, quia illud interdictum
eſt poſſeſſorium non proprietatis, & reſtitutorium. d. l. j. §. quini-
90 mò. ſicut ibi DD. negant † communiter * interdictum dari ſi noto-
rie conſtat agentem ius non habere, vt per Beroum in q. 3. nu. 6.
quæſt. fam. ita quoque hic negandum videbatur valere nunciatio-
nẽ & ſic pro part. comm. vt ſupra deductum, & reſponſum fuit.
Quarto inquit Ruy. validiſſimum eſſe argumentum, quia reſtitu-
tio eius, quod poſt nunciationẽ ædificatum fuit obtineatur per
91 viam attentatorum, vt ſupra in tex. dictum eſt, ſed attentata † re-
ſtituuntur, etiam ſi manifeſtè appellãs iniuſtam cauſam foueat,
vt hic per eum. Verum facilis eſt ſolutio, nam quod ait attentata
reſtitui, etiam ſi conſtet de non iure appellantis, ſi verum eſt, ha-
92 bet locum † ſolum in appellatione a definitiua, non ſi ab interlo-
cutoria, vel ſi à grauamine extraiudiciali, in quibus communiter
† creditur attentata non reſtitui, niſi iuſtificata demum appella-
tione: & ideo neutra ſine cauſæ expreſſione admittitur, etiam ſi
petitum non ſit, prout latè ſupra hæc omnia fuerunt propoſita.
Non tamen eſt prætereundum illud, quod ait Ruy. haud eſſe rece-
ptum abſque controuerſia: ſunt enim qui econtra credunt, noto-
93 rij † allegationem impedire omnem reuocationem attentatorũ,
quos citat Lanc. in tract. de attent. par. 3. c. 14. q. j. nu. 8. & per totam
quæſtionem patet quantam res hæc difficultatem habeat, tam in
profanis

profanis quam in beneficialibus negotiis. Quinto mouet Soc. di
ſpiratiue rationem ſumptam ex l. de pupillo. §. ſi quis riuos. infra
eo. vbi in quibuſdam caſibus per prætorem exceptis, poteſt ſper-
94 ni nunciatio, ergo non in aliis. Etenim exceptio, † vt uulgare eſt,
firmat ius in contrarium pro caſibus non exceptis. l. quod liberta-
ti. de euic. l. nam quod liquidè, §. fi. de penu leg. l. quæſitum. §. deni
que. vbi Bar. de ſub. inſtr. c. domitius. cum gloſ. 32. q. 7. c. 2. de con
iug. lepros. de quo latè Euer. in loco de except. ad reg. Sed idem
95 Soc. bene reſpondet, † poſſe etiam alia ſpecialia dari alijs legibus,
& rationibus comprobata: neque enim vnius regulæ omnes ex-
ceptiones vno tantum loco probantur, ſed alia alijs in legibus ex
primuntur. l. ſerui nomine. vbi gloſ. de vſuc. l. j. §. per ſeruum cor-
poraliter. de acq. poſſ. l. ob æs, cum gl. C. de prædijs min. clem. exi-
ui de paradiſo. vbi Card. de verb. ſig. alia verò a ſimilib. vel maio-
ribus rationibus colliguntur. c. cum dilecta, vbi Abb. de conſ. vtili
vel inut. gloſ. in l. j. de cond. indeb. & de vtroque caſu Euer. in loco
ſup. cit. nu. 5. Tale eſſe poterit iſtud, quando conſtaret manifeſte
nunciantem non habere ius ſecundum communem opinionem.
Sexto facit ex eiuſdem ſententia, quia facta nunciatione vt nun-
96 ciatus ædificare † poſſit, debet vel obtinere remiſſionem vel ſatiſda
re. d. l. Prætor. §. pen. inf. eo. l. de pupillo. §. is cui. l. non ſolum. §. ſcię
dum. eo. tit. l. ſi alius. §. qui autem. quod vi aut clam. l. vni. de remiſſ.
ergo non ſufficit caſus manifeſtę iniquitatis, niſi remiſſio, vel ſa-
tiſdatio interueniat, quia lex certam dedit formam ædificare vo
lenti, qua ſpręta haud fieri poteſt, vt ædificium ſubſtineatur.
Reſp. illud intelligi ſi nunciatio valuit ab initio. At ſi fuiſſet no-
torie iniqua, nec quidem nunciatio dici poterit, ſicut facta abſen
ti, vel non ſeruatis ſeruandis. d. l. de pupillo. §. j. cum multis alijs.
Septimo ſpernens nunciationem videtur paruipendere Prætoris
authoritatem, d. §. ſed ſi is. inf. ead. l. & l. Prætor. §. ait Pretor. vnde
97 quaſi † criminoſus damnandus eſt; nec debet † ſuum delictum
propter alterius calumniã excuſare, iuxta illud, quod altare vnũ
aperiri non debet, vt aliud operiatur. l. fi. §. ſed ſi quis. vbi Bal. in
ver. nota quod non debet. C. com. de leg. & in auth. niſi, col. 2. C. ad
Treb. cum ſim. Reſp. ſi vera eſt opinio communis, nullum eſt deli
ctum, quia ſibi licuit nunciationem ſpernere. Quinimo nec eſt
nunciatio, quæ per aduerſarium facta fuit, nec vlla Prætoris au-
thoritate firmatur. Vel ſi nunciatus aliqua fuit in culpa nuncia
tionem paruipendendo, hoc ei ob dolum nunciantis nocere non

98 debet, quia dolus † præponderat culpæ. l. item ſi obſtetrix, ad l. Aq. Sed idem ſi nunciatus quoque fuiſſet in dolo, quia ſibi lice-
99 ret † dolum cum dolo cõpenſare. l. ſi ambo, de compenſ. l. ſi duo.
110 de dolo malo. & quia † in pari cauſa doli melior eſt cõditio poſſidentis. l. mercalem, C. de cond. ob turp. ca. Cætera ex Soc. & alijs vel ipſi ſolum ſunt, vel modicam habent difficultatem. Pro ſolutione qui ſuperet tenere pro hac poſteriori parte contra comm. quam puto de iure eſſe veriorem, poſſet iſtud tentare duplici uia. Primo dicendo omnes valere nunciationes præter exceptas expreſſe in edicto, vt in d. l. de pupillo, §. ſi qs riuos, cũ ſeq. & nõ ſolẽniter factas, vt in ea. l. §. nunciari. Sed quæ ſolum dicuntur nõ valere ex defectu iuris nunciãtis, vt ſunt quam plurimæ, ligent nunciatum vſque quo non remittantur. Secundum quod de plano procederet noſter tex. cum ſim. namque dicendum eſſet, quemlibet nunciare poſſe, ſed per Magiſtratum remittendam eſſe nunciationem, in quantum conſtaret nunciatum ius non habere. vnde ſi appareret notoria calumnia, confeſtim remitteretur, & nunciato in nunciantem de dolo uel iniuria concederetur iudicium, ut ſupra diximus. At ſi teneremus, ut communiter Interpretes tacito conſenſu tenere uidentur, ubicumque legimus aliquem nũciare non poſſe, uel ius nunciandi non habere, intelligi ab initio inutiliter nunciata, & aduerſarium poſſe ſecurè abſque ulla remiſſione proſequi ædificium, difficilior reddetur in hoc noſtro articulo opinio contra communem. Nihilominus & hic putauerim diſputãdi gratia opinionem hanc de iure probabiliorem, his rationibus. Primo, quia facta nunciatione qualisqualis fuerit,
101 duo † conſtituũtur iudicia, alterũ nunciatiions, & eius effectuũ, alterum iuris ædificantis, uel prohibentis. d. §. ſed ſi is. Quæ ſunt, ut inquiunt, toto cœlo ſeparata & in uno allegata non proſunt in alio. Namque in illo nunciationis futurus eſt reus nunciator, q̃ ſit in quaſi poſſeſſione ꝓhibitionis, ut in d. l. Prætor. §. deinde. in alio uero ipſe erit actor, quia ꝑ nunciationẽ conſtituit ædificantẽ ædificij poſſeſſorem. d. l. noſtra. §. nunciatio ex hoc. Effectus in primo eſt, ut ſi obtinuerit nunciatus fiat ei remiſſio: ſi uero nuncians, compellatur nunciationes ab ędificio deſiſtere, ac deſtruere quicquid poſt nunciationem ædificauerit. In ſecundo autem iudicio ſi obtineat nuncians deſtruitur integrũ, ſi nũciatus perſeuerat poſſidere ac ędificare. Rurſus in hoc iudicio quicumque ſit actor, ius ſuum non proſequitur legitimis Prætori j ſue actionib.

At in

At in alio primo ius ex nũciatione ſeu remiſſione ortum proſequi mur p interdictũ prohibitorium, & reſtitutorium de quibus in d.l.Prætor.in princ.& §.deinde. Itaque cum hæc iudicia ſint omnino ſeparata,tum ratione effectus & qualitatis perſonarum, tũ ratione cauſæ & cognitionis in utroque, dicendum eſt etiam eſſe ſeparata ratione allegationum, quæ in utroque fiunt. Sed ſi quæremus ad quodnam iudicium ſpectet allegatio hæc, quod nuncians ius prohibendi non habeat, inſpiciendum erit quo reſpectu ius iſtud in nũciante negetur,nam ſi tale eſt ut ſpectet ad for

102 mam nunciationis,puta ex defectu in perſona, † ſi ſit fructuarius contra proprietarium,uel pupillus pro opere publico, uel procu rator ſine mandato,uel non præſtita cautione de rato, uel ſocius ſine conſenſu ſocij & ſim. Item ſi defectus ſit in re, puta quia nũ ciatur purganti cloacas uel riuos, quod ſpecialiter in edicto erat exceptum. Item ſi ſit in modo nunciandi,ut ſi non in re præſenti fiat,& ſim. quæ uidentur formam lædere, tunc admitto ſpectare allegationes has ad primum iudicium. de hoc autẽ defectu iuris nunciantis non eſt quæſtio noſtra. Sed potius dubitamus ſi nun

103 cians † ius non habeat,quia iniuſtam cauſam foueat, puta quia verè non ſit dominus,uel nulla ei debeatur ſeruitus, uel ſi conſtet ædificatori ius eſſe ædificandi, quia diu iuſtè poſſederit,uel uero domino ſucceſſerit,uel cum negatur in publico loco, uel prohibito ædificari, & ſim. Quia hæc ſpectent ad alterum iudicium

104 proprietatis,& de meritis cauſæ, cenſerem ne ſeparata † iudicij inculcentur, contra.l.ordinarij.C.de rei uend.l.incerti.C.de inter dictis.l.ſi de ui.de iudic.l.exitus.de acq.poſſ.non eſſe cum de ſola nunciatione agitur de hoc,quoq; tractandum, & obaudiendum quicunque hæc intempeſtiuè allegauerit. Secundo moueor, quia qui nunciatione non obſtante ædificat,habet eam pro remiſſa;nã ea ratione mouetur,quia nunciator ius non habeat, quæ ſola eſt cauſa remiſſionis, ut hic,& in d.l.uni.de remiſ. Sed remiſſio a iudice obtineri debet, ut ibidem,& in d.l.Prætor. At ſi ſua authoritate poſſet quis nunciationem ſpernere, ſua authoritate remitteret,quod dicendum non eſt,quia ſic totum ius remiſſionis peruerteret, & quis ſibi metius diceret. contra l.ſi quis in tantam.& l.meminerint.C.un.ui.nec debet † quis in ſuamet cauſa iudicare.l.pen .de arbi.l.Iulianus.de iud.l.qui iuriſdictioni. de iuriſ.om. iud.l.uni.C. ne quis in ſua cau. Tertiò fuit † inducta nunciatio a Prætore,ut litigantium controuerſias dirimat,ut in l.hac noſtra

§.inde

§. inde quæritur. Facile enim oriri poſſunt rixæ occaſione ædifi-
ciorum conſtruendorum. Hæc ratio procedit etiam, quando
notoriè quis errat. Quapropter expedit declarationem huius no
toriæ iniuſtitiæ à ſolo Iudice fieri: Nam ſi liceret parti, maiorem
rixandi cauſam præberet. Quartò refectio ædificiorum vt plu-
rimum notoria eſt: quilibet enim facile intelligere valet, an ædi
107 ficium de nouo fiat, vel vetus reſarciatur. Et tamen puto † in
refectione habere locum nunciationem per d. l. de pupillo. §. ſi-
quis riuos. in f. eo. vbi ſpeciale eſt in riuis, & cloacis purgandis, &
his reficiendis, quæ ſui mora periculum allatura eſſent, ſperni
poſſe nunciationem. Ergo in aliorum ædificiorum refectione
non ſpernetur, & tamen refectionem prohibendi nemo ius ha-
bet, vt in hac l. noſtra. §. ſiquis ædificium. Quem tex. vt concor
dem cum d. §. ſiquis riuos, interpretarer, vt valeat quidem nun-
ciatio facta reficienti, ſed tamen ex hoc ſolo a Prætore remitti
poſſit, interim igitur ſuſpendetur refectio, niſi mora pericu-
lum allatura eſſet. Aduertendum autem puto, quod cum noto-
rium ſuſcipiat magis & minus, ſi alicuius nunciantis adeo eſſet
euidens iniuſtitia, & inuerecunda calumnia, vt facilè omnes in-
108 telligant quàm iniquè nunciet, & crediderim † ad ſubſtinendũ
ædificium decreto rem eſſe temperandam. Solebat enim Præ-
tor, præcipuus æquitatis cuſtos, in his quæ ſuæ erat iuriſdictio-
nis, quoties aduerſus edictum aliquid æquitas dictabat, decre-
tum interponere cum cauſæ cognitione, per quod abſolueret qui
in edictum incidiſſet, vel ius aliquod ſingulare extra ordinem
conſtitueret, quo loco edicti quis tueretur, vt ſupra diximus, &
alibi probauimus. Hoc tamen penitus in arbitrio ipſius Præto-
109 ris conſiſtebat. Item in aliqua † ſpecie ipſius notorij vera erit
omninò communis opinio, vt ſi ritè non fuit nunciatum, vel ſi
in caſu excepto in edicto, & ſimilibus de quibus ſupra. & eſt ra-
tio, quia nunciatio ab initio eſſet nulla. occurrunt modo & alia
exempla, vt ſi Prætor viuus nunciari prohibuit. l. ſi opus. infra
eodem. Item ſi lata ſit ſententia in cauſa proprietatis, ſeu prin-
cipali, pro ædificante, de quo infra ſuo loco. Item ſi poſt tran-
ſactum annum a die nunciationis, de iure antiquo, hodie ve-
ro poſt menſes tres, & datam ſatiſdationem, vt in l. vn. C. eodem
titulo, qui caſus ad inſtar remiſſionis præſtat licentiam impunè
110 ædificandi, & ſi qui alij ſunt ſimiles. Demum fortè iure † Ca-
nonico verior eſt opinio communis, tum quia, vt ſup. diximus in

tex. nunciatio non habentis ius publicum tantum cauſam admit-
111 tit non in aliquam gratiam nunciantis. At ius † Cano. non ali ter publicum bonum admittit, quam, ne ſit in detrimentum animæ, vt tradunt ſcrib. in c. j. eo. tit. noſtro. & ſic poterit defendi argumentū Abb. in d. c. j. & 2. eo quod nō curauimus ſupra referre. Si uero malumus eſſe omnino cum comm. a qua in iudicando nō eſſe recedendum, inquit hic Iaſ. aduertendum eſt, quia non uidetur ſatis appoſite dictum, non ualere nūciationem in qua uel nō conſtet, uel ſaltē non dubitetur de non iure nunciantis, vt uel loquitur hic Bar. ex ſententia Rofr. Sed potius dicendum erit tunc tantum ſperni poſſe, cum eſſet notorium de non iure nunciantis. ita videtur declarare Bar. in ſequentib. & expreſſum hoc animaduertit Aug. Bero. iu d. q. 3. fami. quæſt. Quod erit maximi effectus; nam dicenti notorium eſſe, incumbit onus probandi, & ſic nunciato, quamuis neget nunciantem habere ius, quia in aſſertione notorij potius affirmare quam negare creditur; & vulgaris eſt re-
112 gula dicentem † ſemper probare debere, ſiue actor ſit, ſiue reus. l. ei qui. de prob. l. actor. C. eo. tit. l. qui accuſare. C. de eden. Preſertim cum hoc ſit fundamentum intentionis ædificantis, vt dicunt Interp. in dictis legib. Innoc. in c. ſuper his. de accuſa. Bar. conſil. 94. & l. in illa. de uerb. obl. vbi Alex. communem * dicit Soc. conſ. 65. circa med. lib. 2. & alij, quos copioſe, & docte colligit Gabr. comm. concl. lib. j. de proba. concl. 9. per totam. Et eſt alia ratio,
113 quia † præſumitur pro nunciante. c. 2. extra, eo. qui ex ſolo edicto fundatam habet ſuam intentionem, hoc idem videtur fuiſſe ex mente Azon & gloſ. quas Bar. allegat, dum dicunt, ſatis eſſe ſi nunciaus afferat vnam ex tribus cauſis, propter quas fit nunciatio. §. nunciatio. in f. ea. l. ergo qui dicit contrarium, probare debet. Ex quo plurimum quidē reſtringitur opinio communis, namque no-
114 toria † multa dicuntur, quæ non ſunt. Abb. in c. conſuluit. de appellat. Roland. conſi. 99. nu. 15. lib. j. conſi. 53. nu. 34. lib. 2.

Finis libri Septimi.

QVÆSTIONVM PVBLICE TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE,

Liber Octauus.

SVMMARIVM

1 *Facere dicitur etiam, qui reficit, non econtra.*
2 *Vſufructuarius poteſt reficere, non de nouo facere.*
3 *Iudæi veteres ſynagogas poſſunt reficere, non autẽ nouas conſtruere.*
4 *Lex loquens de faciente, reficientem non includit.*
5 *Nunciari, an poſſit reficienti?*
6 *L. 1. §. ſiquis ædificium. inf. eo.*
7 *L. 1 §. opus. inf. eo.*
8 *Quid opus nouum ſit in iſta materia?*
9 *Legatum ad opus nouum conſtruendum erogari poteſt in veteri reſarciendo.*
10 *Seruitus conſtitui poteſt vt ædificium poſtquam collapſum fuerit, non reficiatur, vel reficiatur ſolum ad certam quandam formam.*
11 *Nunciari reficienti poteſt, non autem conſeruanti.*
12 *Nunciatio non habentis ius, an ſit ipſo iure nulla?*
13 *Nunciandi ius & ius prohibendi, quomodo differant?*
14 *Nunciatio nulla impune ſperni poteſt.*
15 *Nunciatio, quibus caſibus fiat nulla ex perſona nunciantis?*
16 *Et quibus ex parte rei, pro qua nunciatum ſit?*
17 *Et quibus ex defectu formæ nunciandi?*
18 *Nullitas potiſſima eſt, quando deficit forma ſpecialiter tradita.*
19 *Formæ maior eſt defectus, quàm perſonæ.*
20 *Forma deficiente, actus eſt omnino nullus.*
21 *Nunciatio, quæ fit per Prætorem, an dici poſſit nulla ex quacunque cauſa*

cauſa nullitatis? Quod non.nu.30.
22 L.ſi opus.inf.eo.
23 Error iuris non præſumitur præſertim in iudicente.
24 Iudicis interuentus ſupplet omiſſionem authoritatis tutoris, vel curatoris & ſimilium.
25 Filiusfam. Iudice interueniente donare poteſt patri cauſa mortis.
26 Proteſtatio facta debitori ne creditori ſoluat, valet cum iudicis interuentu.
27 Nullum quod per ſe eſt, iudicis interuentu non confirmatur.
28 Miſſus in poſſeſſionem ex inordinato decreto iudicis, non fit bonæfidei poſſeſſor, & ideo nec facit fructus ſuos.
29 Species ſub eodem genere differunt inter ſe, nedum in forma ſpecifica, ſed etiam in proprijs naturis.
31 Interpretari leges illius eſt, cuius eſt condere.
32 Decreta Prætorum plus poterunt quam eorum edicta.
33 Conſentire in ſpecie plus eſt quam in genere, & plus in indiuiduo quã in ſpecie.
34 Pupillus tutore authore recte nunciat.
35 Nunciatio an ſperni potuiſſet, Prætoriæ eſt cognitionis, & iudicij.
36 Libellus ſine cauſa vel generalis vel obſcurus, ſubſtinetur ſi a reo non fuerit oppoſitum.
37 Exceptio libelli ſine cauſa vel generalis vel obſcuri fieri debet ante litis conteſtationem.
38 Teſtis non interrogatus de ratione ſui dicti & deponens ſine ea probat.
39 Et an bonum ſit, vt non interrogatus de ratione, ſponte de ea deponat?
40 Teſtes qui etiam non rogati de ratione de ea depoſuerunt, præferuntur de ea non deponentibus.
41 Iuſiurãdum ſuppletorium non defertur ex vno teſte deponente ſine ratione.
42 Teſtes rogati de ratione ſi eam non reddant, nec probant nec etiam faciunt iuditium aliquod.
43 Hæres repudiando hæreditatem an dicatur grauare legatarios?
44 Damnum pati, an ſit ſolum in iam quæſitis?
45 Lucrum iam quæſitum cum amittitur fit damnum emergens, præterquam ſi ad eum reuertatur a quo profectum fuit, quia tunc de eo cenſetur, vt de lucro ceſſante.
46 Minor non reſtituitur ob lucrum ceſſans.

Damnum

47 *Damnum euitans in concurſu præfertur lucrum amittenti.*

48 *Repudiare eſt actus meræ voluntatis.*

49 *Regula, multa conceduntur in conſequentiam, quæ principaliter denegantur.*

50 *Legatum ſemper lucrum continere debet.*

51 *Legatum omittere eſt lucrum ceſſare etiam ſi amittatur per repudiationem hæreditatis.*

52 *Legatum acquiritur legatario a morte teſtatoris reuocabiliter nõ abſolutè.*

53 *Legatum, quod ceſſauerit poſt aditam hæreditatem antequam fuerit acceptatum, an dicatur lucrum ceſſans, vel damnum emergens?*

54 *Prælatus repudians hæreditatem vel legatum Eccleſiæ debitam debitumve, ſed nondum acquiſitam ſeu acquiſitum, non dicitur rem Eccleſiaſticam contra interdictum alienare.*

TRes tantum ſuperſunt nunc Barto. oppoſitiones quibus duæ glo. explicabuntur, prima in ver fieret, quæ vna cum oppoſitione ſexta duplicem continet difficultatem. Alteram, an qui reficit vere facere dicatur? Alteram, an reficienti ædificium poſſit nunciari nouum opus? vtraque ſolet tractari infra eadem l. §. ſiquis ædificium.

Hic vero cæteri prætereunt, nos aliquid dicemus concluſiuè, quo ad primum putarem non ineptè dici, † eum feciſſe qui refecit, licet non econtra, quia latius pateat facere, quam reficere: & ideo lex loquens de reficiente, non erit in faciente de nouo interpretanda, quia longe aliud eſt reficere quam facere. lege tertia. §. penultimo, de itinere, actuque priu. lege, prima, de via publ. l. j de riuis.

2 Similiter & fructuarius, † cui reficiendi ius eſt. lege, vſufructu legato. cum ſequen. de vſufruc. non tamen poteſt de nouo facere, quia aliud ſit tueri, quod accepit, aliud nouum facere, lege, vſufructuarius nouum. de uſufruc.

3 Sic Iudæi, † qui poſſunt reficere ueteres ſynagogas. lege fina. C. de Iud. cap. conſuluit. extra eod. titulo, tamen nouas non con-

4 ſtruunt, ut ibi. & in capit. Iudæi. eodem titu. At ſi † lex loqueretur per verbum facere, quod generale eſt, etiam ad refectionem,

facile erit, quoties ſubiecta materia, vel mens proferentis vel alia iuris præſumptio non refragatur, interpretari eam etiam in reficiente, vt in l.j.§.fi.de mor.infer.& ita conciliabuntur multi caſus quos ponderat Alex.& Iaſ.in §. ſiquis ædificium. infra ead.l.quæ afferuntur in vtranque partem. Faciunt quæ de verbo petere, & repetere, anno præterito diſcuſſa ſunt in Rub.ſolu.matrim. Alte-
5 rum caput ex gloſ.erat, an reficiens † ædificium vetus ſpernere poſſit nunciationem? In quo diuerſæ fuerũt ſcribentium opinio
* nes. Verumtamen magis comm. * videntur ſentire in d.§. ſiquis ædificium, & alibi contra eum, qui ſimpliciter reficiat non eſſe locum nunciationi, ſecus ſi integrum ædificium collapſum funditus reficiatur, etenim iſte facienti potius quàm reficienti comparatur. Mouentur, quia, vt dictum eſt, aliud ſit facere, aliud reficere. & tex.noſter cum ſim. de faciente, non de reficiente loquitur. Ad quod patet reſponſio ex ſup.dictis, quia facere ſit genus, reficere vero ſpecies. Sed genus prędicatur de ſuis omnibus ſpeciebus, vt vulgare eſt, ſicut verbo, petere & repetere, dare & reddere, ut per Bar.in d.§.ſiquis ædificium. per not. in l. verbum, reddendi. de verb.ſig. & in rub. ſol.matr. Secundò mouentur per d.
6 §.ſiquis † ædificium. Sed malè legitur ibi, reficiat, quicquid dicat Iaſ. nam & Piſanus Codex, & cæteri omnes melioris lectionis legunt, Fulciat, id eſt operam det, ne collabatur, non autẽ vt collapſum reſtituat. Fulcire enim eſt munire ne corruat, reficere verò eſt opus iam dirutum ad priſtinam formam reducere. Ter-
7 tiò per §.opus. † in hac. l. ibi, Priſtinam formam operis mutat, ergo non erit opus nouum cum non mutatur priſtina forma, ſed ad eandem reducitur ædificium. Reſpon. vel illud refertur ibi ad proxima verba tantum de eo qui detrahit, vel quod priſtina facies dicitur quoquomodo ſe ſe haberet ædificium, cum nunciabatur non antequam rueret. Et ſic tex. iſte potius probat in contrarium. Quartò poſſet in hunc ſenſum ponderari. l.j.infra de mor. infer. vbi moliri nouum opus dicitur ad differentiam eius qui reficit. Ergo in reficiente nunciatio noui operis non habebit locum. Reſpon.ibi propter ſubiectã materiam conſtare nouum opus poni ad differentiam refectionis. idem in l. 3.infra de op.publ. & ſæpius in eo. titu. & in l.4. C. eodem titu. Sed in
8 ſenſu noſtræ materiæ opus † nouum videtur habere latiorem quã dam interpretationem ſcilicet, vt ſit quoties priſtina facies commutatur,

mutatur; vt in d. §. opus. Per quem tex. concludo in contrarium, nam faciem operis mutat etiam qui reficit. Quinimo ſi nunciari poteſt deſtruenti opus vetus vt ibi, cur non etiam illud reficienti? Secundo me mouet, vt ſupra dicebamus, §. ſiquis riuos. l. de pupillo, infra eodem, vbi ſpeciale eſt in reficiente riuos, & cloacas, & ea quæ mora periculum allatura ſint, vt nunciatio non teneat. Idem in l. 3. §. fin. de riuis, ergo in contrarium eſt ius commune. Augetur hoc per Iaſ. in d. §. ſiquis ædificium, quia regulariter cloacæ, & riui in aliquo collapſi reſtituuntur, raro autem ex integro conſtruuntur, ut in d. tit. de riu. & titulo, de cloacis. Et diuinatio eſt, dicere illud intelligi de

9 domino tantum, vt quidam ibi ſentiunt. Tertio ſi certa † pecunia legata ſit ad aliquod opus nouum, in veteri reficiendo erogari poſſe reſcriptum fuit in l. fina. de op. publ. quaſi in refectione ſit etiam noui operis ſpecies.

10 Vltimo me mouet tex. † ſatis clarus in d. l. 3. §. enimuero. de itin. act. pri. Enimuero inquit, qui vult reficere, aliquid noui facit, neque debet ei permitti id moliri in alieno, niſi vere habeat ſeruitutem: fieri autem poteſt, vt qui ius eundi habet, & agendi, reficiendi, ius non habeat, quia in ſeruitute conſtituenda cautum ſit, ne ei reficiendi ius ſit: aut ſic, vt ſi velit reficere uſque ad certum modum reficiendi ius ſit. Quibus verbis nedum probatur opus nouum referri ad refectionem, ſed & aſſignatur ratio cur refectio impediri poſſit, quæ comprehendit proculdubio etiam impedimentum aptum ad nunciandum, ſcilicet ob debitam ſeruitutem, vt in hac. l. §. nunciatio fit.

Quid enim ſi ita conuentum fuerit, vt Iuriſconſul. ibi inquit, cur non poſſet reficienti nunciari? Probat enim ille idem text. non eſſe faciendam vim, an ex integro reficiatur, an pro parte cum etiam in refectione partis poſſit verſari præiudicium ſeruitutum.

11 Sit ergo concluſio † in omni refectione nunciationem valere. Secus in conſeruatione veteris ædificij, vt in d. §. ſiquis ædificium, ex quo in vltimis uerbis id ſatis liquido colligi poterat ibi, ſed veteri ſubſtinendo remedium adhibet, quod longe aliud eſt quam reficere dirutum.

Gloſſa in ver. nunciationem, ſecundum DD. diuiditur in tres partes, ſed mihi Bartol. videtur diuiſiſſe in duas, vt in prima ponat plura dicta ad propoſitum noſtri tex. quæ ipſe declarat in ſeptima oppoſitione. In ſecunda opponit & non reſoluit. quapro-

pter Bar. vltimã fecit oppoſitionẽ de quibus ſigillatim erit agendum. ſecunda pars gloſ. eſt in vltimis verbis. Sed argumentum contra, &c. Pro faciliori intelligentia; quia dicit Bar. hanc eſſe glo. notabilem, diuiderem illius primam partem in duas, ſed aliter quàm per DD. nam primo ponit, quando ipſo iure nunciatio non valeat, & an tunc impune ſperni poſſit. Secundo quando ipſo iure valeat, ſed aliquo modo infirmetur. Secunda pars eſt ibi, at vbi hæc non impediunt. Summatim firmat gloſ. hæc primò tex. noſtrum de legitima nunciatione eſſe intelligendum. Secundò legitimam illam dici, quæ tenet ipſo iure; quamuis ex aliquo poſſit infirmari.

12 Tertio ſi talis ſit nunciator, † qui vere nunciare non poſſit, eiuſmodi nunciationem eſſe ipſo iure nullam, & ſic non legitimã; vnde noſter tex. erit intelligendus de eo; qui quidem ius habuit nunciandi; quod videtur contra verba ipſius ibi, deinde remitteretur prohibitio catenus; quatenus prohibendi ius is qui nunciaſſet non haberet; gloſ. autem intellexiſſe videtur hunc tex. de eo, qui ius non haberet in cauſa, ſed haberet in perſona, quia ſcilicet non inhabilis ſit ad nunciandum, quod ſanè ex eodem
13 tex. videtur colligi, quia dicit ius prohibendi, quaſi † ſentiat aliud eſſe ius nunciandi, aliud ius prohibendi, nam iſtud referatur ad iuſtitiam cauſæ, propter quam quis nunciet illud autem ad habilitatem comparendi, & proteſtandi in opere ipſo, ne in eo procedat vlterius. Quod facit pro his, quæ alias diximus contra arbitrantes nunciationem, nil aliud eſſe quam prohibitionem.

Quartò vult gloſ. interdum nunciationem eſſe nullam, ratione rei, circa quam nunciatur.

Quintò dum eſt nulla vel ratione perſonę, vel ratione rei, impunè ſperni poſſe. hæc in prima parte. At in ſecunda colligo, nunciationem valere ab initio, ac dici legitimam ſi alia cauſæ, præterquã iam dictæ obſtarent. Secundò nunciatũ debere eam timere, quamuis iniuſtam. Tertiò conſilium, vt is aduerſus hanc iniuſtam nunciationem petat cauſam ſibi exprimi, quare nuncietur. Quartò ſi cauſam nunciator non dicet, poſſe nunciatum impunè ædificare. Quintò idem eſſe in libello. Sextò, & vltimò idem in teſte, de quibus fere omnibus mox cũ Bart. ſed interim voluimus hęc ex gl. colligere, quia ab ea raro diſſentit communis

ſenſus

ſenſus aliorum, & quia hæc maxime ad materiam noſtri tex. ſpectare videbantur. Itaque ex ſeptima Bart. oppoſ. colligo primo
14 nunciationem † nullam tutò ſperni poſſe. Cum hoc tranſeunt
* omnes:* & quamuis nihil allegent, videtur tamen eſſe expreſſum in l. de pupillo. §. j. ibi, neque nunciatio vllum effectum habet. & expreſſe in §. præterea. Nam in his quoque contemnendam (inquit) operis noui nunciationem. & paulo poſt in verſic. Proinde, dicemus, inquit, apud iudicem quæri debere, an talia opera fuerint, vt contemni nunciatio deberet. Colligo ſecun-
15 do nunciationem eſſe nullam primo ex parte † nunciantis, vt ſi ſit pupillus vel ſeruus, l. de pupillo, §. j. inf. eo. ſecundum quod ibi habetur. Item ſi vſufructuarius nunciaret domino. l. hac. §. fi. cum l. ſeq. l. vni. §. fi. de remiſſ. Item procurator ſine mandato, & non cauens de rato, nam vtrumque requiritur. l. de pupillo. §. fina. cum l. ſeq. inf. eo. cum ſim. Sed per ea, quæ ſupra dicta ſunt, dubitari poteſt, an hi ſint, qui dicuntur ius non habere prohibendi, & tamen neceſſariam eſſe remiſſionem, in hoc tex. & in d. l. vn. de re-
16 miſſ. Secundo eſt nulla † nunciatio propter rem, vt in d. l. de pupillo. §. ſiquis riuos. cum ſequentibus. Quod credo verum, quia ſpecialiter in edicto Prætoris erat expreſſum, ne in quibuſdam rebus nunciaretur. Quantum ad l. qui uiam. inf. eo. non eſſet hoc abſque dubitatione ob difficultates iſtius legis, ſed non eſt
17 hic locus ſuus. Tertiò eſt nulla † vltra gloſ. ſecundum Bar. ſi ſit
18 abſque debita forma, nam potiſſima nullitas † eſt omnium rerum, ſi forma deficiat, præſertim ſi tradita ſit ſpecialiter ad actum in eſſe deducendum. l. cum hi. §. Prætor. de tranſactio. l. hac conſultiſſima. C. de teſt. auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ. capitu. cum dilecta. de reſcript. capit. Piſanis. de reſtit. ſpoliat. & ibi Anto. & Felyn. in d. cap. cum dilecta. Facit, quia
19 maior † eſt defectus formæ, quam perſonæ, Bal. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit, de iureiuran. Imo. in l. 2. de lib. & poſt. Salic. in l. fina. C. de ſentent. ex breu. rec. ſicut enim forma eſt, quæ dat eſſe rei, vulgata l. Iulianus, §. ſed & ſiquis. ad exhiben-
20 dum, ita quoque adimit † eſſe, ſi non adhibeatur, vel ſi adhibita remoueatur, l. prima. §. primo. de verborum obligatio. l. adeò. §. quod ſi. de acquiren. rerum dominio. cum ſim. vt latè per Brun. in tracta. de ſol. & form. varijs in locis. & Euerard. in centur. in loco, à defectu formæ. Et in caſu noſtro, quæ ſit neceſſaria forma in nunciatione, bene colligitur ex d. l. de pu-

 pillo,

pillo. §.nunciationem autem.

Quartã addit Bar.cauſam nullitatis, quãdo peteretur cauſa, & non aſſignaretur. credidit etiam gloſ.nunciationem hoc caſu illegitimam dici, ſed ex poſt facto non ipſo iure ab initio, de quo infra in quæſtionibus. Colligo tertiò ex eadem Bar. oppoſit. nunciationẽ ſperni, ſi petita cauſa non fuerit per nunciantem allegata, ſed ipſe ſe remittit ad quæſtiones, vbi & nos. Interim ta-
* men, quia concluſio hæc communiter * creditur, ſi vera ſit, putat
21 Ruy.limitandam † eſſe in nunciatione facta per Prætorem; nam eam ſperni poſſe negat, ſi fuerit in ea cauſa omiſſa, ſine alia quęlibet ſit cauſa nullitatis ex iam dictis. tenet hoc Ruy.argũ.notatorum per gloſ. & Caſtr.in l.ſi opus.inf.eo.Mod. Florentini nõ admittunt, ſed malunt Prætoriam nunciationem ex iiſdem cauſis reddi nullam, quibus quælibet alia. Señ. idem volunt, ſed cum ea diſtinctione, quam ſupra in princip. huius legis probarunt, quam nos omiſimus, quia nimis in illis diſcedebat a communi-
* bus traditionibus. Stante igitur communi * declaratione, quod nunciatio per Prætorem fiat, quando nunciat. adhibetur Prætoris authoritas ſeu præceptum, qui modus nũciandi videtur probari ex d.l.de pupillo.§.ſiquis ipſi Prætori, ſecundum vnum intellectum, item ex §.meminiſſe. in eadem.l.& ex d.l.ſi opus. dubitatur vtiliter, an tunc reddatur nulla ex iiſdem cauſis? quod prodeſſet vt ſciamus, an eodem modo ſperni poſſit. Antiqui hoc non excogitarunt, ſed ſolum ij, quos ſupra citaui, idcirco breuius expediam quàm fortè res pateretur. eſt enim dubitatio, quæ poſſet exornari multum extraneis doctrinis, quod ſolent multi
22 Neoterici auditores appetere. Pro Ruy. allegatur d.l. ſi opus, † ſecundum expoſitionem gloſ. vt de eo intelligatur, qui purgabat riuos, & Prætor prohibuit, cum dicat tex. reuocari prohibitionem, ergo antea ligabat, nam alioqui neceſſaria non fuiſſet reuocatio. Sed re vera iſte ſenſus ad illam l. eſt diuinatiuus, melius fortè dicemus, nihil ibi referre, qua ratione motus fuerit Prætor ad reuocandam nunciationem: potuit enim moueri, quia fortaſſe conſtiterit de iniuſtitia nunciantis; quod potius præſumendum eſt, quàm nullitas nunciationis: nam hæc notaret Iudicem, qui erraret in iure: illud partem, quæ cum ius non habe-
23 ret petijſſet nunciari. Ad quod facit, quia regulariter error † iuris non præſumitur. l.ſi hæres ab eo. ad S. C. Trebellianum. & eo minus in iudice, qui præſumitur ſcientificus, & nunquam erra-

re, vt

re, vt per Alc. reg. 3. præſump. 9. de præſump. Secundo pro eodẽ allegatur, quod plus valeat nunciatio facta per Prætorem quàm quælibet alia, vt per Caſt. in d. l. ſi opus. ad quod facit, quia Iudicis
24 † interuentus ſupplet conſenſum tutoris, vel curatoris ad validandum actum, quod ſine eo eſſet nullum. l. bonorum. C. qui adm. non in c. 2. §. fi. de reb. eccl. non alie. per quæ iura Bal. in l. ſi furioſi, C.
25 de nup. in fi. tenet, † poſt glo. filiumfam. per ſe donare cauſa mortis patri ſuo cum authoritate Iudicis, quamuis forte leges requirant pro forma conſenſum patris in ea donatione validanda. Et generaliter tutius fit quod iudicis authoritate fit, Bal. in l. 2. C. de ſer. fug. in princ. atque adeo authoritas ipſa iudiciaria valet, vt habilitet interdũ perſonam ipſiusmet iudicatis penitus inhabilem. l. Barbarius. & ibi not. de off. præt. Quanta etiam ſit Iudicis authoritas, ponit Bart. in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. de acq. poſſeſſ. Pro-
26 pius autem ad rem noſtram facit, quod dicit † Bar. in l. non ſolum, §. morte. num. 35. inf. eo. vbi vult proteſtationem factam debitori, ne creditori ſoluat, valere ſi Iudicis authoritas interuenerit: ſecus ſi aliter, niſi conſtaret de iuſta cauſa. Ergo idem in nunciatione, quæ proteſtationis eſt ſpecies. Reſp. authoritatem, & interuentum Iudicis prodeſſe ad præſumẽdam iuſtam cauſam, & ita loquitur Bar. in d. §. morte, vel etiam vbi ſtatutum ſit, eam ſupplere ſolennitates aliquas, puta conſenſum tutoris, vel curatoris, vel patris, vel propinquorum, vt in d. l. bonorum. & Bal. in d. l. ſi furioſi. cum ſim. multis, quæ poſſent in immenſum cu-
27 mulari. Sed regulariter quod eſt per ſe nullum, † nec etiam interuentu Iudicis confirmatur; debet enim Iudex in ſuis præceptis, & decretis ordinatè procedere, & iuris ſolennitatibus ſeruatis, alioquin ei reſiſti poſſet, vt cuilibet priuato, iuxta tradita in
28 l. iuſtè. de acq. poſſ. & in l. vt vim, de iuſt. & iure. Et ideo mi ſſus † in poſſeſſionem ex inordinato decreto nec dicitur eſſe bonæ fid. poſſeſſor, nec etiam fructus ſuos facit, vt traditur in l. ſed ſi l. §. ſcire, de pet. hæred. Alex. conſ. 20. & cõſ. 101. lib. 4. Bal. in l. 2. C. de ſerui, & aq. Abb. in c. conſultationibus, nu. 5. de iure patr. Fel. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. cum ſim. In contrarium mouentur Flor. per d. §. meminiſſe. vbi comparantur tres illæ nunciationes, & ſic nullitas quæ dicitur de vna, dicitur etiam de alijs. Reſp. comparationem ibi fieri, in quantum quælibet valet in caſu proprio: an autem in omni caſu æqualiter valeant, tex. non dicit. Poſſet etiã negari illic eſſe comparationem, ubi potius videtur contineri eorũ

differētia, quatenus ſub eodē genere tres differentes ſpecies cōnu
29 merātur. neceſſe.n.eſt † vt inter ſe differāt, & quidem in ſubſtantia ſpecifica, nec non in proprijs quibuſdam naturis, vt Dialectici tradunt, & experientia docet. Quod igitur ſub vno genere omnes collocentur, non facit vt quod de vna dicitur, dicendum ſit de aliis, niſi probatum antea fuerit, illud eſſe de iis, quæ generi attribuuntur. Secundo mouentur Senen. ex generalitate d. §. ſiquis riuos. Sed non eſt incongruum reſtringi ad nunciationem factam propria authoritate, quia in §. præced. iam poſitum erat nunciationis nomen ad differentiam eius, quę fit per iactum lapilli, vel per Prætorem, quaſi ea quæ propria authoritate fit, magis propriè nunciatio appelletur, & de eá tantū intelligatur, quod indefinitè de nunciat. dictum ſit. Præſertim in §. mox, ibi ſequenti, ad hoc idem faciunt quæ ipſe Soc. ſuprà dixerat in præludijs.
30 Concluderem, nullo caſu † nunciationem ſpernendam eſſe, quando expreſſa interuenit Prætoris authoritas. Nam cum ille conſtituerit quicquid de nunciatione dicitur, vt hic, & in tota materia, omniſque controuerſia nunciationum occaſione orta ad eum tātum pertineat. §. & poſt. hac. l. in tantum quidem, vt in §. idem quęritur, hac. l. dubitetur an ex concordia partium poſſit ab eius iuriſdictione recedi, Prætoris etiam off. erit caſus omnes quib. dixit valere, vel non valere nūciat. ad libitum ampliare vel reſtringere,
31 etenim illius † eſt interpretari legē, cuius eſt condere. l. fi. C. de leg. c. inter alia, vbi Ab. de ſent. excom. Spec. de arbit. §. 7. uer. Sed nunquid verbum. Ponit Bar. in materia ſtatutorū in l. omnes populi, de iuſt. & iure, in quæſtione 6. princ. Omnes autem caſus, quib. dicitur non valere nunciatio, ideo excipiuntur, quia Prætor illis nō aſſiſtat. Si ergo ad nunciationem inducendā, & ſubſtinendā ſufficit illius generalis aſſiſtentia per edictum, quanto magis ſufficiet in quocunque caſu ſingulariter, & ex ſpeciali ſcientia illius præ-
32 ſtitus conſenſus? Hinc eſt vt eius decreta, † quia ſpecialiter interponebantur plus poſſent quam edicta, vt alias dixi: generi enim per ſpeciem derogatur. c. generi, de reg. iur. in 6. c. fin. 90. diſtin. l. ſanctio legum. de pœnis. l. in toto, de regulis iur. Et ideo plus
33 † eſſe voluit conſentire in indiuiduo, quam in ſpecie, & longe plus quàm in genere. Corn. conſilio 237. num. decimoſeptimo lib. 4. per doctr. Bald. in l. ſiquis, de teſt. & in l. 1. de vulga. & pupil. ſic in cautione illa de damno infecto, Vlpianus totum hoc, inquit, iuriſdictioni prætoriæ ſubijciendum eſt, cui cauendum

ſit, cui

ſit, cui non.l.qui bona.§.qui damni, infra tit.j. Secundò moueor,
34 quia pupillus † nunciando nihil agit, d.l.de pupillo.atſi interue
nerit tutor, valet nunciatio, l.etſi ſatiſdationem, §.fin.infra eod.
ergo idem, ſi interuenit Prætor, arg.l.bonorum.C.qui admit. l.ſi
infanti, in fi.C.de iure delib.tradit Bar.in l.ſi curatorem.C.de in
integ. reſt.& in d l.bonorum. vbi & alij, & præſertim procedit
hoc in caſu noſtro, quia cum ſimus in remedio merè Prætorio,
plus certè poterit interuentus Prætoris, quàm tutoris.
35 Tertiò moueor ex d.l.de pupillo, §.totiens. †.vbi habetur, Iu-
dicem cogniturum an tale fuerit opus, vt potuerit contemni nũ
ciatio: ſi autem ipſe juſſit nunciari, & ab opere deſiſti, quis un-
quam dicet eum arbitraturum nunciationem contemnendam?
eſſet enim ſibimet contrarius, quod abſonum videretur, præſer
tim in iudice, l. eum qui, de proba.l.cum hic ſtatus.de dona. in-
ter virum, & vxo.cap. maiores, de baptiſ.
36 Colligo quartò ex eadem Bar. oppo.libellum, in quo cauſa
expreſſa non ſit, non eſſe nullum, reo non opponente. Ita glo.
hic manifeſtè ſentit, ex ſimilitudine, quam tenet de nunciatio-
ne, & libello. Idem probat Bart. Iaſ. Ruyn. & cæt & ſolet ſemper
ad hoc allegari glo.in l.fi.C.de ann.excep.glo.& Bar.in l. j. C. de
eod. Bar. Bal. Alexan.& alij, in l.edita, C. eod. titu. vbi Moder.
omnes, & præſertim Purpur. col.3.& 4.And.Barb.in rub. C. eo.
titu.num.79. Iaſ.in §.omnium, Inſtit.de act.nume. 117. Alexan.
conſi.105.lib.5.Abbas in cap.ex parte, de foro compe.in cap. di-
lecti, vbi etiam Anto.de iud.in cap.2.de libelli obl. qui loquun-
tur in libello generali, vel ſine cauſa, vel obſcuro. Et volunt, ex-
37 ceptionem † fieri debere ante litis conteſtationem. Plures tamẽ
limit.ad hoc ponit Purpur.in d.l.edita, nume. 14 quas prætereo,
quia è re noſtra non ſint.
38 Colligo demum, idem eſſe in teſte, † quia ſi non fuerit in-
terrogatus de ratione, & cauſa ſui dicti, licèt ſine ea depoſue-
rit, probat, l.ſolam, C.de teſt. vbi Bal. & alij. Innocen.in cap. cum
cauſam, extra eod. titu. Felyn. in cap. literis, extra de præſump.
Alex.conſi.136.lib.j.Iaſ. in l.cum ij.§.vult igitur, de tranſact.Soc.
in tracta. Fallent.reg. 401. Dec.conſi.72. Quod cõmuniter * de-
39 cidi hic, inquit Roma. nume.17. Qui poſt Bar.conſulit, † ne te-
ſtis non rogatus deponat rationem ſui dicti, per gl. in d.l.ſolam.
& in d.l.cũ hi, §.vult igitur, ne alioquin videatur verboſus, & pme
ditatus. Veruntñ ſi pôt ſuſpicionẽ effugere, nõ inutile eſt, vt cum
reddítione

40 redditioné cauſæ deponat, quia in concurſu qui rationem reddi-
derint etiam non rogati præferũtur eam nõ reddentib. vt per Ale
xan. hic, Fel. in c. in noſtra, colum. 3. de teſt. Curt. in tract. de teſt.
colum. 26. Anto. Corſ. in ſingu. in verſicu. teſtis quartò. De
quo tamen dubitat Crot. in tract. de teſt. par. 7. nu. 308. ſimiliter
41 ex teſte † non reddente rationem non defertur iuramentum ſup
pletorium, aiunt eſſe dictum Bal. in c. j. §. cũ autem. de contr. in-
ueſt. Curt. de teſt. col. 19. Alex. conſi. 36. lib. j. Iaſ. in d. l. cũ hi. §. vulg
igitur. de tranſac. de quo etiam dubitat idem Crot. in loco ſupra
cit. qui hic à nu. 33. vſq; ad nu. 40. ponit ſex concluſiones: plu-
reſq; limit. cumulat in d. par. 7. nu. 305. uſq; ad nu. 311. Et bonas
doctrinas ac regulas ad idem colligit Lanfr. de Ori. in c. quoniã
contra, de prob. in materia teſtiũ, in ver. quæro. 13. & longe poſt.
in ver. quæro ſecundò an teſtis, qui deponit, referens bonam do-
ctrinam Inn. & Bal. vt ibi per eũ. conſonant, quæ ponuntur per
42 Roni. hic. Sed ſi interrogati † teſtes de cauſa, nullam, vel non bo-
nam reddiderint rationem, in tantum eorũ nõ valet depoſitio, vt
nec etiam faciat ſuſpicionem ſeu indicium, ut hic per Alexã. qui
cęteris omiſſis in hoc ſe defundit. Opponit poſtmodum Bar. p
declaratione vltimę partis glo. quòd nuncians non teneatur alle
gare cauſam, cum ſatis ſit pro ratione volũtas, l. quia poterat, ad
Trebell. Reſp. ſupplendo gl. poſt Dynum ibi, ideò ſufficere volũ-
43 tatem, quia neminem grauat hæres, qui repudiat hæreditatem;
ſed hic nuncians grauat nũciatum. & ſi opponas de legatarijs, q
grauantur, cum nõ poſſint petere ſuum legatum, l. ſi nemo. §. j. de
teſt. tut. Reſpondet Bar. eos nõ dici verè grauatos ſola lucri amiſ-
44 ſione: grauari. n. eſt damnum pati, quod † ſolum eſt in rebus an
tea quæſitis, l. 2. vbi gl. & l. Proculus, de damno inf. l. Titio. §. j. de
de condi. & demon. l. iniuriarum. §. 1. de iniur. l. fi. C. de codic. ſed
dubitari poteſt, ne etiam qui lucrum non facit, cum promptam
haberet cauſam, dicatur grauari, quia intereſſe, quòd in graua-
mine conſiſtit, reſpicit tam lucrum ceſſans, quàm damnũ emer-
gens, iuxta not. in l. j. C. de ſent. quæ pro eo, qđ & eſt bonus tex.
45 in l. 2. §. meritò. nequid in lo. pub. Quod in lucro † quæſito, ſeu
incorporato indubitatè procedit, vt per DD. in l. non amplius.
§. vlt. de leg. j. Iaſ. in l. repræhendẽda, in fi. C. de inſtit. & ſubſt. qui
* de communi.* teſtatur. Ruy. hic, nu. 22. Tiraq. in l. ſi vnquam, in
ver. donatione largitus, nu. 192. C. de reu. donat. vbi pulcrè limi-
tat, niſi reuerteretur ad eum, à quo profectum erat, nam tunc in-
telligitur

telligitur adhuc lucrum, licet incorporatum fuiſſet. Sed & quan-
46 ta † lucri ceſſantis, & damni emergentis differentia ſit, indè ap-
paret, quia ad lucrum ceſſans non reſtituitur minor. Bat. in l. vlt.
C. in quib. caſ. reſt. in integ. non eſt neceſſ. in l. etiã, 2. in fi. de min.
Abb. in c. ex parte. de in integ. reſt. facit l. quãuis. & l. vlt. C. de iur.
& fac. ignor. & l. error. ſupra, eod. tit. & l. ſciẽdum. ex quib. ca. ma-
47 ior. Similiter in concurſu, qui damnum † euitat præfertur lucrũ
non facienti, l. fi. §. licentia. C. de iure delib. l. fi. C. de codicil. Poly.
vtitur hac regula in l. re coniuncti. nu. 70. de leg. 3. Et demum ma
nifeſtum eſt in iure, longè differentem eſſe rationem lucri, & dã-
ni. Nec intereſſe lucri ceſſantis, eodẽ modo æſtimari, præſtarive,
* prout damni emergentis, communiter * traditur in d. l. vni. C. de
ſenten. quæ pro eo, qd inter. prout ibi memini dixiſſe aliàs, cùm
in patria profiterer. Ergo bona eſt reſponſio Bar. qui etiã ſecũdũ
48 Soc. potuiſſet reſpondere, quòd repudiare † eſt actus meræ volũ
tatis, ſed nunciare requirit ius nunciandi, quod tamen recidit in
idem, nam adhuc dubitari poſſet, cur repudiatio ſit meræ volũ-
tatis, nunciatio verò deſideret ius ex parte nunciantis? hoc qui-
dem fieri videtur, quia hic agitur de alterius præiudicio, ſecus
in repudiatione, vel dicamus repudiationem eſſe ſolius proprij
iuris amiſſionem, damnum verò quod ex ea infertur legatarijs,
in conſequentiam venit, quod regulariter non attenditur, ſed il-
lud tantum, quod principaliter agitur, l. ſiquis nec cauſam, ſi cer
49 tum pet. l. qui exceptionem. de cond. indeb. ſicut etiam multa † cõ
ceduntur in conſequentiam, quæ principaliter denegarentur,
l. j. de auct. tut. l. quoties, de iud. Iaſ. in prin. de act. nu. 45. Præſer-
tim autem hoc procedit vbi conſequens ſit legis alicuius autho
ritate potius, quàm ex natura antecedentis inferatur, vt eſt in ca-
ſu dicto, vbi repudiatio hæreditatis ab expiratione legati eſt om
nino ſeparata, ſed ſolum hæc infertur ex illa, per quandam legis
declarationem. Sed nunciatio, & per ſe ipſa, & principaliter, &
per illationem ſonat in damnum alterius, videlicet ad prohiben
dum ædificium, & hinc factum eſt, vt facilius repudiatio pẽdeat
à mera voluntate repudiantis, quàm nunciatio. Vltra hæc colli
50 go ex Bar. quòd cauſa † legatariorum dicatur lucroſa, & ſic quã-
docũque agitur de legato acquirendo, agatur etiam de lucro ca-
ptando, l. legatum. de leg. 2. §. ſi res aliena. Inſtit. de leg. & facit bo-
nus tex. cum ibi not. in l. non amplius. de leg. j. & in l. ſi hæredita-
51 tem, mandati. Et ſi de eo amittendo † actum fuerit, verſatur cau

ſa lucri ceſſantis, quod verũ eſt ante aditionem hæreditatis, quia per eius repudiationem poteſt adhuc expirare legatum, d. l. ſi nemo. Sed dubitari poteſt, ſi à morte teſtatoris dominiũ tranſit in legatarium ipſo iure, l. à Titio. de furt. & vt ſupra diximus, amiſſio lucri iam quæſiti dicitur propriè damnum, d. l. 2. §. meritò. ne quid in loco publ. cur non dicitur in legatario, per repudiationẽ hæreditatis potius damnum emergere, quàm lucrum ceſſare? hęc dubitatio parũ facit ad rem noſtrã, & altiorem requireret indagi
* nem. Interim reſponderem per communem * doctrinam in d. l.
52 à Titio, quòd legatum † à morte teſtatoris non ſit legatario ſimpliciter acquiſitum, ſed vt DD. inquiunt reuocabiliter, & ſic quo
* damodo ſub conditione ſi adeatur hæreditas, vnde nec dum auxit patrimonium, nec conſequẽter illud diminuit, cum per repudiationẽ hæreditatis expirat, damnum autem eſt patrimonij diminutio. l. 3. de dam. inf. poſt verò agnitum legatum eius amiſſio eſt procul dubio damnum emergens, per ſup. dicta. Sed dubiũ eſt
53 nec modicę quidem difficultatis, quid † ab adita hæreditate ante agnitum legatum? Modern. Floren. putant, dici damnum, quia jam ab eo tempore quæſitum ſit dominium, d. l. à Titio, & ideo pro eo datur vendicatio. l. j. C. com. de leg. ſed in contr. tenent hic Sen. pro quib. facit, quia repudiare legatum non eſt alienare, l. quæ autem, de ijs quæ in fraudem creditorum. l. j. §. vtrum aũt. de his, quæ in fraud. patr. l. profectitia, de iure dot. Et ideo Prælatus,
54 † qui alienare non poteſt res Eccleſię abſque preſcriptis ſolennitatib. tamen ſine illis repudiat hęreditatem & legata. Feder. de Sen. cõſ. 9. Bal. in l. pupillorũ. C. de repud. Abb. in c. tua. de his, quæ fiunt à pręlat. ſi. conſ. cap. in fi. & in c. j. nu. 22. de do. & contum. de quo late per interpretes in l. legatum j. de lęg. j. bene verum eſt obligari eccleſię, quatenus non bene illius rem geſſerit: cõſtat enim, cum in redditione rationis teneri, ſi potuit acquirere, & neglexit, vt per Abb. in c. cõqueſtus, in fi. de vſur. Aliter non inſiſto, quia vt per eoſdem Florentinos, & Senenſes non eſt hic locus ſuus.

Finis libri Octauus.

QVÆ-

QVÆSTIONVM PVBLICE TRACTATARVM, IN TIT. DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE,

Liber Nonus.

SVMMARIVM.

1 INſtrumentum publicum facit manifeſtum, ſeu notorium.
2 Inſtrumentum guarantigiatum, dicitur confeſſio partium.
3 Guarantigia an habeat effectum maioris probationis, cum augeat vim executionis.
4 ſtInrumentum eſt veritas apparens, & probatio probata.
5 Inſtrumentum illud probat, quod cantat.
6 Dictio euidentiſſime, non ſemper notorium importat; ſed interdum vulgi opinionem.
7 Inſtrumenti publici vis, quanta ſit.
8 Spoliatus non reſtituitur, ſi ſpolians ius ſuum oſtendat per inſtrumentum.
9 Exceptio inſtrumenti liquidi poteſt opponi ante litis conteſtationem.
10 Inſtrumentum & confeſſio paria ſunt.
11 Notorij fides tollitur & minuitur per probationes in contrarium.
12 Confeſſio tollit omnem præſumptionem etiam iuris & de iure.
13 Inſtrumentum eius qui ſit bonæ conditionis & famę admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.
14 Inſtrumentum nunquid faciat notorium ante concluſionem in cauſa.
15 Confeſsio non facit notorium niſi poſt concluſum in cauſa.
16 Inſtrumentum facit notorium ſolum inter ipſos contrahentes.
17 Inſtrumentum inter alios facit ſemiplenam probationem.
18 Inſtrumentum non facit notorium ſi fuerit contra illud aliquid notabile oppoſitum, Et quid hoc ſit.

Inſtru-

19 *Inſtrumentum reprobari debet per legitimas probationes. Et quæ nõ legitimę ſint.*
20 *Nunciatus qui ad ſe defendendum allegauit inſtrumentum, an teneatur nuncianti illius copiam dare ſi petierit? Et dũ non datur, quid de viribus nunciationis.*
21 *Procurator qui nunciat debet docere de mandato, & dare copiam.*
22 *Copia ſcripturarum in ſummarijs iudicijs non datur parti.*
23 *Inſtrumentum in nunciatione facit ius notorium, ſi illius copia fuerit parti exhibita.*
24 *Sententia facit euidens & notorium inter ipſos litigantes.*
25 *Regula, Res inter alios acta non nocet.*
26 *Sententia lata quando proſit nunciato, vt per eam poſſit nunciationem ſpernere.*
27 *Nunciatio ſperni poteſt ob euidentem facti iniuſtitiam.*
28 *Aetas probatur per facti euidentiam & oculorum inſpectionem.*
29 *Euidentia facti comparatur rei iudicatæ, inſtrumento publico, & confeſsioni iudiciali.*
30 *Probatio per euidentiam facti quantam vim habeat?*
31 *Euidentia facti admittitur etiam contra rem iudicatam.*
32 *Probatio per euidentiam facti nunquam intelligitur reiecta per ſtatutum reijciens probationes quantumuis generaliter loquatur.*
33 *In nunciationis executione cauſam exprimi oportet, cur nunciatũ ſit.*
34 *Nuncians per Prætorem non tenetur in ipſa nunciatione à parte petitus cauſam exprimere. 67.*
35 *Nec ipſi Prætori dum nunciari petit niſi Prætore iubente.*
36 *Nunciatio habet vim citationis.*
37 *Proteſtationes an cum cauſæ expreſsione fieri debeant?*
38 *In nunciatione an pro forma requiratur cauſæ expreſsio.*
39 *Prohibitio alienationis ſine cauſa facta non valet.*
40 *Confeſsio nuda non probat contra confitentem.*
41 *Sententia non debet cauſam continere, & factus eſt iudex qui cauſam in ſententia expreſſerit.*
42 *Sententia in qua exprimatur iniuſta cauſa eſt ipſo iure nulla.*
43 *Nunciationem proſequens an debeat ſponte cauſam dicere, vel expectare vt petatur.*
44 *In interdicto reſtitutorio non cognoſcitur de cauſa nunciationis.*
45 *Nuncians ſi agat contra nunciatum qui ſatiſdederit, an teneatur ſponte dicere cauſam.*
46 *Nuncians ob publicã cãm an teneatur in nunciatione hoc exprimere.*

Nuncians

47 *Nuncians ex cauſa publica nunciationem remittere non poteſt.*
48 *Nuncians ex cauſa publica etiam tacendo cauſam propter quam nunciet, vtiliter nunciat, nec eius nunciatio ſperni poteſt impune.*
49 *Nunciatus qui pacifice poſsideat, an poſsit nunciationẽ, quæ cauſam expreſſam non habeat ſpernere, quòd non 53.*
50 *Nuncians turbare dicitur nunciati poſſeſſionem.*
51 *Præſumptio iuris facit manifeſtum & dicitur liquidiſsima probatio.*
52 *Poſſeſsionem tradere ius ædificandi quomodo intelligendum ſit?*
54 *Nunciatio an tuto ſperni poſsit, ſi nuncians petitus cauſam non dixerit.*
55 *Nunciatio fieri poteſt in ſolo, etiam nemine præſente. Sed non ligat dominum niſi poſteaquam ſciuerit.*
56 *L. :. §. & poſt operis infra eo.*
57 *Dictio, poſt, pro, ex, quaſi notet terminum à quo.*
58 *Nunciationis cauſa an iuſta ſit, à Prætore eſt cognoſcenda.*
59 *Ignorans nemo delinquit, & nunquam ad pœnam obligatur. Idem in errante in iure miſi ſit ignorantia craſſa.*
60 *Nunciationis vis tranſit in ſucceſſores etiam ſingulares, vt ſaltem ad patientiam teneantur.*
61 *Nuncians ſi manifeſtè poſſideat, an non teneatur etiam rogatus cauſam dicere? 172.*
62 *Notorium ex proceſſu non eſt neceſſe allegari; ſed ſupletur ex iudicis officio.*
63 *Notorium non ſuppleri niſi allegatum fuerit, quomodo ſit intelligendum?*
64 *Notorium eſt quod neminem latet, manifeſtum quod patet multis.*
65 *Notorium dicitur cuius teſtis eſt populus.*
66 *Nunciatus eſt nunciante fauorabilior. 94.*
68 *Nunciatus qui dicat, Neſcio cur nuncies libenter ſcirem, an intelligatur cauſam petere?*
69 *Aditio hæreditatis probatur, ſi in inſtrumento mandati dictum ſit Nicolaus hæres Franciſci.*
70 *Enunciatiua verba an ſolum in vltimis voluntatibus diſponant?*
71 *Enunciatiua verba regulariter probant licet non diſponant. Et cur in fideicommiſſis diſponant?*
72 *Aditio hæreditatis cur per ſola enunciatiua verba fiat?*
73 *Enunciatiua verba, quæ ſint?*
74 *Interrogatio nihil diſponit.*
75 *Enunciatiua verba quomodo à diſpoſitiuis, & aſſertiuis differant.*

Argumentum

76 Argumentum de delictis ad contractus.
77 Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.
78 Iniuriarum agi poteſt contra eũ qui dixit alicui f-moſo per ſententiam. Tædet ſententiam infamiæ contra te latam fuiſſe.
79 L.veſtem, de iniurijs.
80 L.Item, apud §.generaliter, de iniur.
81 Proteſtatio nihil facit ſi ſequ-tur actus contrarius.
82 Iniuria illata intelligitur per hæc verba, Mentiris ſalue honore tuo.
83 Homicidium mandatum an intelligatur per hæc verba dicta famulo, Domum non redeas niſi aliquid ſenſero nouum de tali?
84 Interpellatus ſufficienter ad moram an intelligatur debitor cui creditor dixerit, Indigeo pecunia quam mihi debes?
85 Interpellatio extraiudicialis non ſemper conſtituit debitorem in mora.
86 Enunciatiua verba quæ ſtant per ſe poſſunt diſponere etiam inter viuos.
87 Aditio hæreditatis fit, ſi hæres dixerit, Benè mecum actum eſt vt ſim hæres Titij defuncti.
88 Enunciatiua verba in futurum prolata non probant.
89 Enunciatiua verba, quæ ſtant per ſe maiorem vim habent ad diſponendum, quàm quæ ſint alijs verbis annexa.
90 Dictio, cum, ſtat interdum conditionaliter.
91 Argumentum valet de nunciante ad nunciatum petentem rationem cur ſibi nuncietur.
92 Nunciatio ſine verbis fieri non poteſt.
93 Enunciatiua verba, quę ſtant per ſe, diſponunt quantum ſit in authoritate enunciantis.
95 Nunciatio ſi fiat operarijs, an ab ijs cauſa peti poſſit? quod non. 102
96 Nunciatio & interdictum quod vi aut clam, quomodo fiant?
97 Seruus ad nunciandum cur non admittatur?
98 Procurator ad nunciandum poteſt remittere, & omnia annexa nunciationi.
99 Argumentum de nunciante ad nunciatum non valet quoad qualitatem perſonarum.
100 Nunciationem impedire non omnes, poſſunt, quibus nunciari poteſt.
101 Procurator nunciantis cur defenſionem ſuſcipere poſſit, nunciatus verò nequaquam niſi legitimam perſonam habeat?
103 Nunciari operarijs cur liceat?

Nuncia-

104 *Nunciationis cauſa, an peti poſsit ex interuallo.* 112.

105 *Perfecta quando retractari poſsint, & quando non?*

106 *Finem omnia expectant.*

107 *L. Prætor. §. ſi aliquando, & §. ſi quis paratus, infra eo.*

108 *Nunciatore recuſante ſatiſaccipere, nunciatio non intelligitur ex hoc ſolo remiſſa, ſed in ea cauſa eſt vt remitti poſsit.*

109 Declaratio libelli obſcuri, vel depoſitionum teſtium, an admittatur poſt litem conteſtatam.

110 *Declaratio libelli obſcuri non admittitur poſtquam fuit à parte oppoſitum.*

111 *Teſtium dicta obſcura non declarantur ab ipſis teſtibus, niſi Iudice ita arbitrante.*

113 *In nunciatione expreſsio cauſæ quo caſu poſsit ex interuallo peti?*

114 *Nunciatio continet actum prohibendi continuum.*

115 *Nunciatio ſi facta fuerit nemine in re præſente, vel eo qui domino non poſsit renunciare, eo tempore arctat dominum ad contradicendum per cauſæ petitionem, quando de nunciatione ſcientiam habuerit?*

116 *Nunciatus nunciatione facta poteſt nunciantem in iudicium vocare, vt ſibi cauſam dicat.*

117 *Nunciatus nunciationis ſine cauſa poteſt remiſsionem petere.*

118 *In nunciatione an ſit ſpecialis cauſa alleganda, vel ſufficiat generalis?*

119 *In libello debet ſpecialis cauſa per actorem exprimi, ſi tamen hoc aduerſarius petierit.*

120 *Expreſſum generaliter, dicitur tacitum in ſpecie.*

121 *Appellatio extraiudicialis debet fieri cum cauſa expreſſa, & ſufficit ſi in genere exprimatur.*

122 *L. j. §. nunciamus, infra eo.*

123 Nuncians *ob publicam vtilitatem ſatis eſt ſi generalẽ cauſam exprimat.*

124 *Libellus in rei vendicatione ſubſtinetur, ſi cauſam generalem contineat quia agens ſit dominus. Et quare ſpecialis non requiratur?*

125 *Libellus quid continere debeat?*

126 *Nuncians an poſsit in iudicio cauſam, quam in nunciatione allegauerat mutare?*

127 N*uncians poteſt generalem cauſam allegare dum ſpecialem nunciatus non petierit.*

128 Nunciationis generales cauſæ, quæ ſint?
129 Libellus continens ineptam cauſam eſt nullus etiam a ſi parte non opponatur.
130 Nunciatio ſubſtinetur ex ea cauſa, quia nuncians dominus ſit, licet generalis videatur.
131 In nunciatione de cauſa petenda, & reddenda quicquid à DD. ſtatutum eſt videtur commentitium.
132 Nuncians, an poſsidere debeat? ex ſenſu Bartoli.
133 Nunciatus an à nunciante ſpecialem cauſam poſſeſsionis exquirere debeat?
134 Nuncians an debeat poſſeſsionis cauſam prætendere, vt valeat quod agit?
135 Libellus continens cauſam non concludentem eſt ipſo iure nullus etiã parte non opponente.
136 L. pen. de aqua quot. & æſti. 140.
137 Nunciatus à nunciante dum non ędificat vi non poſsidet. 165.
138 Poſſeſſor non impeditur vti ſua poſſeſsione lite pendente duntamen nihil innouet.
139 Nuncians non poteſt agere vnde vi, contra nunciatum, qui poſt nunciationem non ædificauerit.
141 L. ſi prius, infra eo.
142 Contumax, an amittat poſſeſsionem?
143 Prædo eſt in ſua poſſeſsione conſeruandus.
144 Nuncians, num dicatur turbare nunciati poſſeſsionem.
145 Poſſeſsio tam corporalium quam incorporalium fit ex vſu potentia non actu, ſi ſemel quęſita fuerit.
146 Nunciatio an ſit remedium poſſeſſorium, & quale?
147 Nuncians comparatur vim facienti.
148 Nunciato contra nunciantem competit interdictum turbatæ poſſeſsionis.
149 Nunciatio contra ædificantem in ſuo, quomodo dicatur neceſſaria?
150 Nuncians an iuris, vel potius ſolius loci in quo nunciatur poſſeſsionem, nunciando amittat?
151 Nuncians an poſſeſſionem amittat ex ſola nunciatione, vel ſolum poſt præſtitam à nunciato ſatiſdationem?
152 Poſſeſsionis effectus plures ſunt, & qui?
153 Nunciatus quomodo dicatur per ſatiſdationem poſſidere?
154 Poſſeſſorẽ aliquem facit interdum et qui poſſeſſionem non habet.
155 Nunciatio ſola noui operis, non interrũpit pſcriptionẽ nunciati. 146.

156 *Poſſeſſor, qui ædificauit aduerſus dominum vendicantem, impenſarũ non ſolutarum nomine vtitur retentione.*
157 *Vendicationi praiudicium quæ opera facere dicantur?*
159 *Nuncians ex cauſa publica poſſeſſionis cauſam prętendere non poteſt.*
160 *Nunciato manifeſte poſsidente, an nuncians debeat pro ſua nunciatione iuſtificanda poſſeſsionem prætendere?*
161 *Nuncians poſsidenti clam, vi, vel precario, non tenetur cauſam poſſeſsionis allegare.*
162 *Nuncians an voluntariè, vel coactus à poſſeſsione diſcedat?*
163 *Nuncians amittit remedia retinendæ, non autem recuperandæ poſſeſſionis.*
164 *Nuncians contra vi, clam, vel precario poſsidentem ab eo, an hanc qualitatem poſſeſsionis nunciati exprimere debeat?*
165 *Nunciatus à nunciante, an ſolum vel ius vi poſsideat.*
166 *Nunciatur dominij cauſa, quoties ædificio proprietatis rei pręiudiciũ pararetur.*
167 *Alienare prohibitus per contractum, quamuis non poſsit impediri transferre in ſingularem ſucceſſorem, non tamen poteſt transferre in eccleſiam.*
168 *Dominus licèt non poſsit vaſallum, vel emphiteotam, vel ſuperficiarium impedire ne ſeruitutem imponat, impedit tamen ne eam imponat pro eccleſia.*
169 *Religioni fauendum eſt contra ſtrictas iuris regulas, ſed non in iniuriam cuiuſquam.*
170 *Nunciare poteſt domini cauſa, qui ob ſolam contumaciam poſſeſsione caret.*
171 *Nunciari poteſt poſſeſſori nouum opus lite pendente ſuper petitorio.*
173 *Nuncians qui dixit quia ædificatur in ſolo meo, an videatur cauſam poſſeſsionis expreſsiſſe.*
174 *Poßeſſor non dominus, an nunciare poſsit?*
175 *Nuncians an debeat cauſam, quam dixit nunciando, in iudicio verã probare?*
176 *De nunciatione tripliciter in iudicio diſcuti poteſt.*
177 *Nuncians an contra nunciatum in factum agere poſsit, vt eius nũciatio confirmetur.* 211.
178 *Eligens viam iuris, amittit viam facti, non è conuerſo.*
179 *Nunciationis confirmatio petitur à iudice non iure actionis, ſed ſine inditij forma.*

Neq; in ea admittũtur nunciati exceptiones de iure ſuo. nu. 180.
181 L. de pupillo. §. qui opus, infra eo.
182 Iuramentum calumniæ poteſt ètiam extraiudicialiter præſtari.
183. In remiſſione petẽda de cauſa nunciationis agitur. 213.
184 De nunciationis cauſa, an tractari poſſit per modum exceptionis?
185 Nunciatus conuentus iudicio reſtitutorio non admittitur ad probandum ius ſibi fuiſſe ædificandi.
Quid ſi fuerit admiſſus ad hoc probandum. nu. 186.
187 Exceptioni rei iudicatæ videtur renunciare, qui patitur agi de validitate ſententiæ.
188 Nuncians à nunciatione ad libitum recedere poteſt.
189 Nunciati prob. tiones iudex recipere poteſt, ſpreta exceptione ædificij non reſtituti, quando principales actiones proponuntur.
190 Exceptiones tacitè reiectæ intelliguntur per proceſſum ad vlteriora.
191 Et quid ſi interlocutus fuiſſet procedendum ad vlteriora cum clauſula, ſaluis exceptionibus, &c.
192 Clauſ. reſeruatis exceptionibus, quid operetur?
193 Clauſ. admiſſionũ capitulorũ ſaluo iure impertinentiũ, quid operetur.
194 Nuncians exceptiones non reſtituti ædificij proponens poſt receptas probationes ſuper iure ædificantis, non auditur.
195 Attentatorum reſtitutiò fieri pôt. etiam poſt receptas probationes?
Et poſt concluſum in cauſa, nu. 196.
Et an poſt latam ſententiam. nu. 197.
198 Attentatorum reſtitutioni obſtat exceptio notorij.
199 Cap. non ſolum. §. illæ vero, de app. in 6.
200 Attentatorum reſtitutio, an & quando pendente lite ſuper principali peti poſſit.
201 Reſtitutio ædificij in nunciatione differt à reſtitutione attentatorũ lite pendente.
202 Attentata reſtituuntur iudicis officio etiam parte non petente.
203 Nuncianti qui agat interdicto reſtitutorio, an obſtet exceptio receptarum probationum?
204 Attentatorum reſtitutio non impeditur per probationes nulliter receptas.
205 Tacens in iudicio non intelligitur actũ per ſe nullum confirmare.
206 Tacens in ſui præiudicium regulariter non intelligitur conſentire.
207 Nuncians ex cauſa publica conſentiendo, vt nunciatus de iure ſuo probet, nihil agit.
208 Probationes in iudicio receptæ nõ faciunt rem manifeſtam ad impediendam

diend. m reſtitutionem ædificatorum.

209 Manifeſtum probari debet, notorium ſolummodo allegari.

210 Nuncians agens ad confirmandam nunciationem, cauſam iuſtificare debet.

211 Actiones confirmatoriæ an de iure dentur.

212 Confirmationes à iudice extraiudicialiter peti quid ſignificet?

214 Nuncians an in proſecutione poſſit mutare cauſam?

215 In libellis cauſa ſemel propoſita amplius mutari non poteſt.

216 L. et an eadem. §. actiones. de exc. rei iud.

217 Nuncians ex cauſa quia dñs poteſt oẽs dominij cauſas proſequi.

218 In appellatione extraiudiciali & ab interlocutoria cauſa, quæ exprimitur proſequenda eſt.

219 Regula, Vnum producẽs, & aliud probans, à iudicio repellendus eſt. Lim. procedere tantum poſt litem conteſtatam.

220 Probationes recipi ſolent poſt litem conteſtatam tantum.

221 In nunciatione cauſam eſſe exprimendam ſi petatur quare inductum ſit?

222 Sententia ſecunda confirmans primam, ſed ex alia cauſa, non facit conformitatem ſententiarum, in caſu ſtatuti imponentis ſilentium poſt duas conformes.

223 Appel. extraiudicialis à futuro grauamine ſatis eſt ſi pro cauſa habeat damni alicuius ſuſpitionem.

224 In appellatione extraiudiciali à grauamine priuati, an ſit alleganda vel probanda cauſa.

225 Appellari poteſt à grauamine futuro.

226 In nunciatione cauſa futurum damnum reſpicit.

227 Nunciatio an comparetur appellationi extraiudiciali, vel potius appellationi à definitiua?

228 Libellus ante litis conteſtationem mutari poteſt.

229 Conteſtatio litis non fit ſuper exceptionibus.

230 Mutatio libelli & cauſæ in eo expreſſæ poſt litem conteſtatam licita eſt, ſi tamen propoſita actio ſubſtineatur. 233.

231 In nunciatione an liceat ante, vel poſt litem conteſtatam cauſam mutare ad inſtar aliarum actionum?

232 Et an licita ſit ea mutatio cauſæ per quam non mutatur actio?

234 Mutatio cauſæ in actione in factum poſt litem conteſtatam fieri non poteſt. Semper enim per eam mutatur ſubſtantia.

235 Mutatio vnius cauſæ dominij expreſſæ in libello rei vẽdicationis, fieri non poteſt in aliam dominij cauſam.

236 Actio in factum, eſt magis difformis quàm rei vendicatio.
237 Publicianam proponens cum cauſa quia poſſideo, non obtinebit ſi poſtea probet ſe dominum.
238 In nunciatione an & quatenus cauſam poſt litis conteſtationem mutare liceat?
239 Nuncians excipiendo contra nunciatum agentem, an poſsit mutare cauſam? 243.
240 Et quid ſi ipſe nuncians agat interdicto demolitorio?
241 Nunciatus conuentus iudicio demolitorio, an poſsit dicere cauſam nullam.
242 Nuncians ſi confiteatur cauſam per ſe allegatam iniuſtam, an poſsit agere ad demoliendum?
244 Nuncians qui falſam cauſam dixit tenetur nunciato quanti ſua inter ſit etiam ſi veram paratus ſit allegare.
245 Remiſsio nunciationis an impediatur per deductionem nouæ cauſæ?
247 In appellatione extraiudiciali, vel ab interlocutoria cauſa ſponte exprimitur pro forma.
248 Nuncians vt plurimum ad nunciandum imparatus accedit.
250 Nuncians qui ſponte cauſam dixit, an poſsit ad libitum eam mutare.
251 Præſumitur facere quis eo caſu vbi magis tenetur.
252 Nunciatio à libelli propoſitione longè diſtat.
253 Nuncians an poſsit in proſecutione mutare qualitatem cauſæ. 263.
254 Mutatio qualitatis actionis propoſitæ non permittitur quando lex ab initio electionem plurium qualitatum tribueret volenti agere.
255 Emendatio eſt quando ſubſtinetur ſubſtantia mutatur qualitas.
256 Mutatio qualitatis actionum, an in criminalibus permiſſa ſit?
257 L. In delictis. §. ſi detractis. de noxal.
258 Mutatio qualitatis actionis intentatæ, an ſolum licita ſit quando non alteraretur forma condemnationis.
259 Noxæ deditio in libello, & ſententia contineri debet.
260 Exceptio quæ non mutat ſententiam ſemper opponi poteſt ante executionem.
261 Electio non debet diu eſſe in ſuſpenſo.
262 Qualitas actionis iuris diſpoſitione ab initio exprimenda ſi omiſſa ſit ſuppleri non poteſt.
264 Nuncians ex cauſa impoſititia, an poſſit tranſitum facere ad cauſam naturalem?
265 Nuncians ex cauſa poſſeſsionis, an poſsit poſteà deducere dominium?

266 Poſſeſſionis cauſa naturalis eſt.
267 Poſſeſſio quamuis naturalis, eſt tamen dominio poſterior.
268 Nuncians, qui vnam ſpeciem ſeruitutis allegauit, an poſſit proſequi aliam?
269 Nunciari pro ſeruitute ruſtica, an poſſit?
270 Nuncias pro una parte prædij dominantis, an poſſit probare de alia.
271 Nuncias in vna parte operis an poſsit probare de toto, & è contra?
272 In nunciatione, quæ ſoleant exprimi qualitates non neceſſariæ?
273 Ceſsionarius denuncians debitori ne primo creditori ſoluat debet cauſam in denunciatione exprimere. 282.
274 Ceſſus debitor, ſi ſcientiam habeat ceſsionis, an citra denunciationē rectè ſoluat primo creditori?
275 Denunciationes requiſitæ ſolum ad effectum certiorandi, non ſunt neceſſariò faciendæ ſcienti.
276 Denunciatio ſcienti debitori ceſſo fieri debet á ceſſionario.
277 Scientia magis inducitur per extraiudicialem denunciationem quàm per ſolam citationem.
278 Denunciatio quæ fit debitori ceſſo, non eſt ad ſolum effectum certiorandi.
279 Denunciatio requiſita à ſtatuto in dubio præſumitur ſolum ad effectum certiorandi.
280 Ceſsionarius cum exercitio directarum, & poſitus in locum cedentis, debet tamen ſcienti debitori denunciare.
281 Et quid ſi ſolum ad ceſsionarij commodum ceſſum fuerit.
283 Credere alteri, an & quando quis debeat?
284 Ceſsionarius an habeat executionis paratæ priuilegia? Et quando illis aduerſus ceſſum vti poſsit?
285 Nunciationis ſpeciale eſt, vt ſine cauſa fieri poſsit, & quare?
286 Tutor non excuſatur, quòd ſoleat in ſuis etiam rebus negligens eſſe.
287 Tutor in concurſu ſuis potius, quàm pupilli reb. ne pereāt, cauere dēt.
288 Denunciatio cum cauſæ expreſsione fieri debet, quando denuncians per ſe non habeat ius, ſed aliquo modo prætendit ſua intereſſe.
289 Proteſtans an comparetur excipienti. 291.
290 Exceptio generalis admittitur ſine cauſæ expreſsione.
291 Nuncians actori potius quàm reo comparatur.
293 L. vlt. de tranſact.
294 L. Denunciaſſe. §. quid ergo, ſi tantum. de adult. 312.
295 Reg. Qui aliquid facere tenetur, compellitur, ſi ab aduerſario petatur, fallit.

296 Citato ad emologandum laudum non eſt neceſſe dari copiam illius in citatione.
297 Denunciatio, quæ fit a notario vel iudice, valet ſine cauſa expreſſa.
298 Ceſſionarius eſt procurator in rem ſuam.
299 Procurator an teneatur ſponte oſtendere mandatum?
300 Copia ſcripturarum non offertur non petenti, ſed ſponte oſtendenda ſunt. Et quæ ſit ratio diuerſitatis.
301 Certior factus quis dicatur?
302 Scientia certa & plena, ſeu indubitata, quæ ſit?
303 Teſtis non dicitur certus qui audiuit quamuis à fide dignis.
304 Denunciaturus, quod ipſe fecit, debet copiam tradere.
305 Clem. cauſam, de elect. non habet locum in caſibus minoris præiudicij.
306 Credens aſſertioni boni viri excuſatur.
307 Denunciatio in caſu clem. cauſam, de electio. cur ſolemniter fieri debeat?
308 Mora non contrahitur per petitionem hæredis, vel procuratoris, niſi ſponte in petitione ſe hæredem, vel procuratorem oſtendant.
309 Quod ſufficit oſtendi per teſtes ſi non poteſt per ſcripturam.
310 Hæres audiendus eſt licet non ſe ſtatim hæredem probet.
311 L. ſiquis inficiatus. depoſiti.
313 In denunciatione ceſſo debitori facienda, an pro cauſa ſufficiat dicere, quia mihi creditor ceſſit?
314 Emptor cui denunciatum fuit ne emeret conſtituitur in mora etiam ſi in denunciatione non conſtitiſſet denunciantem eſſe dominum.
315 Ignorantia iuris, neminem excuſat, qui potuerit conſulere peritiores.
316 Citatum me eſſe aſſerenti aduerſario non teneor credere ſine citatorio.
317 Appellaſſe dicens debet oſtendere appellationis inſtrumentum.
318 Denuncians electum eſſe depoſitarium nihil facit niſi electionis inſtrumentum producat.
319 Tutorem me eſſe aſſerenti non teneor credere niſi oſtento teſtamento in quo tutor ſcriptus ſim, vel datione facta à iudice.
320 Iudicialia debent iudicis teſtimonio comprobari.
321 Tutorem aliquem aſſerenti quare non credatur ſine inſtrumento.
322 L. 2. Quod fal. tut. aut.
323 Denunciatio quæ fit alicui ne cõtrahat varie diſponitur ob varias rationes quibus mouentur denunciantes.
324 Procurator non admittitur ad proteſtandum extra iudiciũ, niſi ſponte mandatum exhibeat.

Et

325 *Et quid in procuratore in rem ſuam.*
326 *Procurator in rem ſuam ſub ſtatuto de procuratore non continetur.*
327 *Regula, Credulus quis nimis eſſe non debet.*
328 *Credens nimium conſtituitur in lata culpa.*
329 *Inſtrumentum productum in denunciatione licet factum, excuſat credentem.*
330 *Ceſſus debitor cui ſine exhibitione inſtrumenti denunciatum fuit, ſi illud non petiiſſet; ſponte primo creditori non recte ſoluet, ſed recte ſi coactus.*
331 *Ceſſionarius præfertur cedenti, vtroque agente contra debitorem.*
332 *Citatio ad priuandum aliquem beneficio legitima intimari debet, nec ſufficit quomodocunque perueniſſe ad notitiam citandi.*
333 *Si ceſſus debitor in denunciatione quæ ſibi a ceſſionario fiet, petierit ceſſionis inſtrumentum, an denegari poſſit?*
334 *Curioſitas nimia improbatur non minus quàm ſupina ignorantia.*
335 *Denunciatio ſine inſtrumenti oblatione, denunciatum etiam annuente non ligat.*
336 *Denunciationem cum oblatione inſtrumenti fuiſſe factam probare debet denuncians.*
337 *Ceſſus debitor non tenetur denunciationi etiam cum inſtrumento factæ credere, ſi ei primus debitor denunciaſſet antea ne ceſſionario ſolueret.*
338 *Ceſſus debitor poteſt certiorari in denunciatione per teſtes ſi non fuerit oſtenſum ei inſtrumentum.*
339 *Inſtrumentum ceſſionis in denunciatione oſtendi neceſſe non eſt, quando eſſet præſumptio quod illud denunciatus haberet.*
340 *Denunciari authoritate iudicis pôt etiã ſine inſtrumenti exhibitione.*
341 *Inſtrumentum non eſt exhibendum in denunciatione quando per famam publicatum eſſet.*
342 *Sententia publicata per famam non eſt cur condemnato notificetur.*
343 *Denunciatio ſine inſtrumento valet, quando denunciatus ceſſioni fuiſſet præſens.*
344 *Citatio ad videndum exemplari non eſt neceſſaria ſi citandus exemplationi interfuiſſet.*
345 *Denunciatio ſine inſtrumento valet ſi denunciantis illius plenam, & veram notitiam haberet.*
346 *Idem ſi per eum ſtetiſſet quominus inſtrumentum legeretur.*
347 *Scire creditur qui ſcire potuit & neglexit.*
348 *Denunciatio ne priori creditori denunciatus ſoluat non cõſtituit eum*

in mora

in mora ſoluendi denuncianti.

349 *Debitor non conſtituitur in mora tam in actu iudiciali quam extra, niſi debiti inſtrumentum exhibeatur.*

350 *Copia inſtrumenti ceſſionis an debitori in denunciatione danda ſit?*

351 *Copiam offerens in denunciatione debet eam in promptu habere cum denunciat.*

352 *Ceſſionarius denuncians cum oſtenſione inſtrumenti, ſi denunciatus illius copiam petierit, dilationem ad exemplandum habere debet.*

353 *Copia ſcripturarum in denunciatione danda eſt impenſis denunciantis.*

354 *In iudicijs vero regulariter datur impenſis eam petentis.*

355 *Copia in denunciatione non datur non petenti eam ſibi dari.*

356 *Emptor denuncians venditori litem motam non tenetur copiam citationis dare ſi eam emptori legerit, niſi ille eam petat.*

357 *Denunciatus debitor ſi copiam petierit pendente tempore ad exemplandum, ſi ſponte primo ſoluat nihil agit; Et quid ſi coactus?*

358 *Denũciationes omnes, excepta hac quæ noui operis gratia fit, cauſam ſponte expreſſam continere debent.*

VEnio nunc ad quæſtiones Bar. qui primo quærit, quando dicatur certum nunciantem non habere ius. In ſolutione plura dicit, de tribus tantũ agemus, quæ ſola a cæteris explicatur. Primum
1 eſt dici certum, † quicquid per inſtrumentum apparet, aliàs dicitur manifeſtum, alias notorium, quod plus eſt. Hoc probat Bar. per c. cum olim. de verbo. ſig. cui conſonat c. fin. de cohabit. cler. & mul. vbi de inſtrumento
2 non eſt expreſſum, ſed de confeſſione. Inſtrumentum † autem præſertim guarentigiarum dicitur confeſſio partium. guarentigia enim importat confeſſionem manifeſtam, vnde alias confeſſionatum dici ſolet, Bar. in l. poſſeſſio quoque. §. etſi poſſeſſ. de acquir.
3 poſſeſſ. ſunt tamen qui dubitant, ne guarentigia † effectum nõ habeat maioris probationis ſed tantum vim augeat executionis, de quo per Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. donatione largitus. nu. 103. & ſeq. C. de reuoc. don. Sed cum exequutionem habeat paratam, non video quomodo non maiorem fidem faciat quàm illud, in quo deſit guarentigia, quo caſu executionem præcedere debet ad maiorem debiti confirmationem, ſententia condemnatoria. Bart. nil aliud allegat ad illud probandum, ſed exemplificat in fructua-

rio,iuxta §.fi.inf.ea.l.cum l.ſeq. Voluit dicere,ſi per inſtrumentũ
conſtet nunciantem habere vſumfructum tantum, & nunciatum
eſſe dominum,nam tunc ipſum inſtrumentum facit proculdubio
notorium. Addit Iaſ. in confirmationẽ huius communis * ſent.
Primo tex.in l ſi.cum gl.in ver.manifeſtum,C.de reb.cre. ex qua
l.& glo.videtur colligi ſcripturam teſtamenti manifeſtum facere
teſtatorem legaſſe,uel aliter diſpoſuiſſe.de qua.l.alias latè diſcuſ-
ſimus in l.admonendi, de iureiur. Secundo, quia inſtrumen-
4 tum † ſit ſecundum Bar.in l.Imperator.de ſtatu hom. veritas ap-
parens, & probatio probata, non autem probanda. Idem vult
Bal.in l.2.col.j.C. quando fiſc.vel priuat.in l.quoties, in fi.de iu-
di.& alibi ſæpius, vt hic per Iaſ.& in l.intereſt,C.de ſolu.Soc.cõ-
ſi.80.in princ.lib.j. Hipp.in l.ſiquis ne quæſtio,nu.175.de quæſt.
Rol.conſ.9.nu.16.conſ.70.nu.8.conſ.79.nu.47.conſ.85.num.38.
5 lib.j.conſ.40.nu.8.lib.2. vbi inquit,inſtrumentum † illud probat
quod cantat.c.licet cauſam.de prob.vbi inſtrumentum euidentiſ
ſima probatio appellatur,qui tamen tex. de priuilegio loquitur,
bene uerum eſt quòd ibi Ant.Abb.Fely.& Decius inferunt ad in-
ſtrumentum,& vtile eſſe dicunt pro ſtatutis & legibus interpretã-
dis. Idem dicit Rol.conſ.85.nu.39.lib.j. Pariſ.conſi.104.nu.64.
lib.j. Veruntamen Bar.in l.ſi conſtãte.nu.13.ſol.matr. vult dictio-
6 nem † euidentiſſimè, non ſemper importare notorium,ſed inter
dum vulgi opinionem. Demum Iaſ.allegat c.cum dilecti.de don.
& c.cum olim,de cenſ.& in vtroque loco Abb. videte Felinum in
d.c.licet cauſam,cumulantem plures alios tex.ex quibus conſtet
manifeſtum dici,quod probatur per inſtrumentum. Idem dicit
Alex.in l.ſi quis inficiatus.depoſ.in conſi.72.nume.16.lib.2.Dec.
conſ.488.conſ.536.nu.3.conſ.682.in princ. Hyppol. in Rub.C.
de prob.nu.3.& 5.in d.l.ſiquis ne quæſt.nu.177.de quæſt.Rol.cõ-
ſi.9.nu.15.lib.j.& Tiraq.qui multos cumulat de retract.conſang.
7 §.2.glo.j.nu.22.Item inſtrumentum † dicitur veritas apparens,
nec indigens diſceptatione fori.Ruy. conſi.128.col.2.lib.4.Rol.
conſ.58.nu.6.lib.2. conſ.6.num.18.& conſ.57.nu.2.3.& 4.lib.3.
Item dicitur probatio realis. Soc.conſ.59.col.2.lib.3. Pariſ.conſ.
77.col.j.lib.3. Rol.d.conſ.85.nu.38.lib.j. Item liquida,Alex.cõſ.
137.lib.6.Rol.conſi.39.in fi.lib.j. Item habens vim definitionis.
Bal.conſ.231.lib.j.Rol.conſi.4.nu.2.lib.2.conſ.79.nu.88.libro 3.
Item eſt notorium quod in eo continetur. Innoc. in c.2. de confi.
vtili vel inut.in c.ex inſinuatione.de appel. Abb. in c.j. de confir.

vtili

vtili vel inut.& in c. cum olim.de cenſibus. Item habet omnem præſumptionem pro ſe.l.cum precib.C.de prob.l. ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& fac.ign.Alc.de præſ.reg.3.præſump.13. Item facit probationem notoriam,& incontinenti. Bal.in l.2.C.de edict. diui Adr.toll.in tantum,vt iuxta diſpoſitionem c. ad decimas.de
8 reſt.ſpol.in 6.ſi ſpolians † doceat de iure dominij per inſtrumentum, non teneatur reſtituere ante omnia, Fel.in d.c.licet cauſam, nu.30,de prob.qui etiam dicit,ex ſententia Ant.in c.ſuper literis,
9 de reſcr.quod exceptio † inſtrumenti liquidi poteſt opponi ante litis conteſtationem. & demum inſtrumentum dicitur probatio prompta,expedita,præſens,in numerato,realis, probata,euidens, euidétiſſima,manifeſta,manifeſtiſſima, liquida,patens,certa, indubitata,notoria,definitiua,& de qua dicatur, noli me tangere. vt ſingula hæc attributa probat Tiraq.in d.gl.j.nu.20.& ſeq. Rol. conſ.4.nu.13.conſ.75.nu.19.conſ.96.nu.7.lib.2.conſ.6.nu.18.cōſ.
10 ſ.57 nu.4.lib.3. Pro his facit etiam,quia paria† ſunt confiteri debitum,vel de eo produci publicum inſtrumentum,Cyn.in l.3. C. quando fiſc.uel priu.Fel.in c.ſignificauerunt.nu.3.de teſt.Sed cōtra hoc opponit Imo. de l.fi.C.de fide inſtr.vbi contra inſtrumentum aliquid produci non prohibetur. Veruntamen nihil eſt quātumcunque
11 notorium, † quod per probationes in contrariū non diluatur, ſeu minuatur, ſi tamen probationes quæ contra afferuntur,maiores ſint his,quæ notorium faciunt.c.cū in tua, vbi Abb.
12 de ſponſ.Bar.in l.fi.de quæſt. Quod patet in præſumptione † iuris, & de iure, qua nihil poteſt eſſe notius,& tamen in pluribus, caſibus admittitur probatio in contrarium, puta per confeſſionē partis. gloſ. in auth. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nupt. & l.in contractibus.§.nullo modo.C.de non num.pec.Sal.in l.2.C.de do, lo.Fel.poſt alios in c.quāto, de præſump.& in c.quoniam contra. de prob.Hyppol.in l.j.§.ad quæſtionē, nu. 23.& nu.vlt. de quæſt.
13 Item per iuramentum † eius, qui ſit bonæ conditionis, & famæ. Anto.in c.vidua.de regul.Hyp.in d.§.ad quæſtjonem, nu.22.& in eadem.l.§.ſiquis vltrò,nu. 14. Pluresque limitationes ponit Alc. de præſump.par.2. Faciunt ea,quæ de notario allegando, & declarando per ſententiam ſupra diximus. Et notabiliter Hyp. in d.Rub.de prob.nu.244. Omnia enim probationum genera recipiunt maiorem ac minorem vim, ut per DD. in l.admonendi. de iureiuran. Sic & notorium, quia poſſit aliud alio eſſe notius. Et ideo diligenter cauendum eſt in iure, ne circa probationes deci-

piamur

piamur:neque enim neceſſariæ facile reperiũtur,cum noſtra hęc omnis iuriſprudentia probabilia tantum contineat, ita in ſimili dicebat Fel.in d.c.ſignificauerunt,circa nu.3. de teſt. in quib. ita contingit,vt de eorum fide minuatur pro qualitate & numero in contrarium deductorum. Cum enim in aliquo probando plura pugnant hinc inde,ita naturaliter contingit,vt quantum vni parti adijcitur,tantum alteri adimatur. Et ita ſolui poterunt,quæ hic Ruy. affert pro opinione Imo. tenuit etiam contra Bartol. Rom. hic, quod miror alios non animaduertiſſe. Mouetur au-
14 tem, quia inſtrumentum † non facit notorium, niſi poſt concluſum in cauſa,iux. not. in d. cap. ſignificauerunt. Ad quod facit,
15 quia nullum † maius notorium videtur confeſſione, & tamen ea non habet notorij vim niſi poſt concluſum in cauſa, Affl. deciſ. 176.numero 3. per gloſ. in d. cap. ſignificauerunt. Sic in caſu noſtro, inſtrumentum non faciet notorium,quia extra iudicium allegatur. Ego reſponderem, illud eſſe verum, quantum ad iudicium conſtituendum ratione notorij, nam ſuper notorio non conſtituitur niſi legitimè de notorio conſtiterit, & ſic poſt concluſum in cauſa: dum enim ſumus in iudicio ad impediendum notorium ſufficit aliquid adduci poſſe, licet adductum non ſit; ſed in notorio extra iudicium ſecus erit, quia quæ iuris intellectu vel facti euidentia notoria ſunt, non minuuntur, niſi poſtquam probabile aliquid fuerit allegatum, & ita puto Ruy. hic
* ſentiſſe. Communis * autem opinio facile cum Inno. & Roma. concordabitur per ſequentes limitationes, quæ omnem dubita-
16 tionem reſoluunt. Primò igitur limitatur in inſtrumento † celebrato inter ipſos litigantes. Ita expreſſe hic dicit Barr. & oſtendit exemplo fructuarij & proprietarij,apertiuſq; fit ex ipſius dictis
17 in l.admonendi.de iureiur.nu.31.vbi vult,inſtrumentum † publicum inter alios facere tantum ſemiplenam probationem. Quod ſi Ruy.animaduertiſſet, puto non tantum elaboraſſet in probanda hac mente Bar. Secundò limitatur, ſi fuerit contra inſtrumen
18 tum † aliquid oppoſitum: ita voluit Imo.& Rom.hic, & conſen-
* tiunt alij omnes.* ratio autem eſt,quia tunc minuitur fides illius, cum fiat ſuſpectum. Sed ne callidus nunciator ſemper ad cautelam negaret inſtrumentum, vel aliquid aliud opponeret, ſaltem vt antequam ſuper eo iudicium fieret teneret nunciatio, intelligerem limitationem hanc quando aliquid allegaretur probabile, ideſt quod per ſe ſpeciem probationis faciat: ná probationũ

probatarum fides non minuitur per ea,quæ fidem nullá habeāt;
19 & contra inſtrumentum † probari debet per legitimas oppoſitiones, Anch. & Butr.in c.cum contingat. de reſcr. in c.cum dilecti. de donat.Dec.conſi.474.nu.3.Rol.conſi.57.nu.30.lib.3. Quæ autem ſint legitimæ probationes,non eſt hic locus ſuus, ſed generaliter traditur in d.l.admonendi.de iureiur.vbi etiam declarantur, quæ ſolam faciant ſuſpitionem, & inditium: Et ibi tractandum relinquo, an aliquæ ſint ſuſpitiones,quæ poſſint fidem inſtrumēti minuere. Cæterum, ſi quæramus per quæ poſſit inſtrumentū legitimè reprobari? remitto vos ad tradita per Spec. in tit.de inſtru.edit.§.9. & latè Dec.poſt alios,in c.j.de fide inſtr. Quid ſi ni-
20 hil nunciator † contra inſtrumentum opponat, ſed tantum petit copiam, an niſi detur interim teneat nunciatio. Ruy.excitauit,& tenet nunciatum non cogi dare copiam,atque ideo nunciatio nō valebit,cum quo alij tacite ſentiunt.Mouetur,quia doctrina Bar. & communis eſt ſolum de inſtrumento celebrato inter ipſos nunciatum & nunciantem, & nemo præſumitur ignorare factū proprium.l.quamquam.C.ad Vellei. Sed hoc eſt iniquū. quid enim ſi nuncians memoriam non habeat ſe contraxiſſe, & dubitet de falſitate inſtrumenti,vereatur autem offenſam ſi dubius alleget illius falſitatem, vel quid ſi ſit ſucceſſor in ius alterius, quo caſu iuſtam habet cauſam ignorantiæ.l.qui in alterius. de reg. iur. In
21 contrarium facit, quia qui procuratorio † nomine nūciat, ſi vult effugere fideiuſſionem de rato,debet docere de mandato,& relaxare copiam. Bar.hic,in q.11.& in l.de pupillo.§. qui procuratorio.inf.eo.latè Aret.in l. Ariſto,de acquir.hær.reſpondet Ruy.tūc eſt inſtrumentum inter alios,nempè inter procuratorem & domi-
22 num. Rurſus pro Ruy.facit, quia in iudicijs † ſummarijs inſtrumenta non eduntur parti, Bar.in extrau.ad reprimendum,in ver. Et ſtrepitu.num.17. quem ſequitur Iaſ.& alij in l.j.C.de edē. Iſtud autem videtur iudicium ſummarium: ſiquidem nec iudex aditur. Sed tunc iudex cui editur ſupplet omnem ſuſpitionem: ideoque non mirum ſi parti non editur. Quamobrem crediderim poſſe ſubſtineri, nunciatum fundantē ſe in inſtrumento,ſi eo ante iudicium ad impediendam nunciationem vti velit, debere copiā parti edere, nam regulariter inſtrumenta eduntur iis quorum intereſſunt.l.j.§.editiones.de eden.præſertim ab eo,qui in illis ſe fundat,etiam ſi reus eſſet.gloſ.in d.l.j.in fi. Et quidem cum nūcians iure ſuo ſatis ſit ſuffultus, non eſt cogendus ſimplici aſſer-

tioni

tioni nunciati acquieſcere, qui vt omnem eluderet nũciationem ſemper diceret pro iure ſuo extare inſtrumentum, & ſic perſeueraret in ædificio, & ſuperflua redderentur omnia iura de nunciatione loquentia. Et quamuis poſſit etiam ex parte nunciantis eſſe aliqua fraus, puta ſi conſultò nunciaret, vt alicuius inſtrumenti ſolum copiam obtineret, nihilominus aduerſus calliditatem hanc nunciato commodè ſuccurritur vt inſtrumentum iudici nõ parti oſtendat, & ab eo remiſſionem petat, ſeu malit per ſatiſdationem ſibi conſulere, & tunc liberabitur nedum ab inſtrumenti editione, ſed etiam a nunciatione tota. Nuncians verò ad impediendum ædificium nullum aliud habet promptius iuris remedium. Quapropter tertio limitarem ſupra dictam doctrinam,
23 ſi copia † inſtrumenti non fuerit nunciatori eam petenti præſtita, ita tamen vt nunciatus per ſolam copiæ præſtationem a nunciatione liberetur, quia tunc vigeat manifeſtum ius inſtrumenti. Aduerſario autem opus ſit noua nunciatione ſi putauerit, nõ obſtante inſtrumento nunciandum. Sed crediderim boni iudicis arbitrio in hac re plurimum tribuendum eſſe, quandocunque negocium iſtud ad iudicium deferretur, quia vndique verſantur anguſtiæ & fraudis periculum. Secundo colligitur ex Bar. in eadẽ
24 prima quæſtione, ſententiam † facere euidens, ſeu notorium, vt dictum eſt de inſtrumento; probatur ex d.c.fi. de cohab. cler. & mul. & glo. in d.c. cum olim. de verb. ſign. l. emptorem. vbi glo. de act. emp. Bar. in l. is cui, de verb. obl. Bal. in l. j. de curat. fur. in l. ea quidem. C. de accuſat. Imo. Ruy. & alij hic. Iaſ. in l. ſi vero. §. qui pro rei. nu. 3. qui ſatiſd. cog. qui notat ibi notorium & ſententiam æquiparari. Lanfr. in c. quoniam contra, par. j. nu. 34. de probatio. Pariſ. conſi. 23. nu. 218. lib. 2. Cephal. conſ. 227. nu. 16. & cõſ. 265. nu. 5. lib. 2. Hoc etiam intelligi oportet ſolum inter ipſos litigan-
25 tes, quia res † inter alios acta non nocet, vt vulgaris eſt regula. l. ſæpè. de re iud. l. is cui. §. iiſdem. de accuſa. l. Modeſtinus. de excep. l. 3. C. de fide inſtr. l. j. cum toto tit. C. res inter alios acta. & C. quibus res iud. non nocet. c. cum ſuper. c. pen. de re iud. c. inter dilectos, de fi. inſtrum. DD. in l. 2. C. de eden. & in d. l. ſæpe. Tiraq. latè in tract. quem edidit huius tituli, res inter alios acta. & Sebaſtia. Med. inter regulas iuris ab eo collectas, reg. 8. Aduertendum autem cenſeo, quia ſi ſemel iudicatum fuerit me poſſe, te inuito ędificare, quia alias nunciaſti & ſuccubuiſti, ſi de nouo nunciaueris, proculdubio mihi licebit impunè ſpernere. Sed in alijs ſentẽtiis

non

non ita ſimpliciter fiet: non enim ſatis videbitur, ſi proponerem ſententiam, per quam ſim declaratus dominus vel poſſeſſor loci, in quo ædificem, nam & domino & poſſeſſori nunciatur, inf. ea. l. §. nunciatio ex hoc, & d. l. de pupillo. §. ſextus. Proderit etiam ad infringendam cauſam, quam nunciator petitus allegauit; vt ſi di xerit ſe dominum ædificij, vel ſibi ſeruitutem debitam, cum tamen contrarium iudicatum fuerit, in qua quidem re cautè ab utraque parte procedendum cenſeo. Tertiò colligitur, euidentiam
27 † facti ſufficere ad ſpernendam nunciationem. Ponit Bart. ad hoc tria bona exempla, quibus adde, ſi negaretur pupillus, qui nuncia
28 uit, cum tamen euidenter appareret contrarium, nam ætas † eſt ex ijs quæ per euidentiam facti & inſpectionem oculorum probatur. Arch. in c. hoc vero, 22. diſtin. cum ſim. Pupillus enim nũciare non poteſt. d. l. de pupillo. & idem in ſimi. exemplis. Cũ hoc
* dicto Bar. tranſeunt omnes * & meritò, nam ſtantibus duabus ſupradictis concluſionibus, idem de euidentia facti dicendum vide
29 tur, quia hæc † æquiparatur ſententiæ, confeſſioni iudiciali, & inſtrumento publico, vt in d. c. fi. de cohab. cler. & mul. & in d. ca.
30 cum olim. de verb. ſign. Addit Iaſ. † pro corroboranda vi huiuſce probationis, quod nulla hac ſit certior, quod hæc preferatur cuicunque alij, quod numquam intelligatur excluſa; Ad quæ probã da multa allegat, ſed confuſim. Illud primum hac nullam eſſe certiorem probat Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. Barb. in c. euidentia, de accuſa. Soc. conſi. 34. nu. 10. qui euidentiſſimam appellat, facit etiam tex. in l. ſi irruptione, vbi DD. fin. regun. l. ea oratione, de ferijs. Corn. qui eam dicit liquidiſſimam, conſil. 90. nu. 33. lib. 2. Quod præferatur omnibus alijs, vltra adducta per Iaſ. firmat Dec. conſ. 209. in princ. conſi. 351. in fi. conſi. 479. nu. 5. Corn. conſi. 113. nu 3. lib. 2. Ruy. conſi. 107. nu. 14. lib. j. Rol. conſi. 7. nu. 91. lib. 3. conſi. 2. nu. 129. lib. j. Et alias dicit Bal. in l. j. C. de ædil. act. quòd plus demonſtratur per facti præſentiam quam per vocis efficaciam, refert & ſequitur Affl. deciſ. 197. nu. 7. vnde fit vt ea plus poſſit quàm quorumcunque teſtimonia, ut notatur in d. l. pen. fin. regun. Bal. in d. l. contra negantem, ad legẽ Aquil. & in l. j. C. ſi aduer. libert. Alc. conſi. 357. in princ. Quod nũ quam intelligatur excluſa etiam per cõcluſionem in cauſa, uel dicta teſtificata, Bal. & Sal. in l. ſi quis. C. de teſtib. Bal. in rub. C. de probat. DD. in d. l pen. fin. regun. Alex. in l. Publia, depoſ. Hier.
31 Gabr. conſi. 159. nu. 17. Imo neque excluditur † per ipſam ſenten

tiam

tiam, Bal. in l. j. C. ſent.reſcr.non poſ. Innocen.& DD. in fraternitatis, de frig.& maleſ. Alex.conſi.93.num.18.lib.4. Tantumque poteſt euidentia facti etiam contra ſententiam, v. conuictus & cõdemnatus ex quocunque delicto, per euidentiam facti in contrarium, abſoluatur. Bald. in d. l. ſiquis teſtibus. C. de teſt. qui dicit fuiſſe exhumatum cuiuſdam cadauer, ad liberãdum reum de homicidio, vt inſpectione ipſa appareret non fuiſſe vulneratum. Quod Bal. dictum refert Ang. de maleſ. in ver. Comparent & produxerunt inſtrumentum pacis. nume.33. Alc. hic, & Iul. Clar. in
32 pract. crim. q. 52. num. 2. Hinc etiam fit, vt nullo † ſtatuto nullaque lege vel conſtitutione, ſpeciem quãlibet probationis reijciente, intelligetur vnquam hæc reiecta, vt, vltra ea quæ per Iaſ. hic multis deductis probat Hyppol. in l. j. § ſi ſerui quaſi. nume. 8. de quæſt. & in rub. C. de probat. nu. 170. Tiraq. de retrac. conſang. glo. j. §. 4. nu. 77. qui multa cumulat de hac probat. Et omnino videndus eſt ex antiquis Spe. in tit. de probat. §. fi. nu. 9. & ex modern. Hypp. in d. rub. nu. 169. vſque ad nu. 187. & in d. §. ſi ſerui quaſi, a nu. 8. vſque ad nu. 19. & Tiraq. vbi ſupra. Quærit ſecundo Bar. an cauſa in nunciatione ſit exprimenda? Ex cuius dictis noto ſex. primum, in nunciatione dum fit non requiri pro forma expreſſionẽ cauſæ. Secũdum eam requiri ſi ab ædificatore petatur. Hęc duo quæ a cæteris quoque colliguntur, mox plenius erunt tractanda, reliqua perfunctoriè tantum referemus. Tertium colligo in pro-
33 ſecutione † nunciationis, neceſſariã eſſe expreſſionẽ cauſæ. Iſtud poteſt duplicem habere rationem: primò quia poſt nũciationem nunciatus petit eam ſibi remitti, Bar. in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. inf. eo. num. 2. Ex quo videtur implorari, vt iudex declaret ſine cauſa fuiſſe nunciatum, ſiquidem remiſſio fit, vt ait tex. noſter, ob non ius nunciantis, & ſic ex defectu legitimæ cauſæ. Ergo nunciatus petendo remiſſionem, petit cauſam, dum eam negat. Secundo poteſt eſſe ratio, quia per petitionem remiſſionis cauſa in iudicium deducitur, vbi ſine cauſa nuncians non auditur. Quartum colligo, in libello cauſam requiri, nõ quod ſit de forma, ſed ad petitionem partis, de quo non eſt hic tractandum: ſatis ſint quę ſu-
34 pra diximus. Quartum, qui petit † a Prætore ius nũciandi, debet exprimere cauſam, quamuis non ſit neceſſe, eam exprimere, dum poſtea nunciat etiam ſi petatur: ſufficit enim coram Prætore fuiſſe expreſſam, ita ſentit hic Bartol. & expreſsius in dicta lege, de pupillo. §. meminiſſe, vbi vult in ea nunciatione ſatis eſſe

X ſi dica-

ſi dicatur, Prohibeo ne aliquid noui operis fiat in loco iſto, & ſi quis ſenſerit ſe de hoc grauatum, compareat de ſuo grauamine oſtenſurus. Idem ex forma commiſſionis obtentæ à Prætore, quam ponit Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. infra eod. in fi.
35 Sed ego puto eſſe † in arbitrio iudicis petere cauſam, vel non: ſi enim is potuit cuique priuato tribuere, vt abſque cauſæ expreſſione nunciaret, nec petendæ cauſæ neceſſitatem imponit, cur dicemus ſemetipſum hac lege obſtrinxiſſe, vt cauſam petere? vel vt ſponte a nunciatore ſibi dicenda ſit ſi eam non petet; Sic videmus in libello, cui tam ſæpè nunciationem DD. comparant, vbi non iudex cum ſibi offertur cauſam petit, ſed permittit, vt a parte petatur, quamuis in eo iudicem alloquamur. Item mani-
36 feſtius apparet in ſimplici citatione cui comparat nunciationem. Battol. in d. l. de pupillo. §. ſiquis ipſi. numero ſecundo, infra eodem. Et tamen non ſolent iudices cauſam citandi exquirere, ſed expectant, vt a parte excipiatur. Quod autem iudex interdum ſine cauſa nunciari permittat, probari videtur in lege, qui opus, infra eodem, vbi Prætor nunciationem, quam fieri iuſſerat, ipſe reuocat. Veruntamen ſicut in arbitrio ipſius eſt, nunciationem a ſe petitam non concedere, ita etiam ſi voluerit, poterit ex ſemet nunciationis cauſam exquirere, & ea non aſſignata nunciationem denegare, ſed neque hic erit neceſſe ſponte eam proferre, quamuis ſi fuerit allata vim habitura ſit maiorē ad mouendum iudicem nunciationis petitio, vt ille libentius nunciari
37 concedat. Sextum, quod colligo † ex Bart. eſt problema illud vniuerſale, an in cæteris proteſtationibus, quæ & ipſę denunciationes ſunt, neceſſario requiratur cauſæ inſertio? De hoc promittit ſe tractaturum in d. l. de pupillo. §. ſiquis ipſi. infra eodem. vbi aliqua dicit, nume. 20. Cæteri hic prætereunt, quorum exemplum nos ipſi ſequemur, quia longus eſt proteſtationum tractatus, de quo per Bar. & alios in l. non ſolum. §. morte, infra eod. & in d. §. ſiquis ipſi. hic autem habemus materiam ſuamet dote ſatis amplam. Redeo igitur ad duo illa prima, de quibus agere pollicitus ſum, & in quibus conſentit fere tota vis materiæ
38 iſtius. Primum igitur erat, nunciationem † per ſe ſuſtineri ſine cauſæ expreſſione, ſi non eam aduerſarius petierit. Cum hoc
* ſentiunt communiter * alij in tantum vt hanc & ſequentem ſententiam regulas appellent. Quidam vero, quos refert Socin.
39 hic, imò putarunt † nunciationem abſque cauſa etiam non petita ſper-

tų ſperni poſſe, nam ita fit in nuda prohibitione alienationis, & in nudo præcepto Iudicis, vt per DD. in l. filiusfamilias. §. Diui, de leg. j. Addatis idem in ſtipulatione ſine cauſa. l. 2. §. circa, de doli except. & tradit Iaſ. & alij in l. prima, de verborum obligatio, Idem in nudo pacto, ideſt ſine cauſa, quod adeo eſt frigidum, vt actionem non pariat. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla, & §. igitur. de pact. Sic nuda ratio non facit debitorem. l. nuda
40 da ratio, de donatio. Sic nuda confeſsio, † nihil probat contra confitentem, Bald. in l. generaliter, col. penulti. C. de non num. pec. cum ſimilibus; vt ibi per eũ. Quæ tamen non obſtant, quia tunc cauſa eſt de ſubſtantia actus, & ideo cauſa in illis caſibus accipitur pro ipſa forma negotij: ſecus vbi actus fieri poteſt abſ-
41 que cauſa, vel eius expreſsione, vt in ſententia, † in qua cauſa nedum non eſt exprimenda, ſed expreſſa obeſt, no. in l. in ſumma. C. de re iud. & c. ſicut, ext. eo. tit. Et ideo fatuus eſt iudex, qui cauſam in ſententia profert, vt inquit Bal. in l. qui teſtamento, de excuſ. tut. & Fel. in d. c. ſicut. Ita in caſu noſtro, & in ſimilib. in quibus cauſa longè differt a forma, ſed ſolum accipitur pro impulſu illo quo ducimur ad aliquid agendum: qui, etſi non exprimitur, ſubeſſe tamen intelligitur, & actus ipſe non caret ſua formali cau ſa, quæ ſola cum materia ſubſtantiam rei continet. Idcirco citra diſputationem non diſcederem a regula prædicta, præcipuè per tex. noſtrum, qui permittit iniuſtam nunciationem, ergo etiam ſine cauſa: nam quicquid iniuſtum eſt, abſq; cauſa eſt, vt in toto tit. de condic. ſine cau. qui etiam in cauſa iniuſta procedit, & paſſim Interpretes comparant, nõ eſſe & illegitimè vel iniuſtè eſſe. l. quoties. qui ſatiſd. cog. c. ei qui. de præb. in 6. cum ſim. Quinimo a ma iori, quia plus eſt permittere nunciari ex iniuſta cauſa, qnam ſine
42 cauſa, ſicuti apparet in ſententia, † vbi iniuſta cauſa eam omnino vitiat, d. l. qui teſtamento. de excuſa. tut. Ang Alex. & alij, in l. qui Romæ, §. duo fratres, de ver. obl. Et tamen ſine cauſa nedum ſubſtinetur, ſed laudatur etiam, vt ſupra diximus. Quod autem dici tur in d. §. nunciatio. fit. inf. ea. l. & ſiqui alij ſunt ſimiles, nunciationes ob aliquam cauſam fieri, intelligẽdum erit, vt ibi per Bar. ſatis eſſe, ſi in proſecutione nunciationis de ea appareat, & ideo tunc erit alleganda, & probanda, non enim Iudex ſolum cognitu rus eſt, an nunciatum ſit, ſed an iuſtè nunciatum. Ergo nunciatio vt ſit, non requirit alicuius cauſæ expreſsionem. Limitatur ex
43 proximè dictis, † in proſecutione nunciationis, vt hic Bar. quod

admittunt omnes, qui pro comperto habent, cauſam in proſecutione nunciationis etiam vltro adducendam eſſe. Sed mihi videtur ſubſtineri poſſe, quòd cum nunciatus, non nunciator moueat primum de nunciatione iudicium, videlicet petendo remiſſionem, ipſe petere debeat cauſam, vel ſaltem videri ex eo ſolo illam petere, quod petit remiſsionem. Etenim petere remiſſionem, nihil aliud eſſe videtur, quam expreſſe negare nunciationem ſine cauſa factam, vt ſupra dictum fuit. Vel dixerim videri Iudicem petere, ſi quando eius officio de cauſa agetur. Nec
44 obſtat quod interdum etiam in proſecutione † nunciator proponat, vt cum agit interdicto illo demolitorio, nam tunc de cauſa cur nunciatum fuit, nihil in controuerſiam venit, ſed ſolum an nunciatum fuerit & poſtea ædificatum, iure vel iniuria, tunc non quæritur, vt in textu iſto, & ſimilibus. Vtiliter autem quæri
45 poſſe videtur, an limitatio † hæc ſaltem procedat in caſu, quo nunciatus ſatiſdederit, vel ſatis obtulerit? Si enim cupit nunciator aduerſus ædificantem obtinere, vtique ipſe iudicium prouocabit intentando contra nunciatum vel eius fideiuſſorem, quod commiſſa ſit ſtipulatio dum ius non habuerit ædificandi; Et vltro ipſe dicet cauſam: actoris enim eſt probare ius ſuum, quod intendit. lege fina. C. de rei vend. lege, qui accuſare. C. de eden. Veruntamen etiam tunc non dicet cauſam, niſi petatur: nam vt ſupra ex conſenſu Barto. & aliorum dictum eſt de libello, illum ſine cauſa admitti parte non opponente. Quantum ad leg. non ſolum. §. ſi cum poſſem. infra eodem, cum gloſſa vltra ſolutionem, quod loquatur de nunciatione facta ædificanti in publico, de quo infra, poteſt dici etiam tunc nunciatum, ſi cupit ſimpliciter promittere abſque fideiuſſore teneri petere, an ex cauſa publica fuerit ſibi nunciatum, vel curare vt ipſe iudex petat, & ſic nunciator non niſi petitus dicet cauſam. Cogitate. Li
46 mitatur ſecundo per eundem † Barto. conſil. 64. non procedere in nunciatione facta ob publicam cauſam. Hoc non admittit Ruy. & cæteri abſque controuerſia. Stat igitur dubium, an nunciās ob publicam cauſam debeat ſponte eam exprimere? Cum Bar. poſt multa tandem firmat Ruy. & cæteri moderniores, quorū totus conatus eſt in inueſtiganda ratione diuerſitatis inter ædificantem in publico, & ædificantem in priuato, cur ille nihil agat, niſi vltro dicat cauſam: hic uero non niſi petitus? Et Barto. videtur eam ſentire rationem, in quam demum conſentiunt alij;

quia

quia magis liceat in publico ædificare quàm in priuato, non ob-
ſtante rub. ne quid in loco publico,&c. propter quam permulta
diſcurrunt prælertim Ruy. Equidem miſſis omnibus eorum di-
ctis, putarem audacter negandam eſſe limitationem hanc. Ne-
que obſtant, quæ DD. excitant in contrarium; nam ius circa
nunciationem eſt bipartitum, quoddam ſpectat ad nunciantem,
quoddam ad nunciatum; Ad nunciantem vt illæ tres cauſæ in
d. §. nunciatio fit ad nunciatum, vt eſt illarum cauſarum expreſ-
ſio, vt ſcire poſſit an ſibi cedere vel contendere expediat. In cau-
ſis ipſis per ſe fateor eas, quæ magis ſuum commodum reſpi-
ciunt, ad eum magis pertinere, quàm ſi ſolam cauſam publicam
contineant. Veruntamen hoc non facit ad rem, quia non dubi-
tamus de expreſſione cauſæ in fauorem nunciantis, ſed ſolum ut
ſciat nunciatus an ædificare poſsit, nunciatione ſpreta, quo caſu
maioris certe eſt ponderis cauſa publica quam priuata, in tantũ
47 † vt nec ſi vellet nuncians remittere poſſet, per tex. in l. Prætor. §.
adijcitur. inf. eod. quem vereor ne viderit Ruyn. Ergo dum agi
tur de commodo nunciantis, nuda ſufficit repromiſsio, quia alie-
ni iuris petitor ſola repromiſsione contentus eſſe debet. l. non ſo
lum, §. ſi cum poſſem. inf. eod. Sed dum agitur de proſequendo
ædificio, cauendum eſt ne permittatur in publico ædificari, priuſ
quam appareat quo iure quis ædificet, vt in d. §. adijcitur. Itaque
æquior eſt ſententia, iurique ciuitatum magis conſona, ſi dixeri-
mus nunciationem ne in publico ædificetur, abſque aliqua cauſę
expreſsione quod ſit contra leges vel ſtatuta vel cõſuetudinẽ, vel
quod aliter demonſtretur publicum damnum, intelligi ſtatim ſu
ſpendere ædificium, vt in qualibet alia cauſa contingit. Quini-
48 mo putarem † eadem ratione ſubſtineri poſſe ſpernendam non eſ
ſe nunciationem hanc, etiam ſi nuncians rogatus vt cauſam di-
cat, nihil reſpondeat. Satis enim eſt, ſi nulla euidens ſit iniuria,
& proponatur publicè intereſſe. Hoc enim ſolum ſuadere vide-
tur omnino iudicandum eſſe de iure ædificantis antequam per-
mittatur perſecutio ædificij, argum. d. §. adijcitur, ne alioquin
contingeret, vt arbitrio nunciantis, ius publicum remitteretur
cauſam reticendo, ſecundum quod hęc potius futura eſſet exce-
ptio ad regulam ſequẽtẽ, quod interrogatus cauſam, debeat eam
exprimere; de qua mox videbimus. Cogitate & hic, nam hæc
videntur ſatis probabilia, licet noua. Limitatur tertio per Caſtr.
ſecundum quãdã lecturas, quas non habeo, ſed ita eũ cæteri alle-

49 gant, quando ædificans † eſſet pacificus & quietus poſſeſſor, cui nunciari non debet abſque ſpontanea cauſæ expreſſione. Sed in
* contrarium eſt Alex. & alij communiter,* qui malunt etiam pacifico poſſeſſori, non aliter cauſam dicendam eſſe quam ſi eam petierit. Agamus parumper de vtilitate huius non infructuoſi articuli, namq; in expreſſione cauſæ plurimum poteſt eſſe præiudicij, & facile cauillari, vt per eã vel tegatur, vel etiam colligatur notoria calumnia, ſiue argumentum, vnde ad eam inferatur. Primo ꝓ Caſt. allegatur, quod quilibet conſeruandus ſit in ſua quieta & pacifica poſſeſſione. l. pen. de aq. quot. & æſt. at ſi permittatur nuncia
50 tio, turbabitur † poſſeſſio, per ea quæ dicit Bar. in l. ſi priuſquã. inf. eo. & not. in l. non cogendum. §. fi. de procur. quod ſine cauſa admittere iniquum videtur. l. ſiquis in tantã, C. vnde vi. Reſp. turbationem poſſeſſionis, ſiqua ſit in nunciatione, contingere iure permittente, quia & iure & iniuria nunciari poteſt, vt hic. Compẽſandum autem eſt hoc modicum incommodũ turbationis, quod etiã per interdictum facile euitatur, vt in d. l. non cogendũ. § fi. cũ maximo commodo, quod nuncians nunciatum poſſeſſorem efficit. §. in operis noui. ĩ. ea. l. Vnde etiam fit vt nunciatus poſtmodũ in iudicio ſit iuris præſumptione potior, arg. §. cõmodũ. Inſt. de inter. & d. l. qui accuſare. C. de eden. & c. in pari, de reg. iur. in 6. Prçterea hoc argumento probaretur, nullo modo nunciatione prohiberi ædificium, quod ſatis ſupra in tex. fuit diſcuſſum. Secundo ad idẽ
51 afferebat Crotus, quia præſumptio † pro poſſidente, cum iuris ſit, facit manifeſtum. c. j. vbi Abb. de cler. non reſid. Quinimo dicitur liquidiſſima ꝓbatio. l. licet Imperator, vbi Alex. & Iaſ. de leg. j. Fel. in rub. ext. de prob. Alc. de præſump. par. 3. nu. 3. Hyp. in rub. C. de prob. nu. 183. Reſp. hoc ꝓdeſſe poſſeſſori, vt in iudicio ſit reus non actor. d. §. commodũ. Inſt. de inter. & d. §. in operis noui. inf. ea. l. Non autem ei prodeſſe, vt impediat nunciantem, licet etiam
52 iniuſtè. Tertio ponderat hic Soc. quod poſſeſſio † tradit ius ædificandi, in quo iure non debet quis abſque cauſa turbari. Reſp. etiam qui nunciat, vtitur iuris adminiculo damni repellendi cauſã, vel iuris ſui, vel publici conſeruandi gratia, nec præſumendus eſt abſque cauſa nunciaſſe, præſertim quouſque petita nõ fuerit, quia tunc nunciatus tacendo videtur præſumptionem hanc approbare, & ita tolluntur ſimilia complurima, quæ ad idem tẽdũt. In contrarium pro Alex. facit primo, quia poteſt eſſe iniuſtus poſſeſſor, qui ædificat. Et quamuis etiã iuſtè poſſideret, poteſt tamẽ ei nun-

ei nunciari ratione ſeruitutis. Verum neutrum placet, nam iniuſtus poſſeſſor eo ſolo quod poſſidet, eſt iuſtus quoad nunciantẽ non poſſidẽtem.l.2.vti poſſ.l.ſiquis ad ſe fundum.C.vnde vi. Nec alterum valet, quia qui ædificat etiam in ſeruitute eſt quaſi poſſeſſor libertatis.l.& ſi fortè.§.ſciendum, ſi ſeru.vend. Secundo allegatur l.de pupillo.§.meminiſſe, infra eo.ibi, At ſi in ſuo, vbi etiã in ſuo ædificanti poteſt nunciari: cur non idem ſi ædificet in ſolo a ſe poſſeſſo? Reſp.non negatur poſſe tunc nunciari, ſed dubium eſt de cauſæ expreſſione. poteſt autem in poſſeſsione aliqua ſaltem colorata ſubeſſe ratio, quia de ea magis appareat quã de dominio, & ideo magis ſuccurritur aſſerenti ſe poſſeſſorem, quàm aſſerenti ſe dominum; vel etiam, quia rixæ frequentius oriuntur propter poſſeſſionem, dum quilibet litigantium in poſſeſſionem incumbit, vt faciliorem ſibi præparet iudiciorum euentum, vt tradit Theoph.in princip.Inſtit.de interd. Tertiò moderni Floren.adducunt cap.j.extra eod. vbi videtur ſolum conſiderari, ân per ædificium nunciatori damnum inferri poſſit vel non; Et ſic quamuis nunciatus iure poſſideat, poteſt tamen eſſe vt nunciantem damno afficiat. Ergo is eo prætextu nunciare poterit, quinimo etiam ſi iure ædificaret vt hic. Reſp.ex ſententia tenentium contrarium hoc ipſum debere nunciantem exprimere, dum nunciat ad hoc vt ritè nunciaſſe dicatur, videlicet vt dicat, nuncio nouum opus, quia quamuis in tuo ædifices, tamen infert mihi tale impedimentum contra æquitatis totiuſque iuris rationem. Et exprimat impedimentum ſeu damnum, vel ſimilia verba concipiat, quo facto nunciatio ſubſtineatur, ſiue iure, ſiue iniuria fiat. Concludo pro communi: *† nam dubium ſi quod eſt
53 in poſſeſſione remittitur, & nunciatus poſſeſſor conſtituitur. d.§. in operis, & nihilominus ſubſtinetur nunciatio, vnde apparet poſſeſſionem nunciantis nihil facere ad impediendam nunciationem. Secundò moueor, quia fieret inutilis cumulus litium: eſſet enim inquirendum ante omnia pro confirmanda nunciatione, an ædificator poſſideret; quod leges quantum poſſunt cupiunt effugere. Tertiò ædificator per hanc doctrinam nedum nihil commodi haberet, ſed deduceretur in captionem nõ modicam: nam ſi ad conſequendum commodum d. §. in operis, aſſereret nunciationem, hac opinione ſtante, negaret ſe antea pacificè poſſediſſe, quod poſſet ſibi maximi eſſe præiudicij ratione fructuum, vel vſucapionis, vel publicianæ, & aliorum ſimilium

effectuum, qui ſequuntur pacificam bonæfidei poſſeſſionem. l. bonæfidei. de acquiren. rerum dominio. Si vero negaret nunciationem aſſerendo ſe pacificè poſſediſſe, haud certè vti poſſet cõmodo. d. §. in operis. Quapropter conſultius erit ad euitandas iſtas ambages non ſeparare hunc caſum à ſua regula. Accedat etiam ratio Alexan. Quia qui vult dicere cauſam etiam non petitam eſſe exprimendam, id probet: eſt enim regula in contrarium, nunciationem abſque cauſa fieri poſſe, qua nunciator ſatis ſuffultus eſt. l. j. de reg. iur. Secundum dictum Barto. affirma-
54 tiuum, quod † nunciator ſi ab eo nunciatus cauſam petierit debeat eam exprimere, alioquin nunciatio tutò contemnetur. Ita cum Barto. ſentit Alb. Paul. Alexan. Iaſ. Ruy. Hormann. hic & omnes fere, vt inquit *Socin.* numero 150. Ipſe vero contrarium tentat poſt Cuman. & Zaſium. Atque ſenſiit probabilem eſſe opinionem Crot. hic, nume. 45. qui tamen teſtatur de communi cum Barto. Quæſtio eſt non modici momenti tum ex parte nunciantis, quia agitur de nunciatione contemnenda iure, vel non, tum ex parte nunciati, quia ſua interſit iura ſibi competentia ante iudicium non manifeſtare.

Primò igitur pro communi allegatur ſimile illud de libello, in quo cauſa ſi petita fuerit, exprimenda eſt, vt ſupra dictum fuit. Reſpondet Crot. non eſſe bonam ſimilitudinem, quia ibi agitur de maiori præiudicio citati, nam expreſſa cauſa ille facilius intelliget, an cedere vel contendere debeat. lege prima, de eden. Sed cur non idem & hic, ſiquidem cauſa nunciationis expreſſa intelligere nunciatus poterit, nedum an agere vel contendere debeat, ſed etiam an iure hucuſque ædificauerit? Et quamuis in iudicio ſit periculum expenſarum, vt dicit hic Soc. circa litem, nihilominus maius eſt in proſequendo ædificium: poteſt enim nuncians habere eam cauſam, quam non teneatur exprimere, vt infra in limitationibus non nullæ cauſæ aſſerentur, quo caſu nunciatus iure dubitaret ne compellatur poſtea ædificatum deſtruere. Nos autem eodem modo reſpondemus, prout proxime dicemus in teſte.

Secundò allegatur per gloſſã, & Bartol. ſimilitudo de teſte, qui non tenetur reddere rationem niſi interrogetur, vt pariter ſupra probatum fuit. Prædicti Interpretes eodem modo reſpondent, ſed non placet ratio differentiæ ob maius præiudicium quã ipſi prætendũt per ſupradicta. Ego aũt miſſis cæteris ſolutionib.

ad hunc & ſuperiorem caſum dicere hoc & ſuperiori caſu inter-
rogationem cauſæ fieri in iudicio; in nouo verò extra, nam & Cum;
& omnes conſentiunt per nunciatorem in iudicio cauſam eſſe al
legandam, alioquin remittatur nunciatio. Quinimò hinc poteſt
argui contra communem; nam ſicut actor & teſtis non tenentur
ante iudicium cauſam aſſignare, ita dicendũ videtur in caſu iſto
nunciationis. Tertiò facit glo. cum tex. in d. l. non ſolum. §. quod
ſi nunciatero, infra eo. vbi tex. videtur velle, omnino cauſam eſſe
exprimendam. Reſp. ſecundùm Bar. illud intelligi in proſecutio
ne nunciationis, & ſic in iudicio peragendo, ſed non in ipſo nun-
ciationis actu. Et verba illius tex. nõ ſunt nũciantis, ſed Iuriſcõ-
ſulti, vt dicit Crot. nec important neceſſitatem aliquam in forma
nunciationis. Sic etiam poteſt patere reſponſio ad ſimiles tex. a-
lios cõplures, qui ſimili ponderatione pro hac parte deduci poſ-
ſent. Nam ſæpe Iuriſcõſulti cum nunciatione exprimũt cauſam,
denotantes de ea agendum in iudicio non q in nunciatione po-
nenda ſit. In contrarium facit, quia iuramentũ calumniæ in hoc
iudicio Prætore authore datur, d. l. de pupillo. §. q opus. ergo idẽ
dicemus in cauſa, quia illud nihil aliud contineat, quam nuncia
tum fuiſſe ex cauſa. Reſpondetur, iuſiurandum illud exquiri ad
probandam iuſtitiam cauſæ, non quod tunc exprimatur, ſed ſup
ponitur cauſa expreſſa antequam iuraretur. patet, quia in nũcia-
tione cauſam exprimi volunt tantum, vt ſciat nunciatus, an cede
re debeat, vel contendere. d. l. j. de eden. At iuramentum calum-
niæ non præſtatur in gratiam partis, ſed ſolum ne iudex ſuſpice-
tur per iniuriam, ſeu calumniam cauſam agi. Et ideo in nuncia-
tione cauſam petit pars, iuramentum verò iudex, vt in d. §. qui
opus. Secundò adducitur, quòd nunciatio fieri poteſt mulieri
vel puellæ, vel puero, vel ſeruo, d. l. de pupillo. §. nunciari. Itẽ
aduerſus abſentes, inuitos, & ignorantes, vt in l. hac. §. nuncia-
tio ex hoc, & infantes & furioſos. l. in operis. infra eod. & gene-
raliter ſufficit in re præſenti fieri, vt in dic. §. nunciari, dic. l. in
operis, & alibi ſæpius in hoc titulo. Et ex dic. §. nunciari, no-
tat Crot. verbum, ſufficit, quaſi nihil aliud ad perficiendam nun
* ciationem requiratur. vbi firmat glo. Bar. & alij communiter* eã
poſſe fieri in ſolo opere abſque illius præſentia. Verum illa po-
ſtrema verba in d. §. nunciari (vt domino poſſit renunciari) vide-
tur importare, q & ſi fieri poteſt, nõ tñ ligat niſi cũ domino fue-
55 rit renunciatum, & ita ibi glo. Bar. & cæteri magis communiter

eam poſſe fieri in ſolo opere abſque illius præſentia. Verum illa poſtrema verba in d. § nunciare, vt domino poſsit renunciari, vi deretur importare quod & ſi fieri poſsit, non tamen ligat niſi cum domino fuerit renunciatum, & ita ibi glo. Bar. & cæteri ma gis communiter * arg. l. item veniunt. §. poſitum, de petit. hæred. Ergo tunc quoque poterit peti cauſa, & ſi nō fuerit reddita, ſperni nunciatio. Tertiò Soc. ponderat † §. Et poſt operis, infra ea. l. namq; poſt nunciationem aditur iudex, qui cognoſcit de cauſa, ergo non antea. ſed reſpondeo, is aditur, vt cognoſcat de iuſtitia cauſæ iam inter partes allegatæ, non vt coram eo tunc primò al legetur, niſi fortè quando petita non fuiſſet in ipſa nūciatione, vel ſi talis eſſet caſus, vbi in gratiam concederetur non exprimi ab initio, de quibus infra in exceptionibus. Vel dicerē in eo tex. verba illa, Et poſt operis noui nunciationem committunt ſe liti gatores Prætoriæ iuriſdictioni, interpretanda eſſe, vt ex ipſomet facto nunciationi litigatores iuriſdictioni Prætoriæ ſubijciantur, quia nunciatio merè pendet ab eius edicto, & Prætorium eſt ius inuentione atque executione, ſecūdum quod illa verba, † poſt nunciationem, interpretabuntur. i. ex ipſa nunciatione, cum primum facta fuerit quaſi notet terminum à quo. ſic accipi videtur fortaſſe dictio, poſt, in l. 3. de verbo. ſignific. ibi, poſt hanc dinumerationem, id eſt, facta hac dinumeratione. Et in Authen. de nupt. §. ſin autem inteſtatus, poſt nuptialē donationem, Alb. exponit propter in Dictio. in ver. poſt. & non infrequēs eſt ſignificatio. Concludo pro hac parte contra communem; Primò quia ſi lex voluiſſet expreſſionem cauſæ eſſe de forma nunciationis, nunquam permiſiſſet iniuſtam nunciationem fieri, quia ſic iuſsiſſet cauſā allegari, licèt iniuſtā, ſed iubere exprimi cauſam, & licere iniuſtam, turpe eſſet exemplo, nec quidem ex iuris intē tione, ita enim audaces fierent homines ad mentiēdum; Et iniqua omnino eſſet lex, quæ tantum tribueret iniuſtæ, & mendaci cauſæ, vt per eam nunciationem expreſsè confirmaret, itaq; aut nulla eſt cauſa alleganda ex mente legum, aut non niſi iuſta, ſed expreſsè permittitur iniuſta, ergò non eſt pro forma alleganda etiam petita. Secundò moueor, quia diſputare † de cauſa, videtur potius ſpectare ad officium iudicis à quo erit cognoſcenda, ita etiam ab eodem exquirenda. Et ſi nunciationem ſine cauſa factā reperierit, pœnam ipſe ſumet temerè factæ nunciationis. Nec eſt tam facile quis extra iudicium, vel ſecretiora iura ſua patefacere,

vel

vel turpiter mentiri cogendus. Itaque non poteſt petitio hęc cau
ſæ non eſſe cauilloſa. Eo addito, quod ſi liceret cauſam petere,
& ea non reddita nunciationem ſpernere, eſſet iſte alius modus
nunciationis remittendæ, de quo mirum eſt nunquam in iure fa
ctam mentionem reperiri. Demum ſi quo modo cauſa pro for-
ma eſſet exprimenda, intermiſſio operis fieret à tempore, quo
certum eſſet nunciatum cauſam nolle petere, vel quo ſciuit, &
tacuit, vel quo cauſam petijt, & reddita fuerit, nam forma eſt,
quæ dat eſſe rei, vulgata l. Iulianus. §. ſed et ſiquis. ad exhib. l.
adeo. §. inſulam, de acquir. rer. domi. & pro monſtro eſt vt antea-
quam res ſit, pariat effectus. §. minorem natu. Inſtit. de adopt. ſed
intermiſſio operis, & alij effectus nunciationis, tunc temporis
videntur conſequi, cum primum in re præſenti nunciatum fue-
rit, vt in d. §. nunciari, & in d. §. ſiquis fortè, & alibi in hoc titulo.
Scientiam verò domini ex eo ſolo requiri dicemus, vt ad pœnam
teneatur, ſi eam ſpreuerit, ſcilicet, vt ſuis impenſis tollat, l. penul.
59 infra eo. nam alioqui † iniquum eſſet ignorantem ad pœnam o-
bligari, l. fi. de decr. ab ord. fac. l. generali, de act. & oblig. l. quin-
quaginta, de excuſ. tut. Inn. in c. nouit, de ſent. excom. Bar. & Bal.
in l. cuicunque. C. de ſer. fug. qui volunt ignorantem nō delinque
re, etiam ſi erret in iure, niſi ſit ignorantia ſupina, vel craſſa, quia
tunc vt in ſacra pagina habetur, ignorans ignorabitur. Bal. in c.
j. §. vaſallus. ſi de feudo fuer. cōtrouerſia. Rurſus, quod ius nuncia
60 tionis, † per ſe rei non perſonæ nuncianti adhæreat patet, quia
tranſit contra hæredes, vt ſaltem præſtet patientiam demolitio-
nis, niſi & ipſi fuiſſent in dolo. d. l. Prætor. §. planè ſi quæratur, &
& d. l. pen. infra eo. quinimo etiam in ſingularem ſucceſſorem. l.
fi. infra eo. vbi author, quia nunciatio operis (inquit) non perſo-
næ fit, & is demum obligatus eſt, qui eum locum poſſidet, in quē
opus nouum nunciatum eſt. Vbi notandum eſt, quod dicit fieri
nunciationem operis non perſonæ, & ſic cauſę petitio, quæ per-
ſonam potius, quàm rem ſequitur, de eius forma non erit nec e-
ius omiſſio etiam ſi petita fuerit. facit quia rei, & operi ſit facta
nunciatio, vt leges ſolum exquirunt. Item ibi, locum in quem nū
ciatum eſt, vbi dictū fuit, inquit, vt oſtenderet, ſolum cōtra locū,
& rem nunciare, & ideò domini abſentiam non nocere.

Si tamen concedatur communis opinio, ea limitanda eſt ali-
quibus modis. Primò per ea, quæ dicit Bar. infra in ſept. q. in fi. ſi
manifeſtum ſit, nunciante poſſidere. Vnde poteſt inferri ex men-

te. Bar.

te Bar. idem eſſe ſi interrogatus de cauſa, cum non reddiderit, quicquid dicant mod. Florent. contra Ruy. hic. Verum de mente Bar. infra erit cum eo videndum. Tractemus interim de hac limi-
61 tatione, videlicet, an manifeſtus † poſſeſſor nuncians non teneatur allegare cauſam, ſaltem hanc, quia poſſideat, etiam ſi interro-
* getur ab aduerſario? Ruy. teſtatur communem * opinionem eſſe pro hac limitatione, ſed Alex. tenet contra. Mouetur autem hac ſola ratione, quia notorium releuat tantum ab onere probandi, non autem ab onere allegandi, ſeu proponendi, glo. in clem. ap-
* pellanti, in ver. Iudex. de appel. quam communiter * hic dicit approbatam Crot. nu. 57. & ſupra diximus in quæſt. Bar. & alibi. Et quamuis interdum notorium proponendum non ſit, ſed ſuppleatur per diligentiam Iudicis, ſi ad eius officium pertineret, puta
62 † notorium proueniens ex proceſſu. Bal. in l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. de pactis. & in l. planè. de petit. hæred. Alex. & alii in l. j. C. vt quæ deſunt adu. iud. ſuppl. Dec. in l. lecta, ſi cert. pet. Et plenè Fel. qui cumulat multos caſus, quibus notorium non ſit neceſſe allegari, in c. cum ordinem. nu. 14. & ſeq. de reſcrip. tamen illi caſus parum faciunt ad hanc. Ruy. reſpondet aliter diſtinguendo, videlicet, ſi lex iubet rem proponi, ſiue petitam, ſiue non petitam, notorium non ſupplebitur, niſi allegetur. ſi vero lex ſupplet rem petiti, hoc caſu notorium non eſt neceſſe allegari, vt in caſu noſtro, concinna ſanè diuiſio, & in tantum caſui noſtro appoſita, vt quaſi pro eo ſolo conſtituta videatur: ſed ut ego vereor, diuinatiua, nec ipſe quicquam allegat ad eam firmandam: non enim video qui fieri poſſit, vt conſtituatur differentia in notorio allegando, cum petitum eſt, an ſine petitione neceſſaria eſſet productio, vel non. Et ſic quamuis in hanc diſtinctionem Senenſes cum Ruy. ſentiant, ego tamen libentius ſum cum Floren. quod hoc ſit cõ-
63 mentũ. Melius fortè erit pro ſolutione ſi dixerimus, notoriũ † nõ ſuppleri niſi allegetur, ſ. in iudicio: tũc. n. propriè dicetur allegari, & tunc producet effectus ſuos etiam quos antea producere debuerat, quãuis allegatũ non fuiſſet, ſic in caſu noſtro ſatis erit ſi poſtmodũ in iudicio, qñ cauſa nũciationis tractabitur, allegauero nũciationis tẽpore me habuiſſe notoriam poſſeſſionẽ, propter quã cauſam petitus non allegaui. Et ſic ſubſtinebitur hæc limitatio, & notorium nõ releuabit ab onere probandi, niſi allegatum fuerit. Nec mirum: non enim ſatis conuenire videtur, Notorium extra iudicium allegari debere, prout in iudicio, quoniam extra iu-

dicium

dicium ex ſe ipſo ſemper patet, ſemperque allegari videtur, cum
64 notorium † ſit, quod neminem latet, in quo differt à manifeſto,
quia iſtud ſit, quod patet multis, Bartol. in l. hæredes palam.
numero ſecundo, de teſtamen. Bartol. in rubri. C. de probatio.
Innocen. in cap. veſtra, de cohabitatio. cle. & mul. Paul. Grillan-
da in tract. de quęſt. quæſtione tertia numero 11. & 15. Ideò ſunt
65 qui dixerunt, notorium † eſſe; cuius teſtis eſt populus, Ioan.
Franc. de Pauin. in tract. de viſitat. parte 2. q. 5. nu. 3. facit etiam, q
nunciatio ſit ſpecies quædam defenſionis, l. 4. vbi notatur, infra
eo. Et qui defenſionem pretendit, releuatur ab onere proponen-
di notorium, vt ſingulariter dicit Crot. hic nu. 58. & Pariſ. nume
ro 112. per doctrinam Bal. in l. accedens, col. 2. vt li. non conteſt.
Pro altera verò parte allegatur hoc præcipuum, quòd ſicut ma-
nifeſta calumnia nunciationem vitiat ipſo iure in fauorem nun-
ciati, ita manifeſtè cauilloſa, & calumnioſa petitio rationis in fa
uorem nunciantis, cum ſaltem à dicenda ratione releuabit. Sed
hoc facile tollitur tum quia dubium eſt, an calumnioſa nũciatio
66 ſperni poſſit, vt ſupra diximus, tum quia magis † fauendum eſt
nunciato aduerſus calumniá nunciantis, q̃ è contra: nam omnes
iuris regulæ volunt, reos eſſe fauorabiliores, quia imparati ad iu
dicium accedunt, cum ad illud prouocentur, l. qui accuſare. C. de
eden. l. fi. de fer. Et quis dubitat in actu ipſo nunciationis, nuncia
tũ eſſe loco rei? nã is prouocatur, & cõſtituitur poſſeſſor, hac l. no
ſtra, §. in operis. itaq; cum magis liceat reo negare, q̃ actori pro-
ponere, qđ ſit manifeſtè falſum, ſic non licebit in caſu noſtro ar-
guere de eo, qđ ſit in nunciante ad nunciatum, præſertim vbi cõ
munis aliqua regula dicter in contrariũ, vt hic. Concluderem cõ
* tra communem,* præcipuè qm̃ nuncians poſſeſſionem amittit,
d. §. in operis, & d. l. de pupillo. §. meminiſſe. Vnde iuſta eſt cauſa
dubitandi, ne non manifeſtũ ſit ius ipſius. Et ſi n. ſcio tuam eſſe
poſſeſſionem, tamen cum videam te ei renunciare, & quaſi mihi
cedere, iuſtè dubito tũ de tuę poſſeſſionis iure, qđ tu ipſe negli-
gis, tum ne ob aliam cauſam nuncies, quàm ob poſſeſsionẽ. Præ-
terea non video, quo iure poſſim calumnia notari, dum petendo
cauſam nunciationis, vel ſolum negẽ te ius non habere, vel me
ius tuũ ignorare dicã, ſed neutro caſu ſum repręhẽdẽdus, qa cũ
peto à te ꝓbationẽ iuris tui, vtor iure meo, & qa facillimè poſſit
cõtingere, vt notoriá tuá poſſeſſionem ignorẽ, neq; n. cuiuſquam
poſſeſſio adeò notoria eſſe põt, vt nemo ſit qui eá nõ ĩtelligat. Et

quamuis ſcire debeam quicquid meum non eſt, ad alium ſpecta re, l.ſiquis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi,nihilominus nõ teneor ſcire tuum eſſe fundum,tuamve poſſeſſionem.excuſabor igitur,ſi id à te petiero,dum tu per nunciationẽ me impedias. Limitatur
67 ſecundò eadem regula,quando nunciaretur † authoritate Prætoris. Cum quo dicto libenter tranſeo,quicquid dicat hic Soc.qui mouetur per nouas ſuas opiniones, quas firmauerat in præludijs,& nos omiſimus tãquam ſenſu cõmuni penitus extraneas. Mouemur etiam, quia cum natura nũciationis ſit,vt in rem præſentem fiat,non eſt curandũ de perſonis, quæ in ea interueniunt vel authoritatem præſtant,ſed hoc probat cauſam nunquam exquiri. Stante tamen,vt communiter creditur, ꝙ cauſa regulariter alleganda ſit,ſi petita fuerit,poteſt eſſe ratio, vt iure denegetur, cum Prætoris authoritas adhibita ſit, quia ad eius officium ſpectat eam petere, & de ea cognóſcere,vt & iuramentum calumniæ exigere.d.l.de pupillo.§.qui operis.quod maius ẽ quàm ſimplex expreſſio cauſæ,facit in ſimili optimè tex.in l.qui bona.§.qui dãni,infra tit j.ibi, Quiſquis ergo iurauerit de calumnia admittetur ad ſtipulationem,& non inquiretur vtrũ interſit eius, an nõ: An vicinas ædes habeat,an non.& ſic ſolus interuentus Prætoris erit loco legitimæ cauſę,dum extraiudicialiter res agetur,vt etiã ſupra firmauimus. Quærit tertiò Bar. ſi nunciatus dixerit,Neſcio quare me impedias, libenter ſcirem, an intelligatur petijſſe cauſam,vt ſequantur effectus, qui ſupra? Soluit pro affirmatiua. Ex eius dictis colligo quatuor. Primò reſolutionẽ affirmatiuam præſentis quæſtionis.Secundò hęc verba non eſſe enũciatiua, ſed diſpoſitiua potius. Tertiò enunciatiua verba tam in actibus inter viuos,quàm in vltimis voluntatibus, diſponere quando ſunt apta ad diſponendum. Quartò eadem prolata in futurum nõ diſponere etiam in vltima voluntate. Nos ſecuti aliorum exemplum,principaliter agemus de primo articulo,de alijs verò ſolũ incidenter, quatenus dabitur ex præſenti diſceptatione aliqua occaſio. Interim verò ea ex mente Bar. collegiſſe non erit inutile.
68 Stat igitur concluſio, Proferentem † ſupradicta verba intelli-
* gi petere cauſam nunciationis.Cum hoc alii communiter * tenẽt vt de communi teſtatur Iaſ.hic,circa nu.11.Crot.nu.46. Floren. nu.43.Senen.nu.159.nihilominus & Iaſ. & Crot.ſentiunt diſputando contrarium ſubſtineri poſſe, videamus quid verius. Pro communi allegantur primò omnia iura,in quibus verba enũciatiua

tiua videntur diſponere,& præſertim tex.in l.etiam hoc modo,
& in l.& eo modo.de leg.j.Vbi cum dictum ſit, credo te daturũ,
inducitur fideicommiſſum, ſimiliter in l.ſiquis mihi bona. §.pa-
ter.de acquir. hæred.verba illa, ſcio fili, quòd tua prudentia in-
uigilabis hęreditati delatæ tibi Lucij Titij, important iuſſum pa
69 ternum adeundi. Vnde infertur, ꝙ ſi in inſtrumẽto † procuratio-
nis dictum ſit, Nicolaus hæres Franciſci cõſtituit Sempronium
procuratorem,&c.ex hoc ſolo probatur aditio hæreditatis.Bar.
in l.gerit,de acquir.hæred.Matheſ.ſing.34. Reſpondet antiqui,
70 enunciatiua † verba diſponere ſolum in vltimis voluntatibus fa-
uore illarum,in cæteris regulam eſſe in contrarium, l.ex hac ſcri
ptura.de donat.Bar.autem iſtud reprobat per d.l.ſiquis mihi bo-
na.§.pater.vbi non ſumus in vltimis voluntatibus, ſed in actu adi
tionis hæreditatis, & præſtandi conſenſum, quæ fiunt inter ui-
uos. An verum ſit enunciatiua verba etiam inter viuos diſpone-
re,requireret altiorem indaginem, propterea non inſiſto.Verum
quoniam regula eſt,ea nõ diſponere,d.l.ex hac ſcriptura. & mul
toties videmus poni ad differentiam diſpoſitiuorum verborum,
idcirco Bar ſoluit aſſerendo verba propoſitę quæſtionis diſpone
re,magis quàm ſimpliciter enunciare, de quo modo videndum
erit.Poſſumus interim aliter reſpondere, in d. l. etiam hoc mo-
do,& in d.l.& eo modo, ideò enunciatiua verba diſponere, quia
illa certè oſtendunt voluntatem proferentis,licet non ex profeſ-
71 ſo ad hoc prolata ſint, nam regulariter † probant, licèt regulari-
ter non diſponãt,Crau.de antiq.temp.parte prima,nu.28. & tra
ctatur in d.l.ex hac ſcriptura. cum autem ibi ſatis oſtendant vo-
luntatem teſtantis,& fideicommiſſa ex ſola ac nuda voluntate et
abſque verbis inducerentur,l.nutu,de leg.3.l.2.C. com. de leg. §.
2. Inſtit.de leg.non mirum,ſi tunc & probant, & diſponunt. Idẽ
72 in d.§.pater,nam iuſſus † non requirit verba, ſed ſolum conſen-
ſum quoquo modo expreſſum. Idem in adeunda hæreditate nu
da voluntas adeuntis ſufficit ad perficiendam aditionem,nec cu
ratur de modo exprimendæ voluntatis,quia hæreditas facto tan
tum etiam abſque verbis aditur.§.fi. Inſt.de hæred.qual.& differ.
Ideò qui patitur ſe hęredem dici in inſtrumento ſuo nomine ce-
lebrato intelligitur adiuiſſe,& ita ſoluebat Iaſ.in l.ex his.in limit.
8.de mil.teſt.At in caſu noſtro nõ ſatis benè coſtat, an petitiò ra-
tionis à ſola voluntate nunciati pendeat, atque ideò ſine verbis
ad hoc nominatim prolatis fieri poſſit.Præterea in d.§.pater,ver-

* ba diſponunt contra proferentem? At cõmuniter recipitur uerba enunciatiua poſſe interpretari contra proferentem, hic verò diſponerent contra alium in fauorem ſolius proferentis, quod dicendum non videtur. Secũdò idem Bar. mouetur, quia iſta nõ ſunt verba enunciatiua, ſed diſpoſitiua, vt idẽ dicit de his, egerẽ pecunia quã tibi mutuaui, in d.l. ſiquis mihi bona. §. pater, & ita ſentit hic, de ijs quæ habentur in d.l. etiã hoc, & in d.l. & eo modo. Vtique ſi accipimus enunciatiua verba pro dictis incidẽter, & quaſi ſine deliberatione Bar. benè loquitur, nam hæc inciden ter dicta non ſunt, ſed ſtant per ſe, veruntamen non ita accipi videtur à Doctoribus, quantum ex eis coniÿcere valeo, qui paſſim ponunt in concurſu enunciatiua, & diſpoſitiua verba, quaſi
73 ita ſentiant enunciatiua eſſe, quæ diſpoſitiua non ſint. ſic † enim ea definiuit Bal. in l. j. C. de falſa cau. adiecta lega. Procemium quoddã, & præambulum, quod non ſit ipſa diſpoſitio, & Affl. decis. 83. nu j. Verba enunciatiua eſſe, inquit, quę continent præambulum, vel proœmium in quibus non conſiſtit voluntas, ſeu per ſe non ſtant, & non eſt verbum principale orationis. Quo ſtã te, dicemus verba huius quæſtionis eſſe potius enũciatiua, quàm diſpoſitiua, cum contineant ſolam interrogationem: namq; ma-
74 nifeſtum eſt, eum qui ſolum interrogat, † nihil diſponere, quinimo interrogationes per ſe imperfectæ ſunt: ſupponunt enim reſponſiones ſubſecuturas, & ab his pendere animi interrogantis deliberationem, iux. tradita per DD. in l. j. §. ſiquis ita. de verb.
75 oblig. Quomodo autem enunciatiua † verba differant à diſpoſitiuis, & ab aſſertiuis, ponit Crau. de antiquit. temp. parte. j. n. 28.
76 & 31. Tertiò mouetur Iaſ. arguendo de delictis † ad contractus, quam ſpeciem argumentationis valere ait per notata in l. omnẽ, de iud. c. fi. de fo. compet Bar. in l. ciuitas, ſi cert. pet. Sed hoc facilè poſſet euitari, cum non ſimus in contractibus nec inducenda aliqua obligatione, vt valere illud argumẽtum ſolum probat tex. in d.l. omnem. fortius autem ſtringit, quod ait in criminalibus
77 † debere probationes eſſe luce meridiana clariores. l. j. C. de probat. l. in teſtamento. j. C. de cond. & demõſtr. Bal. in c. j. qualit. domin. propr. feu. priuet. in c. Quintauallis, de iureiur. in l. cum proponas. C. de hæred. inſt. facit l. ſciant cuncti. C. de probat. Et om-
* nes * hoc ſciunt, & dicunt, vt ait Boſſ. in pract. crim. tit. de cõfeſs.
78 Iul. Clar. in ead. pract. q. 66. nu. 4. Et tamen ſiquis dixerit † alicui per ſententiam infamato, tęde ſententiam infamię contra te la-

tam

tam eſſe, tenetur de iniuria. Ang. in l. veſtem de iniur. Idem ſi veſtem ſordidam, vel lugubrem indueret, vel capillos ſubmitteret, alicuius rei criminis iniuriæ nomine, vt communiter * exponitur d.l. veſtem. & l. item apud. §. generaliter. eod. titu. Non tamẽ prætereũdũ cẽſeo, q̃d etſi fortè reus hoc modo iniuria afficitur, & de illa agere poſſit, ſi conuicij cauſa ea facta ſint, tamen ſui natura ſordida veſtis, & capilli demiſſi, potius mœrorem in gratiam rei oſtendunt, quàm in iniuriam, vt patet ex Cicer. in orat. pro ſuo reditu. Et Plutarchus in eius vita ſcripſit, in diſceſſu illius vltra viginti milia ſordidatorum mutaſſe veſtem. Et ideò actus iſte per ſe in vim iniuriæ non interpretaretur, argu. l. ſi non conuicij. C. de iniur. Quamobrem dictas leges aliter intelligen-
79 das crediderim. Et in l. veſtem, † certè ſolum prohibetur luctus non neceſſariorum, non tam ob iniuriã ſi eo animo fieret, quàm vt prohiberetur nimium gratiæ captari, prout in diſceſſu Ciceronis à Conſulibus, & Tribunis interdictus fuit luctus Senatori-
80 bus cæteriſque perſonis. Quantum ad §. generaliter puto intelligendum eſſe de ijs, qui fauent accuſatoribus: nam & iſti, vt concitarent inuidiam in accuſatum ſordibus vtebantur in gratiam accuſatorum. Iſti certè non minus iniuria accuſatum afficiunt, quàm accuſator ipſe; Et ità clara erit litera, nec erit vox illa Inuidia, pro iniuria interpretanda, quæ tamen obiter dicta ſint. Ad rem redeuntes, dicimus argumentum Iaſ. ex doctrina Angeli rectè probare à maiori, quia non obſtante commiſeratione, iniuria illata dicitur, etſi hęc illi videtur contraria. In caſu verò quęſtionis noſtræ nullum eſt verbum contrarium petitioni cauſæ, quæ intenditur ex parte nunciati. facit etiam, quia in criminalibus iudiciis ſtrictius proceditur, quàm in alijs. Ad hęc Iaſ non reſpondet, tamen dici poteſt, ſolam commemorationem infamiæ iniuria afficere. nec quicquam facit commiſeratio adiecta,
81 ſicut nec proteſtatio, † ſi ſequatur actus contrarius, Barto. in l. ſiquis extraneus, de acquiren. hæred. in l. non ſolum. §. morte. infra eod. vbi alij ſcribentes, Guid. Pap. in deciſ. 465. de eo qui dixit, Mentiris ſaluo honore tuo, vbi inquit fuiſſe obtentum, vt iniuria intelligatur illata, de quo Clar. in lib. 5. §. iniuria, nu. 15 ſatis enim eſt, ſi verba per ſe iniurioſa ſint, vt eſt proculdubio cõmemoratio infamiæ. Vnde ſi dictum fuiſset, tædet ſententiam cõtra te latã fuiſse, & omiſsa eſset mentio infamię putarẽ doctrinã Ang. nõ ꝑcedere. Pręterea in illis verbis eſt expreſsa q̃dã iro-

nia, quæ maiori afficit iniuria. hic verò verba per ſe modeſtiam oſtendunt,& an apta ſint ad petendam rationem dubitatur. Simi
83 liter † non facit pro hac parte, quod ait Bar.in d.§.pâter, fuiſſe capite condemnatum militem quendam mandati homicidij nomine,qui famulo ſuo dixerat,Fac vt domũ non redeas, niſi aliquid nouum ſenſero de tali,quod cõmuniter * approbatur de eo tamen longè diſputat ſeptemq́; exornat vtiliſſimis limitationib. Iaſ. in l.j.C.de ſeruis fugitiu.per quas conſtat, quantum differat ille caſus ab hoc noſtro,ſic & in ſimilibus.Pro cõtraria allegatur
84 doctrina † Cyni & Petri in l.in minorum, C.in quib.cauſ.in int. reſt.non eſt neceſſ. Quod ſi dixerit debitor creditori, indigeo pecunia quam tibi mutuaui,nõ intelligitur pecuniam repetere ad effectum cõmittendæ morę per interpellationem extraiudicialẽ ſecũdum tractata in l.vinũ. ſi cert. pet.ita videtur tenere Iaſ. hic, & in d.l.vinum.& in l.ſi ex legati,de verb.obl. Bar. autem hic, & in d.§.pâter,& in d.l.etiam hoc,de leg.j.tenuit è contra, per illa verba intelligi debitorẽ interpellatum, & in mora conſtitutũ, cũ quo eſt cõmunis * opinio, vt teſtatur Ant.Rube.in d.l.vinum.nume.159.& in d.l.non ſolum.§.morte.infra eo.Ex quo potius cõfirmari videtur in hoc articulo opinio ſuperior: non eſt cur nos in præſentia de eo agamus,quod dubium eſt,&à re noſtra ſeparatum. Sed ſtante opinione Cyni,& Pet.reſponderem verba hæc (libenter ſcirem quare me impedias)maiorem habere vim ad petendam cauſam,quàm illa,Indigeo pecunia, ad petendum creditum,& ſic ad interpellandum debitorem. Qui.n.ita dixit re uera verbis nihil petit,ſed ſolum in vim cuiuſdam conſequentiæ,quæ expreſſio fortè non ſufficit ad interpellandum. Hic autem verba per ſe petitoria ſunt, licet officioſius dicta. Præterea ĩterpellatio
85 † extraiudicialis minorem habet vim ad moram, quia in multis caſibus eam non contrahit,vt tractatur in d.l.vinum,& in l.quod te,ſi cert.pet.& Soc.in reg.191. per totum,quàm in caſu noſtro, in quo ſufficit quælibet petitio cauſæ. Secundò allegatur regula, Quòd enunciatiua verba non diſponunt in contractibus,& in actibus inter viuos, vt ſupra dictum eſt. Reſpondet Bar. hæc non eſſe verba verè enunciatiua,ſed diſpoſitiua, de quo iam egimus. Aliter reſpondetur ſecundum notata in l.ex hac ſcriptura,de do
86 nat.quòd verba enunciatiua, † quando ſtant per ſe, etiam in actibus inter uiuos, poſſunt, ſecũdum ſubiectam materiam diſponere,d.§.pater. Sed hęc cũ dubia,& ſuſpecta ſint, miſſa facimus,

& ſolum

& ſolum dicimus, quòd cum verba enunciatiuè prolata contineant manifeſtationem voluntatis proferentis, omnes eos habẽt effectus, qui ex ſola voluntate procedunt: non quidem ex vi modi loquendi, ſed ex voluntate, quæ ab illis verbis colligitur, vt
87 eſt illud † ex Bar. in l. gerit, de acquiren. hæred. ſiquis dixiſſet, benè mecum actum eſt, vt ſim hæres Titij defuncti. Nam ex hoc ſolo intelligitur adiuiſſe, nempe, quia aditio ſolo animo fit, & ſic in ſimilibus caſibus, vt dixi ſupra. Caſus autem noſter videtur talis, vt à ſola voluntate pendeat.

Tertiò l. Titia cum teſtamento, de leg. 2. reſpondent poſt Bar. ꝙ ibi ſint verba de caſu, & tempore futuro, vnde fit ſecundũ eos
88 regula, quòd enunciatiua † verba prolata in futurum non probent, de quo latè DD. in d. l. ex hac ſcriptura, & in locis ſupra citatis. Sed idem Bar. hic vult etiam in caſu noſtro verba eſſe in futurum prolata, quod ego non libenter admitto: nam qui dicit, neſcio cur nuncies libenter ſcirem, loquitur per præſens tempus, non ſecus ac ſi dixiſſet, peto cauſam cur nuncies, ſed quia dubium eſt, an enunciatiua oratio in futurum concepta non probet, ideò Iaſ. aliter reſpondet. Veruntamen conturbatus eſt omnis ſenſus in verbis illius, vt putem vel eſſe mendoſam eius literam, vel non admodum accuratè locutum fuiſſe. Omitto quæ ſubtiliter excogitauit hic Soc. pro eo defendendo, nam & ipſe parum ſuæmet defenſioni confidit. Sed modicum erit dicere, Iaſonem hic nimia fortè velocitate ſcribendi dictandiv ein aliquo defeciſſe. Solutio tamen illius bona eſt, quæ fuit ex Barto. in d.
89 l. ex hac ſcriptura, quòd verba enunciatiua, † quæ proponuntur in d. l. Titia cum teſtamento, non ſtant per ſe, ſed annectũtur alijs verbis: hic verò & in caſu Cyni ſtant per ſe. Nec eſt dubitandum, quin ſit differentia conſtituenda, an per ſe fuerit aliquid enunciatum, quamuis non in viam diſpoſitionis, & an annexum cum alio iuxta tradita in dic. l. ex hac ſcriptura, & alibi paſſim. Huc etiam ſpectat, quod dicit Socin. poſt Crot. hic, quamuis ille hunc non alleget, ſcilicet ibi illa verba, Cum in miniſterio tuo, &c. ſtare conditionaliter. ſolet enim etiam di-
90 ctio, † iſta, Cum, nonnunquam in iure facere conditionem. l. ſi Titius. quando dies leg. ced. Barto. in l centeſimis, de verbo. obliga. in l. j. de condition. & demonſtra. in l. ſiquis à filio, de leg. j. Baldus in rubric. C. de inſtit. & ſubſt. in l. ex his verbis. C. quando dies leg. ced. in l. qui promiſit, de condictio. indebiti. in l. ſi-

deicommiſſa. § hoc autem, de leg. 3. Sed hoc parum diſtat à ſuperioribus; quia omnis conditio pendet ab alio, & eſt de futuro. l. cum ad præſens. l. itaque, ſi cert. pet. Pro ſolutione, cum va
91 leat † argumentum de nunciatione ad petendam rationem, vt
92 per Bar. infra in quæſt. ſeq. in fi. ſicut nunciatio † de qua nunc agimus, non poteſt fieri ſine verbis, iux. tradita in d. l. de pupillo. §. meminiſſe, ita videretur dicendum in petitione rationis. Erit igitur firmandum, verba eſſe neceſſaria, & ideò enunciatiua locutio non ſufficiet eo modo, quo ſufficit ad fideicommiſſum, & ad aditionem hæreditatis, quæ nutu, & ſolo facto fieri poſſe conſtitutum eſt, l. nutu. de leg. 3. l. pro hęrede, de acquiren. hæred. Sed quicquid ſit de verbis enunciatiuis, videndum eſt, an ea quæ proponuntur, in ſe contineant expreſſam dictam petitionem cauſæ. Et ſanè puto veriorem opinionem Barto. quia (vt ipſe dicit, ſolum videntur curialiter dicta, id eſt officioſè ac per deminutionem quandam. Cęterùm eandem vim petendi cauſam omninò continent, quam ſi imperatiuè concepta eſſent, qđ ſecundum Barto. neceſſe non eſt, & puto verum, quia ciuilia & imperatiua verba, quæ olim formularum erant, hodie ſint penitus emendata, l. j. C. de form. ſubl. ſatis igitur eſt, ſi in verbis ſit vis ipſa petitionis.

93 Secundò verba enunciatiua per ſe prolata diſponunt in quãtum ſit in authoritate loquentis, glo. in capitu. ſi Papa, in verbo, aſſerat. de priuileg. in 6. per clemen. literis, de probation. vbi etiam glo. ſed in caſu noſtro petitio rationis pendet ab arbitrio nunciati, qui cum illa verba protulerit per ſe quidem non ob aliud, nec incidenter, vel diſponent plenè inducendo effectualem petitionem, vel eam fuiſſe de mente proferentis probabunt. Addo quòd nemo præſumendus eſt fruſtratoriè loqui, ſed illud voluiſſe, quod lex ſibi permittit velle, argu. l. quoties. de reb. dub. cap. Abbate. de verb. ſigni. l. quęro. §. inter locatorē. locati. l. quidam cum filium. de verbo. oblig. cum ſim.

94 Tertiò moueor, quia magis † eſt fauendum nunciato, quàm nuncianti, l. fauorabiliores, de reg. iur. l. fi. C. de rei vend eſt enim loco rei, tum quia à nunciante prouocatur, tum quia poſſidet, d. §. in operis. infra ea. l. Atque eò magis illi fauendũ videtur, quia molliter locutus fuit, non imperatiuè: nam illud feciſſe credēdum eſt ad euitandã materiam rixarũ, quod quidem ſolũ intendit p̃tor in toto hoc ſuo edicto, vt infra hac l. §. indè q̃ritur. Certè

æquior

ęquior eſt hæc opinio, & nos quantum fieri poteſt enitimur iuris rationem ab æquitate non ſeparare. In hoc enim ſummopere commendatur Gallus Aquilius à Cicerone pro Aulo Cecinna, quod iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxerit. Quartò quærit Barto. † cum poſſit nunciari operarijs in re ipſa, an illi poſſint cauſam nunciationis petere? Tenet, eos poſſe

95 per plures rationes. Ruy. & Soc. dicūt, cū eo tenere omnes, * ſed Iaſ. Ruy. & Crot. quia dubitarunt de rationibus Bar. conſequenter dubitaſſe videntur de deciſione ipſa, contra quam tamen nihil adducunt. Qua propter ſolum videbimus, quæ ſint rationes Bar. & quanti valeant. Primò is allegat l. prohibere. quod vi aut clam. vbi habetur mercennariũ prohibere poſſe. Acriter in Bar. inuehit hic Iaſ. neſcio, an impudẽter magis, q̃ imprudenter id fecerit, ob iſtius tex. allegationem. nam inquit, certè ineptè Bar. cõparat illam prohibitionem cum hac, ſiquidem ibi certum eſt ſeruum poſſe prohibere, hic verò certũ eſt non poſſe, l. de pupillo, infra eo. ergò ſecundũ eum idem in mercennario. Sed vereor ne de qua ineptitudine Bar. notat, ipſe cõgruentius repræhendi mereatur, nam miſſo eo, q pro ſolutione ſolum adducit inſtantiam in ſeruo, putat Bar. comparationẽ ſumpſiſſe inter has materias, hic a prohibente ędificare, & ibi prohibente ingreſſum poſſeſſionis prioris poſſeſſoris, cum tamen potius ex oppoſito ſumpſerit.

96 Nuncians † enim turbat ædificantem, ſicut ille poſſeſſionem, nõ vi, vel clam, ſed Prætore permittente. ſic nunciatus ſe ipſum defendit aduerſus turbantem, ergo non ineptè procedit comparatio Bar. nam ſicut ad prohibendam vim admittitur quilibet amicus, & mercenarius, ita videbatur dicendum ad impediendam nunciationem. Nec obſtat, quòd ſeruus † non poſſit nũciare, quia hæc eſt turbatio legibus permiſſa, cuius non eſt capax ſeruus. l. quod attinet, de regu. iuris. Et in hoc non procedit ſimilitudo, neque Bar. ea vtitur, ſed poteſt ſeruus defendere dominum aduerſus nunciantem, quia ſicut ibi admittitur ad prohibendum ingreſſum poſſeſſionis quilibet abſque delectu, ita fortè dicendum erit in nunciatione. Hęc verè fuit intentio Barto. eſt admodum probabilis argumentatio, quicquid etiam dicat Ruy. qui & alio modo ſoluebat. Sed ſiquis vellet tenere contra Barto. quia nec ipſe habuit pro certo, reſpondere poterit, quòd cum hic turbator legaliter procedat, ſcilicet nunciando ex permiſſione Prætoris, ita quoq; videbatur dicendum non

97

poſſe impediri niſi legaliter, quod an fieri poſſit per ſuam, vel o-
perarios, non ſatis conſtat per hanc rationem Bar. nam in d.l. pro
hibere, ingrediẽs de facto à quolibet de facto poterat impediri,
dum tamen nomine domini impediat. Secundò mouetur per l.
j. C. ſi per vim, vel alio modo abſen. poſſ. turb. fuer. Iaſ. eodẽ mo-
dò, & hic errauit. Ego ſanè nõ aliter reſpõderem, quàm quòd ibi tra
ctatur de turbatore alienæ poſſeſſionis, per vim, vel clam, vel ali-
ter de facto, & ideò de facto etiam poteſt ei obſiſti; ſed hic nun-
cians iure vtitur, non mirum ergò ſi ſerui, vel alij, qui mandatum
non habent, non poterunt impedire, quòd viderentur facere peten
do cauſam. Atq; ex eadẽ ratione fit vt illi ibi etiã in iudicio pro-
ſequantur defenſionẽ, ſecus in caſu noſtro, quod animaduertit
hic Ruy. quoq;, ſed non attulit rõnem. Tertiò argumentatur ex
l. de pupillo, §. nunciare, & l. cuilibet, infra eo. vbi nunciari poteſt
etiam ipſis operarijs; ergò potuerant & ipſi ſuſcipere defenſio-
nẽ, quia quicquid poteſt dominus, poteſt & defenſor. glo. in l. cũ
procurator, infra eod. Reſpondet Iaſ. legem illam nihil facere,
nec aliud dixit, quòd nihil eſt, cum nihil probet. Ruy. vult, illud ibi
fieri ob mandatum, nam de procuratore loquitur, qui ob genera
les clauſulas poteſt etiam remittere, cũ hoc ſit annexũ nunciatio
ni. Sed iſtud non tollit argumentum Bar. nam ſi ad nunciandũ
98 datus † procurator poteſt omnia annexa nunciationi, ergò ope-
rarius admiſſus ad defendendũ poterit omnia annexa defenſio-
ni, & quidẽ multo magis, quia plus defenſioni, quàm oppugna-
tioni leges fauent, l. j. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fauorabilio-
res, de reg. iur. Augetur, vt per Soc. quia cũ lex permittit alicui nũ
ciari, videtur eidem permittere, vt conſideret, an recipienda & ti
menda ſit nunciatio, vel impugnanda, & ſpernenda. Ego verò pu
99 tauerim nequaquam † valere argumentum de nunciante ad nun
ciatum, vel è contra, quantum ad conditionem perſonarum, quę
hinc indè admittuntur, quia de natura nunciationis eſt, vt in rẽ
præſentem fiat, & rei non perſonæ, d. l. de pupillo. §. nũciari, l. cui-
libet. l. fi. infra eo. quod verò ſæpè in his, & alijs legibus de perſo
nis, quibus nunciatur exprimitur, exempli gratia fit, vt in d. l. cui-
100 libet. Hinc eſt, vt ſæpè multis † nunciari dicatur, qui tamen ius
nullum in nunciatione impedienda habeant, vt in infante, & fu
rioſo, quibus nunciari poſſe ait tex. in l. operis noui, infra eod.
& tamen quis dicet eos facultatem habere conſiderandi, an nun
ciatio cum cauſa ſit, vel calumnioſa, vel ei ſtandum ſiue non;

vel cauſam ab illis eſſe petendam. Eorum enim nullum eſt iudicium. §. præterea. Inſtit. qui teſt. face. poſſ. §. furioſus, cum ſeq. Inſtit. de inut. ſtip. l. in negocijs, de reg. iur. Quinimò nunciatio procedit etiam contra abſentes, inuitos, & ignorantes. §. nunciatio ex hoc edicto, infra. ea. l. & ſupra diximus. Ergo qđ fabris nunciatur, haud probat eos poſſe cauſam petere, nec conſtitui defenſores, ex eo ſolo, quod dictum ſit illis nunciari poſſe, quia in nū-

101 ciatione nullum miniſterium habent, ſed procurator † nunciantis plurimum in nunciatione efficit, ideò tenetur cauere de rato, & oſtendere mandatum, vt in d. l. cum procurator, & in d. l. de pupillo, §. vlt. infra eod. ergò non mirum, ſi plus poterit. Præterea, vt rite nuncietur, requiritur perſonæ nunciantis interuentus, quæ legitima ſit, & hinc fieri dicam, vt qui approbatur ad nūciandum, poſſit & cætera, quæ nunciationem ſequuntur exequi. Sed in nunciato ſecus erit, cuius nec ab initio legitima perſona exquiritur. Quartò vltra Bart. ponderant hic Ruy. & Soc. quòd iſtorum quoque intereſſe poſſit ab opere non deſiſtere, ſed non placet, quia quanti eorum intererit locati iudicio à conductore petent, & is tantundem obtinebit aduerſus nunciatorem, ſi indebitè nunciauerit. Viſus eſt mihi Bar. pluris æſtimaſse hanc quęſtionem, quàm fecerint alij poſt eum; nam ille longius tractauit quàm ſui moris ſit, iſti verò quàm breuiſſimè expediuerunt.

102 Pro ſolutione † equidem arbitror contrariam partem iure eſſe probabiliorem ac æquiorem: nimis enim iniquum eſt, ut qui nullum ius habet in re ſed mercenariam tãtum operam pręſtat, & vilis eſt conditionis, vt ſemper contingere ſolet, audeat obſtare nuncianti, & eius iura exquirere, qui vltro ſeſe Prætoriæ iuriſdictioni ſubiecit, & poſſeſſorem aduerſarium effecit, ut infra hac. l. §. primò & ſeq. Secundò ut anteà dicebam, quia nuncians ſequitur iuris ordinem, non autem de facto turbat, & ideò per legitimos tramites pariter remouendus videtur, non per ſuos & ſimiles, qui non ſolent admitti, niſi ratò & ad manifeſtam iniuriam repellendam, vt in d. l. j. C. ſi per vim, & al. modo. Hic verò in facto ipſo nunciationis nulla eſt iniuria, quia Prætore permittente nunciatur; & quamuis cauſam deneget, iuſtè tamen poteſt domino malle, quàm operatijs eam dicere, quo caſu facile per ędificantem fraus fieret, ut ſemper nunciationem fruſtraretur, ſi dum fieret nunquam eſset præſens. Pręterea in petitione ratio ... eſt propria defenſio, ſed potius impugnatio iniqua, cū ... nu...

ſic petantur arma de domo aduerſarij ; contra l. qdi accuſare. C.
de eden. nec eſt tanta cauſa fauoris quanta ni multi putant.
Tertiò nunciatio fit ſolummodo rei nõ perſonæ, vt in d.l.fi. ỹ.
cod. ſed mercennarij iſti nihil penitus habent in re, propter qđ
poſſint ſuſcipere illius defenſionem, ſecus in domino, qui pro-
pter ius, quod habet in re, admittitur ad dicendam iniquam nũ
ciationem, & petendam cauſam. Vltimò moueor, quia opera-
103 rijs † nunciari poteſt ſolum ad effectum, vt renuncient domino,
d.l. de pupillo.§.nunciare, & d. l. cuilibet, infra eod. non autem
eo prætextu his nunciatur, quòd poſſint, ſeu debeant nomine do
mini, eius patrocinium, & partes ſuſcipere, & ſic cauſam pe-
tere: nec tantum eſt tribuendum mercennario, & ædifitiorum fa
bro, vt poſſit impudenter eludere Prætorium remedium, aut
iura mea à me inuito extorquere, quod vt ſupra diſputatum
eſt, & temerarium & cauillosum videtur. Cogitate, nam per
hæc facilius excitantur ingenia ac ſtudia veſtra.
Quintò quærit, an poſt factam nunciationem peti poſſit cau
ſa ? firmat duo, primum cauſam ex interuallo non poſſe peti,
ſecundum poſſe nunciatorem vocari in iudicium, vt per Præto-
rem compellatur eam dicere. Ruyn. colligebat & tertium, quòd
nunciator interrogatus de cauſa teneatur reſpondere, ſed non
video quomodo hoc in loco iſtud ex Barto. colligatur. Quoad
104 primum cum Barto. † eſt opinio communis, * vt teſtantur hic
* Crot. & Socin. qui tamen poſt Ruyn. contra eam tenent. Pro
Barto. & communi facit l. perfecta. C. de donatio. quæ ſub mo-
do. Reſpondet Ruyn. & benè, perfecta † non retractari, quoties
105 ſui natura ſunt irreuocabilia, ut puta contractus inter viuos, ſed
quæ eiuſmodi ſunt, vt aliquo caſu reuocari poſſint, non inconue
nit caſu illo aduenientе retractari, quamuis perfecta fuiſſent, ut
teſtamentum & cæteræ vltimæ voluntates, quæ ideo vltimæ di-
cuntur, quia ambulatoriæ ſunt uſque ad mortem. §. poſteriore.
Inſtit. quib. mod. teſta. infir. l. cum hic ſtatus, §. j. de don. int. vir. &
vxo. l. quod ſi iterum. de adim. leg. talis eſt etiam donatio cauſa
mortis, l. Senatus. § j. de don. cau. mor. Talia etiam ſunt omnia cõ
ditionalia, quia conditione deficiente expirant. ſimilis eſt nun-
ciatio quoque, quæ retractari poteſt remiſſione, ſatiſdatione,
ſeu oblatione ſatiſdationis, morte, vel alia qualibet ratione, vt
hic, in d.l. prætor, §. deinde. l. non ſolum. §. morte, cum ſim. infra
106 cod. ſed potius iſti ſunt modi, † quibus expirat nunc[illegible]
[illegible]atio, quàm

quod

quod perfecta retractari dicatur, ſicut in qualibet alia re contingit: ex eo.n. eſt huius mundi deploranda conditio, quòd nihil in eo ſit quod non ſuum expectet intentum. ſunt itaq; certi conſtituendi modi, quibus nunciatio finiatur: fortè vnus eſt iſte, ſi petita ſit cauſa quandocunque nec fuerit reddita. Secundo Crotalle gat. l. vero. de ſolut. vbi conditio ſtipulationi ſemel adſcripta, amplius per ſtipulatorem immutari non poteſt. Reſp. eodem modo, quod deſeruiet pro alijs multis ſimilibus. Econtra mouetur Ruy. per tex. in l. Prętor. §. ſi aliquando nunciatoris, ſi quis paratus. ȷ. eo. Nam ſi nunciator ſatis accipere ab initio negauerit, remiſſio ex hoc fit. At ſi poſtea eum pęniteat ſatis non accepiſſe, & offerat ſe paratũ tunc ſatis accipere, reuocatur remiſſio. ſic in caſu iſto, videbatur dicendum de ipſa nunciatione, vt ſi ab initio non fuerit eluſa per cauſæ petitionem, eludatur poſtea. Moderni Floren. dupliciter reſpondet. primo ibi agi de maiori præiudicio nunciantis quã hic de præiudicio agatur nunciati. Sed econtra mihi videtur maius eſſe præiudiciũ nunciati, vt ab opere deſiſtat ſi non admittatur eius petitio cauſę, quã ibi nũciantis ꝙ ædificetur ſi ſatiſdatum nõ fuerit: ſiquidem ſi in petitorio poſtmodum obtinebit, vel ædificium vendicabit, vel tanquã non iure factũ deſtruetur, ꝓ quibus parum refert habere vel non habere fideiuſſorẽ: non.n. aliud in fideiuſſionem principaliter venit, quã deſtruendũ eſſe, qđ poſtea ædificatum erit. Secũdò ſoluit, difficilius audiri petentem opus deſtrui, quã illud intermitti. Hoc ẽt nõ placet, quia cõtra ſolet lex fauere ædificare cupienti. d. l. Prætor. §. deinde. Nec video in caſu noſtro agi de opere demoliẽdo, & ſi agitur, hoc erit fortè in fauorẽ nũciati ne deſtruatur ſiquid ex interuallo petita cã ædifi-
107 cauit. Egò reſpõnderẽ in d. §. ſi aliquando, † non fuiſſe remiſſã nũciationem, quamuis per nunciantẽ ſtaret ne ſatiſdaretur, ſed ſolũ dicitur ceſſare interdictum, non tamen ex hoc ſequitur remiſſio-
108 nem ipſo iure factam eſſe. Nec obſtat d. ſi quis paratus, † quia ſolum vult, ſi nunciator nolit ſatisaccipere, ex hoc ſolo poſſe nunciatum obtinere remiſſionem, ſcilicet ſi eam petierit, & ſic nõ ſtatim ſequitur, vt eam intelligatur obtinuiſſe: quod oſtenditur ex illis verbis, apparet in ea cau[illegible]eſſe vt remitti debeat, quæ verba interpretarer, ſcili[illegible]cet ſi petita remiſſio fuerit, non autem, vt gloſſa ex[illegible]ponit, pro remiſſa haberi, quod non modicè ſenſum verborum mutat. In caſu dicti paragraphi, ſi aliquando, nunciatus volebat agere eo interdicto illo prætextu, quod ab initio no-

luerit nuncians ſatis accipere, quem non audiri ait, ſi nunc ille ſatis accipere paratus ſit. Quamobrem quid faciant iſti textus ad rem, quam agimus, nõ video, præſertim cum ibi agatur de ſatis oblatione, quando iam cauſa deducta eſt coram iudice. Cæterum in caſu noſtro, ſi ad iudicium ventum eſſet, compelleretur vtique nunciator exprimere cauſam, quam ab initio non expreſſerat. Non igitur debuit Ruy. ob hanc ſolam rationem, ſanè debilem, temerè nimis appellare irrationabilem opinionem Bar.&

109 communem. Secundo mouetur Crot. quia depoſitiones † teſtiũ obſcuræ, item libellus obſcurus, poteſt declarari poſt litem conteſtatam, & lapſum terminum, vt hic per eum. Quæ tamen non tranſeunt abſque dubio per tractata in l. edita. C. de eden. & in c. cum clamor, de teſtibus. Ex quo facit ipſe regulam, quod declaratio admitti poſſit ex poſtfacto, etiam quod ſit in præiudicium partis aduerſæ. Quod vereor, ne nimis animoſe ſit collectum, quia

110 in eodem met caſu libelli † obſcuri ſolent DD. dicere non admitti illius declarationem in præiudicium iuris quæſiti reo, puta ſi is de obſcuritate iam oppoſuiſſet, Corn. conſ. 26. col. vlt. lib. 3. Fran. Parp. in d. l. edita, nume. 86. Quod ſolum præſtat ſolutionem in caſu noſtro. Quantum ad illud, quod dicitur de teſte, nihil etiã

111 facit, quia dicti † obſcuri per teſtem interpretatio non fit, niſi ex iudicis arbitrio, Alex. conſ. 92. lib. j. quem citat & ſequitur idem Crot. in tract. de teſtib. nume. 268. & Tynd. in eo. tract. parte j. c. 4. nume. 8. Cæterum in caſu noſtro non eſt dubitandum, quin iudice petente, cauſa ex interuallo ſit exprimenda. Poteſt etiam dici petitionem rationis non eſſe declarationem ambiguæ nunciationis. non enim nunciatio eſt ambigua, quæ ſemel valuit, & produxit effectum prohibitionis legitimum. Et hoc eſt quod voluit Bar. ſi bene aduertatur. Vt ſubijciam quid ſentiam, dicerem

112 ſi expreſſio † cauſæ ſit de forma nunciationis, vt videntur DD. tacitè ſentire, ea non expreſſa ſi petita non fuerit, nunciationẽ ideo valere, quia ſtatim lex præſumit ſubeſſe cauſam, vt aliquam formam ſaltem præſumptam nunciatio habeat, aduerſus quam præſumptionem ante ipſum iudicium principale, nihil ſit audiendũ, & ita poterit defendi aliquo colore [illegible]munis opinio. Si uerò

113 nõ eſt de forma, vt ſupra tenuimus, facilius † ſubit[illegible] [illegible]bitur, qualitatem hanc omni tempore ſuppleri poſſe. Nec obſtabit, vt debeat expectari iudicium, vt videtur ſenſiſſe Bar. in ſequenti concluſione: nam actus qui extra iudicium fit, etiam extra iudicium

tolli

tolli poterit, ſecundum quas conſiderationes facile poſſet in hac dubitatione pro vtraque parte reſponderi. Sed quicquid ſit, credimus pro rei veritate probabiliorem eſſe opinionem contra cōmunem. Mouemur autem, quia nunciatio conſiſtere videtur in ipſo actu prohibitionis, nam & DD. volunt nihil aliud eſſe quàm
114 prohibitionem † quandam ædificij. At prohibitio & actus habens tractum temporis, ſeu vt dici ſolet, eſt actus continuus, qui non vno ſolo, ſed ſingulis momentis perficitur, atque ſuas emittit vires, vt de vſufructu ait tex. in l. j §. fi. de vſufruc. accreſ. quem etiam certis quibuſdam modis finiri placuit & ad proprietatem reuerti. §. j. & §. fi. Inſti. de vſufr. & toto titulo, quibus mod. vſusfr. amitt. quod etiam in nunciatione contingit, quæ ab initio perfectè prohibet. Sed catenus durat prohibitio, quatenus iure non finitur. Plures vero ſunt modi finiendi, inter quos vnus ſit iſte, ſi nunciatus petierit cauſam & nuncians eã non reddiderit, quod ſiue ab initio, ſiue ex poſtfacto cõtingat, parui refert, prout idem de ſatiſdatione, remiſſione, morte & alienatione dici poteſt. Hac ratione tollitur etiam argumẽtum Bar. nam illud procedit in iis, quæ impediunt originem rei, non quæ rem finiunt, licet iam in eſſe deductam. Secundò moueor, quia non alia ſanè ratione factũ videtur, vt ſi petita ratio reddita non fuerit, ſperni poſſit nunciatio, quàm quia nunciator conſtituitur in mora extraiudicialiter; ſed tam eſt in mora extra iudicium poſt ipſum actum nunciationis quàm in ipſo, eò addito quod callidus nunciator facile poſſet per fraudem eo tempore nunciare, quo nemo eſſet in opere, qui ab eo peteret cauſam, & ſic redderetur eluſorium omne ius petẽdi cauſam nunciato conceſſum. Hinc factum eſt, vt DD. vnanimiter teneant, † limitandam eſſe opinionem Bar. & communem,
115 ſi nemine præſente, vel forte ſolum pupillo uel infante nunciatũ fuerit, quo caſu nolunt ius petendæ cauſæ attendi a tempore nũtiationis, ſed potius ſcientia dom.ni, qui debeat confeſtim cum ſciuerit, etiam nullo extraneo actu interpoſito, adire nunciantem & cauſam petere. Quod quàm ſit litigioſum, & fortaſſe contra omnium legum intentionem, vos ipſi iudices eſtote. Nam & hic eodem modo procedit ratio Bar. vt ſi tunc permittendum eſt, recedi a perfecta nunciatione, cur non etiam in cæteris caſibus? & eandem continet calliditatem, quia nuncians poſſet dici obeſſe, & conſultò latere, quouſque nunciato neceſſe eſſet ad extranea negocia deuenire. Et ſi forte operarij vel ſerui in ædificio eſſent,

qui

qui cauſam ſecundum DD. petere poſſunt, ſi eam non petierint per negligentiam, vel etiam per dolum, non eſt æquum ex hoc nũciati cauſam, vbi nullum ſuum factum interuenit, fieri deteriorẽ, contra omnes æquitatis & iuris regulas. Colligo ſecundo ex Bar.
116 nunciatum † poſſe vocare nunciantem in iudicium, vt cauſam nunciationis dicat, & iuret de calumnia, iux.d.l.de pupillo.§. qui opus. infra eo. Declarat hoc Ruy. vt tamen ſubſequatur remiſſio Prætoris, niſi nuncians dixerit cauſam. At extra iudicium ſecus eſt, quia propria authoritate, non reddita ratione, nunciatio poterit ſperni. Hoc non eſt fortè alienum a mente Bar, qui dũ vult nunciationem per ſe perfectam tenere, videtur velle remittendã
117 eſſe a iudice in caſu non redditę rationis. Sed fortaſſe tutius † erit, & magis ex ſenſu legum, ſi nunciatus petierit remiſſionẽ, quæ concedatur tum quando iniuſtè nunciatum fuerit, tum quãdo ſit ſine cauſa, quę duo in iure ſæpius a pari procedunt. l. quoties. qui ſatiſd. cog. l. ſcite oportet. §. ſufficit, de excuſa. tut. cum ſimil. Facit etiam quod vult glo. in hoc princ. in fine, in ver. catenus. Sic fiet, vt abſque alia cauſæ petitione, quę poteſt etiam petenti fieri cauillosa, compellatur nuncians eam allegare, & in iudicio proſequi: ſi enim nihil dicat pro defendẽda ſua nũciatione, nihil erit cur re
118 miſſio concedenda non ſit. Sextò quærit Bar. an nuncians † rogatus poſſit generalem cauſam aſſignare? tenet, allegandam eſſe ſingularem, cum quo eſt communis † opinio, ita teſtante Ruy. & omnibus. Contrarium tamen tenuit ipſe Ruy. poſt Cuman. quẽ
119 allegat. Pro Bar. & communi deducitur, quod † in libello debet exprimi ſingularis cauſa, ſi petita fuerit. argumento ſupradictæ gloſſæ, quæ comparat nunciationem hanc propoſitioni libelli, vt ſæpius in ſupradictis. Reſpondet Ruyn. per rationem eiuſdem Bar. nam vult ipſe in libello exprimendam eſſe cauſam, vt intelligat aduerſarius, an acquieſcere, vel contendere debeat, quaſi generalis ratio hoc non demonſtret. Verum hoc ceſſat in nũciatione, nam ſiue velit, ſiue nolit contendere nunciatus, explicata ſibi ratione parere debet, & ab ædificio abſtinere, quouſque remiſſionẽ non obtinuerit, d.§. ſed ſi is, infra ea. l. & d. l. Prætor, cum ſim. Quidam defendunt Bar. quia interſit nunciati ſcire adhuc cedendum ne ſit, vel petenda remiſſio. Sed in hoc non tantum erat præiudicij, quantum in fouenda lite iniuſta: nam cum primum hic adierit iudicem, erit ſibi denuncianda cauſa; at in lite niſi explicetur in libello, ſæpe multum temporis excurrit, antequam ex proceſſu

intelligatur,

intelligatur,& ideo contingit inique grauari inſcium reum in expenſis. Præterea quod exprimatur cauſa in libello ſit in ipſo iudicio, vbi ſpecialia deducuntur & tractantur, ſed in caſu noſtro ſumus extra iudicium, vbi ſatis eſt ſi indicia aliqua futuri indicij appareant. Item in libello petit quis cauſam, vt ſciat an cedere vel contendere debeat.d.l.j.de eden. Sed hic ſolum, vt ſciat an ea non præſtita proſecuturus ſit ædificium, non autem principaliter intendit ex ea ſcire, an acturus ſit coram iudice, nec ne, nec æquum eſt vt id ex domo nunciantis ſe ſciturum prætendat. Et iſtud voluit dicere Ruy. quamuis non ita expreſſerit.

120 Secundò pro Bart. eſt bonus tex.† in l. ita fidei. de iure fiſci. vbi quod generaliter eſt expreſſum,dicitur tamen tacitè relictum. Ita in caſu noſtro allegans generalem rationem, videbitur nullam expreſſiſſe. Reſpon. imo videri rectè expreſſum, quod in genere enunciatum fuit, vt traditur in l.j. de vulga.& pupil. vbi nos quandoque diximus: ſed in ſpecie poteſt dici tacitum, & ita ſentit.d.l.ita fidei.vbi ad euitandā pœnam caducitatis opus eſt in ſpecie certū aliquid legare, cæterū in multis nō eſt neceſſe ad ipsā rē ſingularem deuenire,quod fortè contingit in caſu p̄ſentis dubitationis. In contrariū mouetur Ruy.per comparationē nūciationis

121 cū appellatione extraiudiciali,nā appellatio† hæc nō admittitur ſine cauſa,ſufficit tamē cauſa generalis, vt hic p eū. Nec facit ſi in contrariū dixeritis, ꝙ ibi ſit cauſa inſerenda etiam non petita, ꝙ in ſcriptis,& quòd intra decē tātum dies admittatur, namq; ad ſubſtinendā argumentationē ſufficit nunciationē & appellationē illā regulariter comparari,licet in aliquib.differant.gl.in l.omnis definitio,de reg.iur.& hic idem Ruy.dicit. Qui etiam reſpōdet & benè,in caſu quoq; noſtro ſufficere generalem rationē,niſi inſtet aduerſarius pro ſpecialis cauſæ allegatione.ibi verò abſq; petitione aduerſarii debet exprimi ſaltem generalis. ſimiliter in alia ſpecie cauſa generalis ſufficit.ſed requiritur ſpontanea nō expectata petitione,vt in l.denūciaſſe.§.quid ergo ſi tantū,de adul.vbi dicit Bar.eſſe ſpeciale in nūciatione noui operis, ꝙ nō ſit danda cā niſi petatur,ergo ſi a petitione aduerſarij pendet vt detur, talē dicemus dari oportere,qualē petierit,quia reſpōſio debet eſſe proportionata interrogationi.l.j.§.ſiquis ſimpliciter. de verb.obl. Eſt & alia ratio,quia ſpecialis inſtruit partē melius quàm generalis, ergo hic & in libello danda erit ſpecialis,ſiquidē fieri pōt in vtroque vt ſi præcedat cognitio cauſæ ſpecialis,iudicium nō ſuſcipiatur;

tur, ſed quando ex ſola diſpoſitione legis requiritur, poteſt quælibet etiam generalis ſufficere: mitius enim agitur cum lege, quã cum homine, vulg. l. Celſus, de arbitr. l. multum intereſt. de cond.
122 & demon. Secundo mouebatur Cum. per l. noſtram, † in §. nunciamus, vbi videntur generales cauſæ aſſignari, quia contra leges,
123 vel conſtitutiones Principum ædificetur. Reſpondent, † illud eſſe quando nuncietur ob publicam vtilitatem, quia tunc ſufficiat generaliter prætendere publicè intereſſe, ne ædificetur. Quæ reſponſio probabilis eſt, ſed fortè melius erit ſi dixerimus, exempli gratia textum genera prohibitionum expreſſiſſe, non vt ita generales allegentur, ſed vt ſpecialis, quæ a nunciante da nda erit, ſub vno ex illis generibus contineatur, vtputa, Nuncio nouum opus quia ædificas in ripa, contra expreſſum Prætoris interdictum, illud nequid in flum. publico ripave eius, &c. Quæ forma videtur colligi ex d. §. nunciamus, & ſpecialis eſt, non generalis. Eodem modo non obſtabit. §. nunciatio fit. & §. meminiſſe, cum præced. in d. l. de pupillo. & ſæpius alias. Sic nec gloſſæ allegatæ per
124 eundem Rui. Quantum ad illud, quod ait Crot. in libello † rei vendicationis ſatis eſſe allegare generalem cauſam dominij, non ſpecialiter ex qua cauſa ſeu titulo actor dicat ſe dominum. Et ipſe reſpondet, & nos alio modo, videlicet aliquid eſſe ſpeciale dicimus habita relatione ad aliquod aliud, ſub quo illud ſpeciale continetur, quamuis alio reſpectu forſitan illud etiam generale ſit, vt Dialectici de generibus & ſpeciebus medijs dicunt, quæ ipſi genera ſubalterna appellant, cuiuſmodi ſunt omnia ferè, quę in iure continentur. Et quidem rei vendicatio non reſtringitur ad certam aliquam cauſam dominij, ſed illius iudicij ſpecialis cauſſa eſt nulla alia quàm ipſum dominium quocunque modo quæſitum, ideoque allegans dominium, licet cauſam dominij nõ expreſſerit, tamen expreſſit ſpecialem & proximam illius actionis. Equidem in difficultate hac magis inclino in partem cõtra communem: nam ratio, qua mouetur Bar. & quæ ſola facit pro communi, vt intelligat aduerſarius an cedere vel contendere debeat, facilè euitari poteſt. nam alioquin non ſolum cauſa ſpecialis, verum etiam inſtrumenta, iura, & cęteræ probationes, quib. nuncians in iudicio vſurus eſſet, deberent produci, vel allegari, ſi
125 petitæ fuiſſent, prout in libello † in quo proponitur quicquid in progreſſu litis actorem probare oportebit ſub tribus illis capitibus, ſcilicet cauſa, obligatione, actione, quæ in libello ſunt præcipua.

cipua. Spec. de libelli concept. §. 4. ver. generaliter. Vel vt ait Bar. in l. ſi prius, infra eod. debet libellus conſtare ex narratione, cauſa & cõcluſione, quæ omnia declarat Iaſ. in §. j. Inſt. de act. nu. 115. Præterea ſi deberet ſeruari ſimilitudo cum libello, non poſſit nũcians poſtea in iudicio aliam prætendere cauſam, nec allegatam mutare, vel emendare: quinimo nec opus eſſet alia libelli propoſitione, dum cauſa in iudicio ageretur, quia iam ſciret nunciatus, an agere vel contendere deberet. Nec æquum eſt, tantundem efficere debere libelli propoſitionem, & hanc cauſæ redditionem cum hæc fiat extraiudicium, illa verò in iudicio. Et quæ in iudicio fiunt, decet eſſe pleniora & magis ſolennia. Eſſet etiam ini-
126 quum, † ſi poſtea in iudicio teneretur nuncians ſolam proſequi ſpeciem allegatam extra iudicium, nec aliam ſibi liceret allegare. Quod ſi dixerimus nunciantem poſſe, allegatam cauſam mutare, & inconſtantiam leges permitterent, cum tamen iuſtitia nihil aliud ſit quàm conſtans & perpetua voluntas, vt inquit Vlpia. in l. iuſtitia. de iuſt. & iure. Et etiam totum ius reddendæ rationis fieret eluſorium, de hoc autem ſeparatim infra. Quæ faciunt vt quicquid de ratione petenda, vel dicenda DD. conſtituerunt, putem eſſe commentitium, ſed difficile eſt ab opinionibus longa ſcribentium conſuetudine, firmoque applauſu receptis diſcedere. Secundò moueor, quia ſi vt DD. communiter credũt expreſſio cauſæ eſt de ſolennitate nunciationis, ſufficit ſi talis ſit, qualẽ leges explicant, nam ſolemnia negociorum non aliunde colligũtur quam ex præſcriptis legum. Sed & in §. nunciatio, cum §. ſeq. & in d. §. ſextus, cum ſeq. qui præcipuè textus de cauſis nunciationum loquuntur, non aliæ allegantur quam generales. Ergo qui dixerit, Nuncio quia ſum dominus, vel quia mihi debeatur ſeruitus, vel quia ædificetur contra publicam vtilitatem, ſatisfecit legibus de cauſis nunciationum loquentibus. Neque erit hoc ſine effectu, nam ſi nuncians dixerit, quia dominus ſum, intelligemus eum in iudicio rei vendicatione acturum, ſi quia ſibi debeatur ſeruitus, confeſſoria; ſi ob publicam cauſam, interdicto pro loci, in quo ædificatur qualitate: quod cum ad iudicium venerit, diligentius explicabit. Et ita ſentit tex. in d. §. nunciamus, in
127 fi. Stante tamen opinione communi, ea limitatur, † vt procedat ſolum, quando ſpecialis cauſa petita fuerit: nam ſi ſimpliciter dictum ſit, peto quare nuncies; ſatisfiet huic petitioni per generalem cauſam, quod probatur, nam ſi nuncians nullam tenetur

expri-

exprimere non rogatus, ſimiliter nec ſpecialem, niſi ſpecialis petatur, quia omne ius iſtud dicendæ cauſæ a petitione nunciati pēdet, vt ſupra dictum eſt. Veruntamen Moder. Floren. hanc limitationem non admittunt, volentes intelligi petitam ſpecialem cauſam ex ſimplici qualibet petitione nunciati, moti, quia qui cauſam petit, legitimam petere intelligitur, & ſic ſpecialem ab initio. Sed hoc non me monet, nam ſpecialis cauſa legitima erit cum petita fuerit, dum vero ſimpliciter petitur quælibet generalis legitima intelligetur ſecundū ſupradicta. Sublimitarem tamen ſeu de-
128 clararem, vt generalis † intelligatur vna ſcilicet ex illis tribus in d. §. nunciamus, & in d. §. meminiſſe. non enim ſatis eſſet, ſi dixiſſet, quia libet, vel quia poſſum, vel quia ius habeo, & ſimilia, q̄ nihil exprimunt, nec veræ cauſæ dicendæ ſunt. Ad quod faciunt
129 quæ † de libello continente ineptam cauſam dicit Iaſ. in d. §. j. l. Inſtit. de act. nu. 217. vbi vult eſſe ipſo iure nullum, ēt parte non opponente: quapropter idem in nunciatione dici poſſet. Eādem
130 etiam communem opinionem limitarem in cauſa, † Quia ſit dominus loci, in quo ædificatur: non enim conuenit extra iudicium cogi allegare cauſam ſingularem dominij, ne in iudicio rei vendicationis non haberet poſtmodum liberum campum probādi dominium ex quacūque cauſa potius ſibi liberet, per illud quod ſupra dictum eſt de libello rei vendicationis. Ego verò magis in ea
131 opinione confirmor, vt commentitium † ſit, quicquid de inueſtigatione cauſæ extra iudicium DD. propoſuerunt. Nam ex iis, quæ dicta ſunt in prima limitatione, ferè velle videntur extra iudicium iudicij formam conſtituere. Atque illud, quod plus eſt, vno contextu fieri debere in ipſomet opere, cum ipſis interdum opificibus, qui vt plurimum rudes & illiterati ſunt, necnon interdum cum ſeruis, videlicet vt nunciator quaſi actor nūciet, quaſi libellum proponat: Nuncians quaſi reus, quaſi excipiendo petat cauſam; replicet actor dando generalem; duplicet iſte petendo ſpecialem, & tandem remittatur quodammodo arbitrio nunciati, an legitimè hæc facta ſint, & ſi is credat non eſſe, ſua voluntate ſpernat quo nil periculoſius, & quod voluntati Prætoris magis aduerſetur. Sed & cum hæc cauilloſis, ac litigioſis hominibus non modicam præbeant decipiendi fruſtrandique occaſionem, veſtri ſit iudicij, quantum hæc omnia Commenta DD. a ſimplicitate legum, & æquitate Prætoria aliena ſint, vt ſic nunciātes qui laudandi ſunt, quod maluerint iuris remedio pro ſuarum

rerum defenſione vti quàm vim adhibere, quod poterat quidem. l. vt vim, de iuſt. & iu. l. 4. ad leg. Aquil. quamlibet ſint paſſuri con ditionem, potius quã perdifficili iuri & intricato labyrinto nunciationis ſe ſubijcere, qua via & poſſeſſionem amittant, & maximis curis ac difficultatibus inuoluantur. Succedit ſeptima q. Bar. An ſit allegare ſpecialem rationem, quia res mea ſit, vel quia ſeruitus mihi debeatur? Concludit non eſſe ſatis, ſed addendum, quam vel cuius rei ſeruitutem poſsideo. Hanc q. cæteris difficiliorem eſſe inquit Soc. & ait Iaſ. eius reſolutionem notatu dignã, ſanè difficultatem continet non modicam, illius tamen diſcuſſio aperiet intellectum fore ad totam materiam. Ex illius dictis vnicam colligo concluſionem, & tres limitationes, de quibus infra
132 ſigillatim. Verum quia Interpretes † tum de re ipſa, tum de mẽte Bar. diu hæſitarunt, conuenit vt prius videamus quid ipſe ſenſerit, dein quid alij, poſtmodum quid pro veritate ſtatuendũ ſit. Putarunt antiquiores ex ſententia Bar. ſimpliciter fuiſſe, vt nunciatio non valeret, vbi nuncians non poſsideret. contra hoc tamen videntur textus & rationes complures, vt infra apparebit. Sed etiam idem Bar. qui ſæpius aſſeruiſſe & conſentijſſe videtur, cum poſſidenti nunciari poſſe, tum non poſſidentis nunciationẽ ſubſtineri, vt ex eo colligunt ſupra in 4. q. infra in l. de pupillo. §. ſiquis ipſi. q. 14. & §. meminiſſe, in prima oppo. & in l. in prouinciali. §. j. plenius autem quàm alibi in §. nunciatio. hac ea. l. Quapropter Ruy. illius mentem interpretatur, vt velit in expreſſione cauſæ, quæ ſolum ſi petita ſit, reddi debet, vt ſupra fuit diſputatum, adijciendum, nunciantem in poſſeſſione eſſe; at nunciatio per ſe ſine vlla cauſæ expreſſione ſubſtineatur, vt idem Bar. in d. §. meminiſſe, nunciandi formulam tradidit, & pluries in tota materia. Sed etiam ſupra proximè firmatum eſt ex illius, & cæterorum ſententia, cauſam non petitam nedum exprimi neceſſe non eſse, ſed etiam ſi petita ſit ſufficere generalem, niſi ſpecialis nominatim requiratur. Quocirca idem dici poteſt de cauſa iſta, quia poſſideo, quod Ruyn. non ſatis expreſſit. At Socin. hac ratione motus credidit nunciantem, poſseſſionis cauſam non niſi ſpecialiter petitum fuerit an poſſideat, dicere debere. Ego ſanè puto ex intentione Bartoli fuiſse, vt cau-
133 ſa poſseſſionis † nominatim petenda non ſit, ſed vltrò allegan da a nunciante, à quo ſpecialis tantum petita ſuiſset. Atque ad id credendum moueor ratione, qua vtitur, quòd non di-

Z citur

citur allegaſse cauſam,qui concludentem nõ allegauerit, ergo eſt hoc officij allegantis,non autem petentis. Idem ſatis apparet ex coniunctione,quam facit iſtius quæſtionis cum ſuperiori: Cum enim tunc cauſam ſpecialem allegari voluerit,docet nũc per modum inquirendi,vt ſui moris eſt,qualis hæc eſse debeat. Et fortè nec in ſuperioribus ſentiebat nunciatum debere nominatim cauſam ſpecialem petere, ſed ita Interpretes eius verbis addunt. Demum non ſolet Bar. hos circuitus & captioſas interrogationes & reſponſiones inducere; vt velit primò peti cauſam, mox peti ſpecialem, ac deinde nominatim interrogari an poſſideat; quæ interrogatio vix interdum iudicis authoritate admittitur. Forma igitur nunciandi erit, quam Bar. tradit in d. §. meminiſse, forma vero cauſæ reddendæ, quam hic. Sane, quicquid obſcurè nimis dicant alij, mihi videtur intentio Bart. ſatis clara, videlicet vt velit nunciantem debere prætendere cauſam poſseſsionis, & eam allegare in expreſsione illius, quod ſolum ſufficit ad ſuſpendendum ædificium, & cæteros nunciationis effectus. Cæterum ad obtinendum in cauſa, eam allegaſse non ſatis erit, niſi etiam probata fuerit, vt idem dicit in l. ſtipulatio §. & habet. infra eo. Et ita videntur eam intellexiſse Alex. in d. l. in prouinciali. §. j. col. 2. in fi. quem etiam citat Ruy. ita Clau. hic, & in d. §. meminiſſe. nume. 16. & Alc. hic, licet non ſatis bene explicet hunc caſum. Sed in hac intentione Bartoli percipienda paucos ex antiquis arbitror ſe decepiſſe, qui verbis magis quam rebus inhærentes, tantummodo ſategerunt, vt uiderent, an prætendens ſolam cauſam dominij nunciare poſſit, necne? Vel an admittens nullam poſſeſsionis cauſam ad ſe ſpectare, ſed eam omnem in ędificante reperiri, nunciare valeat? In quo tota conſiſtit difficultas ad eruendam tam rei veritatem quàm mentem Bar. qui alias multis in locis ſupra citatis uideatur manifeſtè voluiſse contra illud, quod hic & in d. §. & habet. Sanè quicquid alibi dixerit, puto enim non difficulter à contrarietate defendi poſse, ſiqua cum diligentia ſingula eius dicta perpendantur, extra dentes hic enunciauit non licere ſola dominij vel cuiuslibet alterius iuris cauſa nunciare, niſi poſseſsionem quoque nuncians prætendat, atque ſola hac intentione nunciatio facta ſubſtinebitur, vnde opus erit vt etiam cauſæ expreſsio huc tendat, & ita apertè nimis patet ex illius dictis hic, tam in principali eius concluſione, quàm in limitationibus, quæ ſolent quam plurimum ad regulam declarandã conferre.

134 conferre, de hoc agendum in præſentia. Cum Barto.† ſunt ſupra citati, hoc eſt Claui & Alc. hic & in d.§. meminiſſe, Cæterum in contrarium tenet Imo. hic. nu. 9. & in d.l. ſtipulatio. §. & habet, in d.l. in prouinciali. §. j. in d.l. de pupillo. §. ſiquis ipſi. vbi etiã Rom. Alex. hic. nu. 13. & in d.§. ſiquis ipſi. nu. 28. & in §. j. vbi citat etiam Caſt. j. ea. l. nu. 3. Iaſ. hic, qui tamen dixit ſolum Imo. contra Bart. firmaſſe. Idem ſequũtur Crot. Horman. Soc. Pariſ. & alij communiter,* vt de cõmuni teſtatur Iaſ. in l. ſi prius. nu. 15. inf. eo. Claud. hic, nu. 27. ex Alex. Pariſ. nu. 110. & Soc. nu. 175. Pro ſe Bar. primo deducit ſæpius allegatam ſimilitudinẽ nũciationis & propoſitio-

135 nis libelli, nam libellus† cãm continere debet concludentem, vt ſcire poſſit melius qui conuenitur cedere debeat, an cõtendere; in tantum vt ſi ineptam cauſam contineat, ſit ipſo iure nullus, gl. in l. j. in princ. in gloſ. magna, de eden. in l. 2. §. circa, de doli exce. etiam parte non opponente, Bar. in l. edita, vbi & Bald. C. de eden. Ant. in c. dilecti, de iud. Iaſ. in §. omniũ. nu. 117. Inſti. de act. ſed ſm Bar. cauſa quia res mea ſit, vel quia mihi ſeruitus debeatur, non concludit mihi ius nunciandi cõpetere. Facilis eſt reſponſio, nã in contrarium tenentes aſſerunt cauſam ſolius dominij cõcludere, quinimo uidetur ſufficere, ſi res quomodolibet ad nunciantẽ pertineat, vt inf. Et quamquam ſunt, qui inſtant ponderando, quòd ſi cauſa poſſeſſionis exprimatur, melius ſciet nunciatus an cedere vel contendere debeat, tamen hoc nihil eſt, nam & in multis aliis iudicijs cauſa poſſeſſionis in agente nulla continetur, ut in rei vendicatione, & omnibus alijs petitorijs: Sed & poſſeſſoria recuperandi, & acquirendi, poſſeſſionem ab actore excludũt. Neque etiam eſt opus, vt quicquid omnino prætendit actor ſpecialiter in libello exprimat, cum multa in eo veniant in conſequẽtiã, multa ſatis ſit in genere comprehendi, longè minus ſpeciales expreſſiones in nunciatione erunt neceſſariæ, quàm ſupra oſtenſum fuit à libello longè diſtare, nec eam habere rationem vt ſciat nunciatus cedere an contendere debeat. Secũdo allegat Bar. l. pe.

136 †de aq. quot. & æſt. qui præcipuè tex. eũ mouit, cætera omnia emẽdicata ſunt. Ille non aliter inducitur quàm quod velit pendente iudicio reũ impediẽdũ nõ eſſe ſuo arbitrio vti poſſeſſione. Nã & poſſidere prohibetur, qui in ſuo ædificare prohibeatur. l. 3. §. 2. cũ concord. per glo. in ver. poſſeſſione, vti poſſid. Et quamuis hæc ratio videatur poſt factã quoque nunciationẽ longe magis militare, quia tunc magis conſtet nunciatum poſſidere. §. in operis. hac

l.& d.§.meminiſse. Bar.tamen in d.§.in operis, huic oppoſitioni
occurrit dicendo,ideo tunc nunciatum non ædificare,quia vi poſ
ſideat a nunciante;quod conſonat cum vna ex limitationibus, de
quibus.inf. Hinc fit,vt qui poſſideret non vi,clam, vel precario,
nunciatione impediri non poſset vti ſua poſseſſione.Hæc mihi vi
debatur fuiſse ſententia Bar. Cæterum arbitror,falſum eſse quod
* ipſe in d.§.in operis,& in d.§.meminiſſe,& omnes,* vt hic inquit
137 Ruy.nu.24.dixerunt nnnciatũ † a nunciante vi poſſidere. Ad qđ
moueor ex ſolo tex.quem ſolent DD.ad illud comprobandum al
legare,ſcilicet.l.j.§.quid ſit vi,ver. Sed & ſi. quod vi aut clam,vbi
dicitur quod ſi ſibi nunciauero,& tu nunciatione ſpręta ædifica-
ſti,vi poſſidere incipis. Non igitur ſtatim poſtquã nunciauero vi
poſſides,ſed poſtquã nũciatione ſpræta ædificas.Nec mirum, nã
uis non contrahitur ſine dolo violenti poſſeſſoris. l.2.§. doli, ui
bon. rapt. Sed quid nam doli feciſſe dici poteſt nunciatus,qui nõ
dum ædificauit?Similiter nec vi receſſiſſe vllatenus a poſſeſſione
dicendus eſt,qui iuris remedio nũciandũ vtitur. Nec quia nũciãs
ſolo verbo,puſillanimitate,aut timore nimio a poſſeſſione cadat,
vt dicunt DD.in d.§.in operis,& in d.§.meminiſſe,fieri dicemus vt
ædificans vi poſſeſſionẽ nanciſcatur,niſi ſuũ aliquod factũ inter-
ceſſerit.l.extat. quod met.cau. Hoc idẽ ex alio demonſtratur: nã
demus nunciatũ vere ante nunciationẽ poſſediſſe, & nunciationẽ
factam cum omnibus circumſtantiis,etiam cum ſpeciali expreſ-
ſione cauſæ,quia poſſideo;certè ſecundum Bar.ſtante maximè de
claratione Ruy.valeret nũciatio,& tamẽ quis diceret hic eſſe ſpe-
ciem vllam violentę poſſeſſionis?Non eſt ergo uiolentia,quæ nun
ciato interdicit ædificandi facultatem, ſed illud de quo ſupra in
princ.iſtius tex.latè diſcuſſum fuit.Et ſecundum ibi tractata appa
ret etiã non obſtare d.l.pen.de aq.quo.& æſt. Verum eſt enim poſ
138 ſeſſorem † non eſſe impediendum uti iure ſuæ poſſeſſionis, dun-
tamen contra priſtinam formam nihil innouet ędificando,aduer
ſus eũ qui iuris remedio nunciatione mediante uſus fuit. Qđ etſi
fortè in alijs caſib.pendentis iudicij interdũ poſseſsor ædificare,
& innouare nõ prohibeatur, licet in hoc regula communis ſit in
cõtrariũ,ut ibi diximus, tamẽ hoc eſt ſpeciale in nũciatione noui
opis, & id uere uoluit tex.in d.§.meminiſse, dũ cõtra ædificãtẽ in
ſuo neceſsariã eſse nunciationẽ inquit: nam etſi alia remedia cõ-
petebant,non tamen ſuſpendebãt opus & factũ poſſidẽtis in re ꝓ
pria. Ex quib.īfero cõtra Bar.& alios ĩ d.§.meminiſse, qcquid ibi
dicant

139 dicant, nunciantem † non poſſe agere vnde vi contra nũciatum, qui nunciationi obtemperauit, per d.§.quid ſit vi, & etiam quia is dum nihil innouat, nec vi nec ab aduerſario poſſidet, ſed potius iuris interpretatione vel ex anteriori cauſa, ſi dum nunciabatur
140 poſſidebat. Præterea ſolutionem Imo.ad d.l.penulti.† quia per eam neceſſe eſſet fateri, ſi conſtet iudici nunciatum poſſidere non nunciantem nunciationem non valere: quòd ferè continet conceſſionem totius quæſtionis, ſic enim fieret vt iure ſolius dominij nunciari non poſſet, niſi poſſeſſionis cauſam ſaltem dubiam haberet annexam. Sed & diuinatiuum eſt aſſerere in illa. l. conſtitiſſe iudici reum poſſidere, quinimo ſecundum gloſ. in primo caſu poſſeſſorio iudicio agebatur. Similiter in ſolutione Croti non inſiſto, qui cònatur oſtendere in vtroque caſu illius tex. eſſe cautionem dandam a reo non ab actore, nam & hoc eſt contra communem ſenſum, & parum facit quoad caſum noſtrum, a quo præſtetur cautio: ſolum enim Bar.ex eo ponderat pendente iudicio non debere quẽ priuari vſu ſuæ poſſeſſionis, ſiue reus ſit, ſiue actor qui poſſideat, quamuis vt plurimum ſoleat reus non actor poſſidere, quamobrem non recedo à ſupradictis. Tertiò
141 allegatur.l.ſi prius, † cum glo.in ver.agere.in f.eo.qui tex. in primo dicto, ſecundum glo.loquitur in nunciante actore, & tamen niſi contumacia rei interueniſſet, non potuiſſet impedire, ne ædificium a reo altius tolleretur. Et ita ponderabat ibi Cuma. illum tex. in actione confeſſoria, ſecundnm quam inductionem parum facit quod hic pro reſponſione ponderat Soc. de cõtumacia rei, ſuper qua ille tex. fundatur: non enim fit vis in deciſione ipſius principalis, ſed in eo quod pro impediendo ædificio requirit cõtumaciam poſſeſſoris, quaſi expreſſe ſentiat nunciationem non ſufficere, quod non alia de cauſa eſſe poterat quàm quia nunciãs non poſſidebat. Ego non aliter reſponderem, quàm ſomnium eſſe, quod ibi glo. dicit de nunciatione interpoſita, de quo in tex. nihil prorſus In quantum autem actione confeſſoria ſine contumacia rei non impediebatur ædificium, hoc non plus facit ad rẽ noſtram, quàm d.l pen.de aq, quo.& æſt.quæ ſatis ex ſupra dictis ſoluta remanet. Poſſet etiã reſponderi, non probari ibi a contrario ſenſu cõuentũ confeſſoria ædificare poſſe, ſi contumax nõ ſit, ſed ſolũ non teneri cauere, vt in tex.& ita cõtra Cum. reſpõdebat ibi Iaſ.nu. 14.& 15. At bene Soc. dictam.l.in ſecundo reſp.in contrariũ ponderat, nã in negatoria actor ex cõtumacia rei fit quaſi poſ

ſeſſor libertatis, & tamē ſibi caueri debet ab aduerſario, nec uim ædificanti facturum, nec opus nouum nūciaturum, quaſi ſentiat ſine hac cautione nunciari potuiſſe, non obſtante quòd per contumaciam poſſidere deſijſſet, & in aduerſarium poſſeſſio fuiſſet trāſlata, quæ ponderatio fuit ex ſentētia Cuma. vt ibi per Iaſ. nu. 15. Sed qui contrarium tenere cuperet, poſſet vt per Iaſ. ibi reſponde
142 re, per ſolam contumaciam † poſſeſſionem penitus non amitti, niſi dicta cautione intercedente, ſecundum ibi tradita, & in l. cōſentaneum. C. quom. & quan. iudex. Bar. in l. 2. C. vbi in rem actio. Scribentes in l. ſi finitā, §. Iulianus. in f. tit. j. in l. 3. §. genera, de acq. poſſ. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 163. vſque ad nu. 225. vbi perplures caſus congerit, ferè materiam omnem poſſidentis ex primo, vel ſecundo decreto, tam in perſonalibus, quàm in realibus & hypothecarijs iudicijs. Quartò allegatur, quod etiam
143 prædo † ſit in ſua poſſeſſione & eius pacifico vſu conſeruandus, dum poſſeſſorium iudicium agitur. c. in literis, de reſtit. ſpol. c. licet epiſcopus, de præben. l. 1. vti poſſid. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. Plot. in l. ſi quando, eo. tit. nu. 84. Augetur, quia in incorporalibus poſſeſſio nihil aliud eſt quàm vſus. l. quoties. de ſeruit. l. 2. C. de ſeruit. & aqua. ſi quis igitur vti prohibeatur poſſeſſione ipſa priuabitur, quod ſentit ſpecialiter in nunciatione. d. l. j. §. quid ſit vi. ver. Sed etſi, quod vi aut clam. ſi nunciatus ædificando dicitur vi poſsidere, ergo per nunciationem nuncians poſſediſſe oſtēditur, quod in poſſidente iniquum eſſet admittere ratione iam
144 dicta. Reſpondeo, non dici turbare † qui lege permittente remedio iſto vtitur, quod non ad alienam poſſeſſionem interuertēdam, ſed ſolum ad ius ſuum vel publicum conſeruandum inductum fuit. Et quis dicet nunciati poſſeſſionem turbari, qui ex hoc ſolo poſſeſſor efficitur? Quamuis autem poſſeſſionis vſus impediatur, tamen impedimentum hoc non eſt perpetuum, ſed ſolum quouſque ædificans ſatiſdederit, vel remiſſionem obtinuerit: quæ remedia cum ſint in facultate ipſius ædificantis, dum illis vti poteſt, non dicitur poſſeſſione priuari, ſed tantum ſuſpen-
145 di illius vſus. Et licet incorporalium, † & fortè omnium rerum poſſeſſio nihil aliud ſit quàm ipſarum vſus. l. quæſtio, de verbo. ſignifica. nihilominus vſus non ſemper actu requiritur, vt patet in dormiente, furioſo, pupillo, & in eo, qui ad nundinas profectus eſt, & in multis alijs, quorum plura exempla habentur infra, de acquir. poſſeſſ. per totum. ſufficit enim vſus

potentia,

potentia, vt in caſu noſtro, cum poſſit nunciatus ſatiſdandò vti ad libitum. Siqua tamen in nunciatione eſt turbationis ſpecies, videtur excuſabilis, cum iure permittente fiat,& tam facilè euita-
146 ri poſſit. Quintò mouetur Alc. quia cum remedium † hoc nunciandi ab interdicto proficiſcatur. d. l. prætor. §. j. infra eodem, poſſeſſorium videtur, nam interdicta pleraque poſſeſſoria ſunt. §. j. Inſtit. de interd. ſic. itaque non dabitur niſi prætendenti ſe poſſidere. Iſtud certè videtur mirabile, & quaſi iuris monſtrum, dari poſſidenti remedium per quod amittat poſſeſsionem quam habet, dum eam conſeruare intendit; ſic cum ſoleant tria tantum remedia poſſeſſoria reperiri, retinendæ, recuperandæ, & adipiſcendæ; deberet addi quartum poſſeſsionis amittendæ, quod omninò ridiculum eſt. Quamobrem reſpondemus, vel iſtud remedium non proficiſci ab illo interdicto, vt ſupra longè diſcuſſum fuit, vel non eſſe illud interdictum poſſeſſorium inquantum ius nunciandi concedit: nam & quædam interdicta proprietatis dantur. l. 2. §. quædam. de interd. gloſ. in princip. Inſtit. eo. tit. in ver. maximè. Et facit ad rem noſtram, d. §. quædam, dum vult illa eſſe proprietatis interdicta, quæ iuris ſui tuendi gratia dantur, qualis vt plurimum eſt nunciatio. Vel demum dici poteſt, quòd etſi remedium hoc poſseſsorium eſset, non tamen neceſſario poſseſsionem ſupponeret penes agentem, quia interdictorum multa ſunt acquirendæ, multa etiam recuperandæ, quale fortaſse erit iſtud, quaſi per nunciationem præparetur via agendi contra nunciatum ad poſseſsionem acquirendam vel recuperandam. Sextò addebam ego nouam rationem, & ni fallor non
147 ſpernendam: namque nuncians † comparari poteſt vim facienti, per tex. in d. l. ſi prius, ſecundo reſp. Ex quo fortè non eſset
148 incongruum tentare † contra iniuſtè nunciantem competere interdictum de vi turbatiua, quia is impediat nunciatum vti ſua poſseſsione. Ad quod faciunt, quæ communiter traduntur in hoc princip. infra in fi. per Bar. & alios, Nunciato contra nunciantem per iniuriam, dari doli mali & iniuriarum actionem ad id, quod ſua interſit, turbatum non fuiſse. Et melius facit tex. in l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſeru. vend. l. penultima, in fi. de acquir. poſseſs. l. tertia. §. ſecundo, vti poſſid. qui textus forſitan interpretandi ſunt de impediente ædificari in ſolo ædificantis per noui operis nunciationem, quod tamen non affirmo. Sed cum hæc iure permittente fiat pro rerum ſuarum conſeruatione, uidetur di

cendum eodem caſu permitti, quo & vis. Sed hæc non conceditur, vt noti iuris eſt, niſi pro poſſeſſione defendenda, vel incontinenti recuperanda. l. 2. §. eum igitur, de vi & vi arm. quod non reperitur conceſſum pro ſolo dominio, quinimo expreſsè denegatur in d. §. eum igitur, & in d. l. ſiquis in tantam. C. vnde vi. cum ſim. Ergo idem in nunciatione, vt tantummodo poſſeſſionis non dominij cauſa concedatur. Reſponderem comparationem illam nunciantis & vim adhibentis in d. l. ſi prius, procedere ſolum ratione effectus impediendi ædificium, non ratione modi, cum vnus ſit iuridicus, alter omnino reprobatus: conſequenter nec procedit ratione cauſæ, & ideo non erit incongruum nunciantem prætendere cauſam dominij, nam etiam frequenter fit, vt vis de facto a domino non poſſidente adhibeatur, ſolum differunt, quia altera ſit reprobata, altera verò permiſsa. Quædam alia addit hic Alc. ex c. vnico. §. quid ergo. de inueſt. de re alie. nec non ex notatis in l. & in prouinciali. C. de ſeru. & traditis infra in l. tertia, hoc titu. quæ non curo referre quia parum faciunt, neque intendo ſuper ſingulis inſiſtere. Pro contraria opinione primo Iaſ. ponderat tex. in d. §. meminiſse. quod etiam animaduerterat ibi Imo. & viſus eſt ſentijſse Bart. in pri-
149 ma oppoſitio. namque cum dicat tex. nunciationem † eſse neceſſariam, quando ædificator poſſidet, videtur duplici ratione concludi, nunciantem non poſſidere, tum quia neceſsariam, inquit, eſse nunciationem, & ſic omni remedio erat deſtitutus, etiam poſseſsorio: tum quia nunciatum poſſidere dixit, ergo non qui nunciat, argumento leg. tertiæ. §. ex contrario de acqui. rer. poſseſs. Iaſ. dupliciter ſoluit, ſed neutrum probat. Diſputandi gratia non aliter reſponderem, quàm ibi agi de poſseſsione ſoli, non iuris ſeruitutis; pro quo conſeruando nunciat, ita videtur voluiſse Ruy. licet non ſatis expreſserit. Et eſt porrò ex mente Bartoli in lege, & ſi fortè. §. primo, ſi ſeru. vend. Nec obſtat ſiquis oppoſuerit ex Iaſ. quod ità ille tex. inutiliter conſuleret nunciari, quaſi nihil iuris amittatur, ſiquidem amitteret illam quaſi poſseſsionem iuris, per illum textum, & dictũ §. in operis, infra hac lege. Namque reſponderem primò ex ſenſu Bartoli in dicta lege, etſi fortè. §. primo, qui voluit poſſeſsionem iuris non amitti, ſed ſolum loci in quo ædificatur, quicquid alij contra ſentiant in d. §. in operis, & in d. l. meminiſſe, vbi etiam Bar. in prima opp. viſus eſt titubaſse, admittendo

cum

eum glo. per nunciationem perdi etiam iuris poſſeſſionem, ſed
non eſt hic locus, vt plenè de hoc diſputemus, ſatis ſit oſtendiſſe
in viam diſputationis ex eodem Bar. ſuſtineri eius opinionem.
Vel ſecundò dicerem obiectionem iſtam ex Iaſ. non obeſſe, quia
conſilium totum illius tex. ſit de conſeruāda poſſeſſione ſoli quā
do alio remedio defendi poteſt, ſed cum quis in ſuo ædificat re-
medijs illis ceſſantibus, remanet hoc vnum nunciationis noui
operis, quod ab alijs differt, quia hic ceditur poſſeſſione, in alijs
retinetur; & iſtud videtur voluiſſe, dum ait neceſſariam eſſe nun
ciationem. Secundò idem Iaſ. argumentatur ex d. §. in operis, pō
derando, quòd vult nunciatione nunciantē amittere poſſeſſionē,
ſed ſi amittitur poſſeſſio, inutiliter requiritur; & ſi eam in aduer
ſarium transferimus, quomodo nunciādo dicemus loco cauſæ,
quia poſſidemus? eſſet enim expreſſum mendacium. Reſpondet
151 idem Iaſ. poſſeſſionem † non amitti ſola nunciatione, ſed ſecu-
ta demum ſatiſdatione; ita videtur tex. expreſſus in l. ſi alij. §. Iu-
lianus. quod vi aut clam. ita firmat Cuma. in d. §. in operis, & d. §.
meminiſſe, vbi res iſta diſputari ſolet. Vt dicam, quid ſentiam
circa hoc, non puto recedendum ab opinione contraria, quæ
* communis * eſt, nam non vnus eſt poſſeſsionis † effectus, vt poſ
152 ſit quis ad libitum ædificare, & de ſua poſseſſione diſponere,
ſed & alii plures, videlicet perceptionis fructuū, & vſucapionis, l.
bonæ fidei, de acquiren rer. dom. item vt poſſeſſor prouocetur,
non autem ipſe prouocet ad iudicium. l. fi. C. de rei vend. §. com-
modum. Inſtit. de interd. Item vt remedia turbatiua, & retinen
dæ poſſeſſionis intentare poſſit, & inutiliter contra eum inten-
tentur, præſertim ab eo à quo poſſidet, l. j. cum toto tit. vti poſſ.
At ſi diceremus, nunciatum non poſſidere niſi à die ſatiſdatio-
nis ante eam omnibus iſtis vtilitatibus careret, quod non vide
tur dicendum, nam poſt nunciationem vſucapit. l. pen. pro em-
pto. ſic etiam percipiet fructus, conuenietur, non autem ipſe cō-
ueniet. l. vn. C. eod. Et habebit omnia remedia retinendæ; ſolū
ceſsabit effectus iſte ædificandi pro libito; quod non videtur
facere quominus ſit poſseſsor in reliquis, ſicut etiam lis mota,
vel appellatio pendens, vel litigioſi vitium, quæ omnia ſolent
innouationem impedire, non tamen poſseſsorem mutant. Sed
quoniam iſte etiam effectus ædificandi, & diſponendi ad libitū
videtur ad libertatem poſseſſionis ſpectare, l. 3. § 2. vti poſ. & ibi
153 per glo. ideò cum nunciatus † hoc conſequatur per ſatiſdatio-

nem dicitur in d.§. Iulianus, ab ea ſatiſdatione poſſidere, quia tunc liberius poſſidere incipit. Sed & ſi opinio Cum. & Iaſ. vera eſſet, non tamē propterea videretur ſoluta difficultas, quia illud idem inconueniens, quod in argumento notatur de nunciationis tempore militaret in ſatiſdatione, nō enim videri poſſet prudentis legislatoris fuiſſe imponere neceſſitatē poſſidendi ei, qui mox per ſatiſdationem aduerſarij deberet poſſeſſione carere. Ego verò reſponderem nec ſine ratione poſſeſſionem requiri in nunciante ante quàm nunciet, vt ex ratione Bar. apparet, vel quia ſimus in iudicijs poſſeſſorijs, vt dicebat Alc. vel etiam adderem vt eam in aduerſarium transferre poſſet nunciando. Nec etiam ſine ratione eſſe, vt ex nunciatione nunciato acquiratur, tū quia in hoc releuari debet, qui in intermittendo ædificio grauatur, tū quia nunciatione videatur ad iudicium tanquam reus prouocatus, & ideò poſſeſſor conſtitutus, hanc puto veram fuiſſe rationē ad d.§. in operis, qui ſecundū hæc nullum continet inconueniēs. Quinimò ad abundantiorem diſcuſſionē, videtur tex. ille poſſe ꝓ opinione Bar. probabiliter ponderari; nam ſi per nunciationem aduerſarium poſſeſſorem facimus, ante nunciationem ergò noſtra erat poſſeſſio, ob vulgare illud, Nemo dat quod non habet. §. oportet. Inſtit. de act. l. nemo plus iuris de reg. iuris. Sed & huic
154 ponderationi tenendo cōmunem, reſponderi poſſet, facere† poſſeſſorem intelligi quemlibet aliquo ſuo facto efficientem, vt alius poſſideat, etiam ſi is non poſſideret, vt eſt Prætor dando poſſeſſionē bonorum, vel Iudex immittendo in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, vel ſententiæ exequendæ gratia per primum, vel ſecundum decretum, iux. tradita in d. l. ſi finita. §. Iulianus, infra de dam. inf. & in l. 3. §. genera. de acquir. poſſ. Sic etiam qui agit rei vendicatione poſſeſſorem aduerſarium facere videtur, ſecundū multos, cum tamen ipſe nequaquam poſſideat, de quo tamen late diſputari ſolet in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. ita in caſu illius tex. nuncians poſſeſſorem facit nunciatum, in quantum quaſi proteſtatur ſe illum in iudicium prouocaturum, nam & nūciationem vim habere citationis ac prouocationis ad iudicium, vult Bar. & cæteri in l. de pupillo. §. ſiquis ipſi, infra eo. non autem illud dictum fuit, quia voluntariè, & quaſi actu ipſo poſſeſſionem in nunciatum transferat. Ex quo notari poteſt ſolutio oppoſitionis, quam ibi facit Bar. quò fiat vt nuncians, qui ſeſe ædificanti opponit, faciat ipſum poſſeſſorem.

Tertiò

155 Tertiò vltra Iaſ.allegat Ruy.l.pen.pro empt. vbi habetur, per nunciationem noui operis nõ interrumpi præſcriptionem iam cœptam, ita ſummat ibi Bar.& cæteri. ergo nunciatus ante nunciationem poſſidebat non nuncians, cum ſine poſſeſſione vſucapio contingere non poſſit, l.ſine poſſeſſione, de vſucap. Nec capit ille tex. ſolutionem, ꝙ nuncians poſſideret ius ſeruitutis, & nunciatus ſolũ, namque nunciat ibi dominus areæ cõtra eam præſcribentem, & ſic quod de ſeruitute ſubintelligeretur, nedum eſſet diuinatiuum, ſed deſtrueret integrum tex. eiuſque diſpoſitionem. Reſpondetur Bar. noluiſſe nunciatum verè poſſidere, ſed ſatis eſt ſi poſſeſſionem prætendat penes ſe eſſe ad ædificium impediendum, quod ſi poſtea non oſtenderit, & remiſſio nũciationis fiet & à cauſa cadet, atque verum erit, quod ait ille tex. vſucapionem ſolo actu nunciandi non fuiſſe interruptam, ſed ædificium interim verè fuit ſuſpenſum, quia eam cauſam nuncians prætendebat, in qua merebatur ad obtinendum contra ædificãtem, ab initio audiri. Quartò idem Ruy. ponderat, ꝙ ſi opus eſset nunciantem poſſidere, ſemper iuſtè nũciaretur, quia nemo debet in re ab alio poſseſsa ædificare, vel aliud facere inuito poſseſsore, & tamen in tex. noſtro & alibi dicitur nunciationem ſubſtineri, ſiue iure, ſiue iniuria facta ſit. Facilis eſt reſponſio, vt hic per Florent. quinimò ex eodemmet Ruy. qui paulò ante declarauerat ex mente Bar. cauſam poſseſſionis allegandam licet poſtmodũ nõ probaretur, quo caſu verificatur, vt in tex. iſto quod quis iniuſtè nunciaſset, & tñ nunciatio valeret: ſatis enim eſt concludentẽ cauſam pretendi, vt inquit Bar. licèt in proſecutione nõ vera ꝓbetur. Quintò idem Ruy. mouetur ex limitatione, quam Barto. mox tradit, ſcilicet nunciari poſse ratione ſolius dominij, quoties opus quod fit, præiudicium pararet in rei vendicatione, de quo infra. At Ruy. animaduertit ſemper domino tale prĕiudiciũ
156 parari, quia cum is debeat † bonæfidei & interdum etiam malĕfidei poſseſsori impenſas fabrorum & ĕſtimationem rerum reficere, & eo nomine poſseſsori detur aduerſus dominum vendicãtem retentio. §. ex diuerſo. Inſtit. de rer. diuiſ. l. in fundo, vbi Bart. de rei vend. videri poteſt ſemper eſse caſus, vbi dominus nũciãs ſit audiendus. Reſp. tunc ob dolum actoris reum habere retentionem, qui ideò doli mali exceptione tuetur, vt in d. §. ex diuerſo. ſic itaque dominus culpa ſua ſibi nocuit non rei mutatione, ſed
157 Bar. in ſua limitatione videtur cõpræhendere † ſolos caſus, quãdo ex

do ex opere quod fiebat, proprietas alterationem ſumeret, vt ſi Eccleſia, vel ſepulcrum ædificaretur, quo caſu ſolum factum ſacrum vel religioſum vindicationem ex integro tolleret, l. inter ſtipulãtem. §. ſacram, de verbo. oblig. Addi poteſt, in caſu Ruy. dominum præiudicium non pati ſoluendo æſtimationẽ eius qđ petit, cum loco pretij, quod ab eo abeſt, ꝗ rem conſequatur, iux. tradita in l. ſi & rem. de pet. hæred. at ſecus eſt in caſu Barto.

Sextò allegat tex. cum glo. in §. iuris noſtri, infra hac l. vbi habetur eos poſſe nunciare, ad quos res pertinet, ſed pertinere res dicitur nedum ad eos, qui poſſident, ſed etiam multo magis ad dominum, l. verbum illud, de verb. ſign. plus enim dominus in re iuris habet, quàm poſſeſſor. Facit etiam l. vni. §. ius is autem, de remiſs. vbi expreſſe continetur, eum habere ius nunciandi, qui dominus ſit. Reſp. cum ſimus in remedio poſſeſſorio, ſupponi ſemper in his, & ſimilibus ll. res habilis, & ſic poſſeſſio ex parte nunciantis, atque ita ſentijt Bar. Nec obſtat d. §. ius is autem. vbi de dominio fit mentio non ad differentiã poſſeſſionis, ſed ſeruitutis, quo caſu non dubito quin poſſeſſionem comprehendere poſſit, vt in d. §. meminiſſe. Sic etiam poſſet diſputationis ergo omnia reſolui. At pro veritate † arbitror non recedendum à

158 communi tanquam æquiori ſaniori & iuri magis conſona. Primò moueor, quia in caſu iſto ceſſat ratio illa prima Bar. qua ſola ductus fuit in hanc ſententiã, quòd non ſit poſſeſſor impediẽdus vti ſua poſſeſſione, vt apparet ex iam dictis. Secundò quia clarum eſt, iura permittere nunciari contra poſſidentem & à nõ poſſidente, prout ſæpè Barto. confeſſus fuit, ſed ſi diceremus ſatis eſſe allegari cauſam poſſeſſionis, licèt falſam leges expreſſè permitterent mendacium, nam ponamus me videre alium ędificantem in re mea à me non poſſeſſa, ſed tamen quam vindicaturus ſim quis impediet quin ego ędificanti nunciem fictitiam cauſam poſſeſſionis allegando? ſatis enim mihi conſecutus videbor ſi ædificium ſuſpenditur, quod nõ eſt veriſimile leges permiſiſſe, quia non debet inde iniuria oriri, vnde iura proficiſcuntur. Tertiò ſæpè ſupra dictum fuit, nunciantem actiones ſuas proponere debere, ſi cupit nunciationem expediri, namque nunciatus, vel præſtita ſatiſdatione, vel obtenta remiſſione ædificabitat, ſi ille cauſam tantùm poſſeſſionis allegare deberet, ſibi viã præcluderet, vt nõ niſi poſſeſſoria iudicia intẽtare poſſet: quodcunque enim petitorium proponeret, obſtare poſſet exceptio

non

non ritè factę nunciationis: alioquin ſequeretur vt nuncians per ementitam poſſeſſionem, quod cuperet obtineret. Quartò l. de pupillo, §. & belle, alias. §. ſextus Pedius, infra eo. vbi nunciationis cauſæ ad tria capita rediguntur, vt certè non dubitem quemlibet illis vtentem audiendum eſſe, ſed ex illis nulla eſt, quæ poſſeſſionem requirat. Prima enim eſt cum in noſtras ædes quis immittit aut in noſtro ædificat, quod pronomen, noſtrum, ad ſolá quoque dominij cauſam extẽdi quis dubitat? & probatur ex ijs, quæ ſupra late de æquiualenti dictione, meum, ex communi interpretatione deducta fuerunt. Secunda cauſa eſt, quoties quis pu-
159 blicam † prætendit vtilitatem, quod ſtatim in §. ſeq. melius declaratur. Et hic certè nemo dicet allegãdam eſſe poſſeſſionis cauſam pro nunciatione ſubſtinenda, nam pro illis rebus tuẽdis datur quorum poſſeſſio nullius priuatorum iure eſſe poteſt, nec fortè etiam ipſius vniuerſitatis, l. j. in fi. de acquiren. poſſ. vbi ſcribentes, l. 2. §. j. ne quid in lo. publ. Quinimò diceré, quod ſicut eo caſu competit nunciatio pro defenſione publicæ tantum proprietatis, nullo habito reſpectu poſſeſſionis, ita quoque in prima & ſecunda cauſa, quæ priuatum reſpiciunt commodum, pro legitima cauſa ſufficiet ſuæ cuiuſque proprietatis defenſio. Tertia eſt cauſa, quando contra ſeruitutem rei ſuæ impoſitam ædificator faciat, ſufficit igitur ſeruitutem fuiſſe impoſitam & ſic nuncianti deberi, non vt etiam in eius quaſi poſſeſſione ſit. Quintò plurimum me mouet d. l. vni. §. ius is autem. de remiſſ. vbi dominij nõ poſſeſſionis qualitas in nunciante exprimitur, ſic & tex. in d. §. iuris noſtri, hac l. non ſatis benè fuit ſupra euacuatus. Tandem d. §. meminiſſe, ponit vt dici ſolet, gladium ad radicem, iunctus cũ d. l. & ſi forte, §. j. ſi ſeru. vend. Nam in d. §. meminiſſe, habetur neceſſariam eſſe nunciationem, quando quis in ſuo facit, quod nobis noceat, quia tunc ceſſent nunciationes per Prætorem, & lapilli ictum: at ſi hunc caſum intelligeremus de eo, qui diceret ſe eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, non vtique ceſſaret illa per lapillum, vt in d. l. & ſi fortè. §. j. Ne igitur vir prudentiſſimus Vlpianus (cuius vtraque eſt lex) parum ſibi cõſtans videatur, dicemus in d. §. meminiſſe, intelligi hunc caſum de non poſſidente ſiue ſo-
160 lum, ſiue ius ſeruitutis. Hæc communis opinio limitanda† eſt, ſecundum Imo. quoties manifeſtè appareret nunciantem poſſidere, nam tunc niſi per nunciantem probabilis cauſa ſuæ poſſeſsionis deduceretur, per quam minueretur fides poſſeſ-

ſionis

ſionis nunciati, excludendus eſſet à nunciatione. Sed ita concederetur ferè Bar. opinio. Idcirco limitationem hanc non admitto, præſertim cum etiam rationes ſupra adductæ probent, dominum nunciare poſſe manifeſto quoque poſſeſſori. Suam Bar. opinionem putauit tripliciter reſtringendam, cuius dicta, cum cõmunem magis confirment, ſunt breuiter percurrẽda. Primò, in-
161 quit, cauſam, † quia poſſideo non eſſe exprimendam, quando ædificans à me vi clam vel precario poſſideret, per l.j.§.fi. cum ſeq. vti poſſ. qui tex. probat poſſidentem vi, clam vel precario, cõtra eum à quo poſsidet haberi pro non poſseſsore. Cæterum nõ videtur ſufficiens iſte tex. quia nuncians nunciando quaſi renũciare videtur ędificanti poſſeſsionem, ſiquam habebat, d.§. in operis, videtur ſentijſse hanc difficultatem, & ſoluiſſe, quòd nun-
162 ciants† voluntariè non renunciat, ſed quaſi coactus, vndè nunciatus vi poſsideat, quod tamen ſupra non omninò probauimus, & ſecundum ibi dicta poſſet ſubſtineri, nũciantem volũtariè à poſſeſsione diſcedere, quo ſtante redderetur dubia hęc limitatio, eo nempè prætextu, quòd ædificator quamuis vi, clam, vel precario poſsideat, tamen ex conſenſu, & facto ſuperueniente prioris poſſeſs oris videatur ſua poſseſsione confirmatus. Sed hoc penitus non firmo: videndum enim eſset pro pleniori diſcuſsione, an nũ-
163 ciando quis † renunciet poſseſsorijs remedijs, quæ ſibi antè cõpetebant. In quo proculdubio crediderim non renunciaſse remedijs recuperandæ acquirendæve, ſed forſitan ſolum retinendæ. Quamobrem, cum non noceat priori poſseſsori recuperanti poſseſsio ſecundi vi, clam, vel precario obtenta, vt in d.§.fi. neque etiam nocebit, quominus ille nunciare poſsit, & ſic quantũ ad hoc ſtabit firma limitatio Bar. Circa quam rurſus dubitatur,
164 an nuncians † debeat exprimere vltra dominij cauſam, etiã hãc quod ædificãs à ſe vi, clam, vel precario poſsideat? Non benè ex Bar. percipitur quid ſenſerit, nam ea ratione, qua in concluſione principali vtitur, videtur eſse exprimenda, cum velit concludentem exprimi debere, & ita tenent Ruy. Horman. & Pariſ. hic Verum ex mente Bar. poſset ſubſtineri, ſufficere ſolam cauſam dominij, ut patet ex textura verborum ipſius: qualitas autem hæc ſatis erit, ſi in procuratione nunciationis oſtendetur, puta ſi nunciatus ad ſui defenſionem ſe poſsidere allegaret, vt videtur eſse in caſu d. §. fi. l. j. vti poſsid. Sed tamen, quicquid ſit de mente Barto. mihi ſanè videtur limitatio hæc non benè dictata per eum &

alios:

alios: nam volunt ſufficere hoc caſu cauſam dominij, per d.§. fi. in quo tamen de dominio nihil, ſed de anteriori tantum poſseſſione agitur. Si enim voluero tuam poſseſsionem infirmare, qa clam, vi, vel precario à me poſsideas, non releuat, ſi me dixero dominum ac probauero, ſed ſi poſseſsorem anteriorē. Quapropter inferendo ad caſum noſtrum dicerem, ſtante principali conclusione Bar. quod nuncians debeat cauſam poſseſsionis prætendere, idem in caſu præſenti, in hoc autē differat à regula, quod cum in ea contineatur cauſam de præſenti poſseſſione allegandam eſse, hic admittitur ſi probauerit de præterito, ob illam nūciati qualitatem, hoc pacto, Nuncio nouum opus, quia in eo ędificatur, quod contra me vi, clam, vel precario poſsidetur. & nihil erit immiſcendum de dominio, ſic potius ampliationem, quàm limitationem ad d. regulam Bar. faciet. Sunt qui ex hac limitatione arguunt contra Bar. in principali concluſione: nam ſi quādo
165 † vi à me poſsides, non teneor poſseſsionis cauſam allegare, nūquam tenebor, quia ſemper nunciatus à nunciante vi poſsideat, vt declaratur in d.§. in operis. Soluit Alc. quod nunciatus nunciatione ipſa vi poſsideat ius ædificandi, non locum in quo ædificatur, quod tamen expreſsè eſt cōtra Bar. in d.l. & ſi forte. §. j. ſi ſer. vend. Ego verò ſoluerem (vt ſupra dixi) negando nunciatum ex nunciatione ſola vi poſsidere, niſi ea ſpreta in ædificando perſeueraret, ut in d.l. j. §. quid ſit vi. quod vi, aut clam. Secundò gene-
166 ralius limitat, quoties † per ædificium proprietati rei præiudicium aliquod pararetur: dat exemplum, ſi in re mea ab alio poſſeſſa ædificaretur ſepulcrum, uel eccleſia, uel ſi per tale ædificiū ſeruitus mihi debita tolleretur, uel deterior fieret, arg. l. ſunt perſonæ. de relig. & ſumpt. fun. Conſonat pro hoc exemplo, quod
167 idem† Bar. dicit & alij ſequuntur, in l. ſi ita quis. §. ea lege, de uerbo. oblig. quod ſimpliciter prohibitus alienare per contractū, quamuis poſsit in ſingularem ſucceſsorem transferre non obſtāte dicta prohibitione, tamen poſset creditor ob illud pactum impedire alienationem in eccleſiam, quia durior ſibi paratur uia recuperandi, ut hic per Sayſel. quod per Alc. extenditur ad feu-
168 datarium, † ſuperficiarium, emphyteutam: qui quamuis impediri non poſsint à domino ſeruitutum cui magis illis libuerit cōcedere. c. 8. §. quid ergò, ubi Bal. de inueſt. de re alie. l. & in prouinciali, ubi DD. C. de ſeru. & aq. gl. ord. in l. 2. de ſeruit. Iaſ. in l. 2. infra eo. & in §. item ſeruiana. Inſtit. de act. tamen à domino impe-

direntur

direntur, ſi eccleſiæ ſeruitutem conſtituerent, ne quādo vtile do minium cum directo conſolidato eorum cauſa durior pro liber tatis recuperatione fieret, vt hic per Alc.nu. 118. Sed contra hoc exemplū Bar. opponit hic Soc. de eadē l. ſunt perſonæ, in fi. nā
169 ſi verū eſt, fauēdū † religioni cōtra ſtricti iuris regulas, vt inquit tex. fauendū etiam erit ædificanti ſepulcrum vel eccleſiam, vt mi nus ei quàm cuiquam alij nunciari poſſit, nō autem ecōtra. Sed facilis eſt ſolutio, nam lex quæ præuidet religionis fauorem, li bentius impedit nequid pro ea in alterius iniuriā inducatur, ſcit enim inductū difficilius poſtea tolli poſſe, l. patre furioſo. de ijs qui ſui, vel al. iuris ſunt, cum ſim. & eſt trita iuris regula. Duo alia
170 exempla ſubdit Alc. primum, ſi dominus† probabilem ſpem ha beat ex aliqua exiſtenti cauſa poſſeſſionem recuperandi, vt ſi ob ſolam contumaciam illa priuatus fuiſſet, ſecundum ſi dominus
171 † iam petitorium iudicium inſtituiſſet, nam tunc ſibi licebit ſo la dominij cauſa nunciare, cum ſperet dominij ſententia pro ſe lata breui tempore poſſeſſionem quoq; habiturum, quæ require rent altiorem indaginem, præſertim iſtud ſecundum, cum in eo veniat inquirendum, an pendentia litis in petitorio præiudiciū aliquod facere poſſit in poſſeſſorio: quod cum nimis à re noſtra diſtet, libenter prætereibo, pro quo tamen curioſus videre pote rit Rip. poſt alios, in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 14. & 15. de acquiren. poſſ. Dec. conſi. 483. nu. 10. Caſſad. deciſ. 4. nu. j. vt li te pendente. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. caſu. 202. num. 18. cum alijs, quos citat Lancel. de attenta. parte 2. c. 4. limit. 2. nu me. 9. & ſupra tractauimus, an conteſtatio litis in cauſa principa li, pariat exceptionem in nūciationis proſecutione? Quod ſi ve ra eſſet hæc Bar. limitatio, videtur poſſe ſemper à domino impe diri ædificans, namque ſatis dilucidum eſt Prætorem fauere ædi ficijs conſtructis, ne diruantur, l. cętera. de leg. j. l. prætor. §. hoc in terdictum, infra eo. cum ſim. vt hic per Alc. & Soc. non curo re ſpondere, quia in concluſione principali à Bar. diſſentimus, vi deatis Alc. hic dupliciter defendentem. Tertiò limitat Bar. ſi no
172 torium † eſſet nunciantem poſſidere. Sed dubitatur, an tunc re leuetur ab onere reddendi quamlibet cauſam, vel potius ſolius poſſeſſionis? Et Florent. putarunt Bar. intellexiſſe de cauſa ſolius poſſeſſionis, quaſi voluerit notoriè poſſidētem cauſam dominij prætendere debere, ſi poſſeſſionis cauſam deducere ſperneret. Se neñ. contra, quòd imò Bar. voluerit generalius intelligere, poſſi-

dentem

dentem notoriè cauſam nullam allegare debere. Sanè ex textura ſuorum verborum Bar. videtur ſentijſſe de eo, qui dominij tantum cauſam dixit; vt ſi interrogetur inſuper de poſſeſſione non teneatur in caſu notorij eam dicere. Quantum vero ad rem ipſam, an notoria poſſeſſio nunciantis releuet eum à cauſa exprimenda ſi petita ſit, remitto vos ad ſupra tractata, vbi firmauimus contra Bar. & alios, eum teneri allegare, quæ inutiliter nunc
173 repeterentur. Inquantum † autem putat Alc. ſufficere, ſi dictũ ſit nũcio q̃a ædificas in ſolo meo, ea ratione quòd dictio illa, meo, poſſeſſiua ſit, Bal. in l. j. de ſtatu homin. ſolum animaduertendũ cenſeo ipſum tenere expreſsè in hoc circa Bar. qui in principio quæſtionis iſtius hanc formulam nunciandi damnauit. Et quamuis dictio illa, meo, poſſit ex vſu referri ad ſolam poſſeſſionẽ tamen, vt ex ſupradictis apparet, ſui natura & ſimpliciter enunciata dominium ſignificat, & ita ſentijt hic Bar. dubitari etiam poſ-
174 ſet, an qui ſolam † poſſeſſionis cauſam, nec quicquam de dominio prætenderet, rectè nunciare dicatur? Barto. non expreſſit, & dubitationem facere poterat d. §. in operis, quia non debeat ei patrocinari poſſeſſio, cui renunciauit. Item quia manifeſtè cauſa falſa videtur, cum nunciando non poſſideat. Tamen cum in pleriſque poſſeſſor domini loco habeatur, intantum, vt reale iudicium adinſtat domini per Publicianam intentet, atq; aliqui ex antiquis arbitrati ſunt tanti poſſeſſoris intereſſe, quanti res ipſa ſit. l. 3. §. fi. vti poſſ. putarem, ſolam hanc poſſeſſionis cauſam ſufficere, prout etiam moderniores crediderunt. Ad oppoſita autẽ de d. §. in operis, ex dictis Bar. ibi & aliorum, facile eſt reſpondere; Vel etiam ex ijs, quæ proximè dicebamus in præcedenti limitatione.

175 Octauò quærit, an † veritas cauſæ ſit in iudicio probanda? Hęc quæſtio ſucceſſiuè venit ad ſuperiorem. quam ſoluit diſtinguendo, vt per eum, ex cuius dictis colligo primo nunciatione
176 † facta tripliciter contingere de ea diſcuti in iudicio, quod ipſe ſatis manifeſtè dixit, quamuis alij non animaduertant. Primus modus eſt agendo interdicto reſtitutorio, ſed tamen iſtud non competit niſi poſt nunciationem fuerit ædificatum, vt in d. l.
177 prætor. §. j. infra eod. Secundus, vt nuncians † immediatè agat cõtra Siunciatum petẽdo nunciationem cõfirmari, quę res aliquã habet difficultatem, vt apparet ex eodemmet Barto. in l. de pupillo. §. qui opus, infra eo. Vbi inquit, Andream de Piſis tenuiſſe

A a contrarium,

contrarium, quia confirmatione non ſit opus in nunciatione ſatis per ſe firma, & quæ ſuum producit effectum, quod tamen ipſe reſpondebat; ſed alijs medijs confirmatur ea opinio à Cum. & Iaſ. ibi, & Alc. hic. Equidem crediderim non eſſe denegandã nuncianti confirmationem, ſi eam petierit, nã & ab initio ſi viã iudicis elegiſſet, potuiſſet per eum nunciare. d. l. de pupillo. §. me
178 miniſſe, infra eo. Et quamuis eligens † viam iuris cenſeatur renunciare remedio facti, l. mulier. §. fi. de eo quod met. cau. Bal. in l. 2. nu. 34. C. de ſeru. & aq. Dec. conſi. 460. in prin. Soc. iun. conſil. 122. nume. 12. lib. 1 non tamen ita facile econtra viam iudicij amittit, qui primò extraiudicialem elegit: æquum enim eſt, vt de minori remedio ad maius poſſit quis tranſitum facere, non econ-
179 uerſo. Veruntamen † contra Barto. & cæteros crederem remedium hoc non eſſe in factum, vel alterius ſpeciei actionem, ſed ſimplicem confirmationem nunciationis iam factæ, non ſecus quàm ſi nunc de nouo per Iudicem nũciaretur, ex quo fiet vt neque citatione opus erit, neque libelli oblatione, neque conteſtatione litis, nec alia iudiciali ſolemnitate. Quinimò, quod plus
180 eſt, putarem † etiam non eſſe recipiendas exceptiones nunciati, vt in actionibus tractandis fieri ſolet. Sed ſi voluerit dicere ſe grauatum & nunciationem iniuſtam, agat iure ſuo petendo remiſſionem, vt ait noſter tex. & ſimil. Ex quo fiet, vt non vera ſit opinio Bart. hic dicẽtis hoc caſu cognoſci debere de veritate cauſæ, de quo iterum infrà. Et ita firmãdo videntur iura ſimpliciori via interpretari, cum de hac Barto. actione in factum nullum vnquam verbum in tota hac materia reperiatur, quod mirum quidem eſſet, præſertim cum eo tempore actionum ſolemnitates maximè eſſent in vſu. Nec obſtant quædã leges, quæ in iſtũ ſenſum à quibuſdam interpretari ſolent, vt eas colligit & ſoluit
181 Ruy. in d. §. qui opus. Quod autem † ibi dicitur de iuramento calumniæ à nunciante præſtando, non probat formam actionis,
182 tum quia iuramentum † illud poſſit etiam extraiudicialiter præſtari, vt ibidem Ruy. dicit ex glo. in l. 2. §. ſiue autem. C. de iuram. calum. tum etiã quia ille tex. longè aliter eſt intelligendus quàm Barto. vel And. de Piſis, vel alij intellexerint, vt nos latius demonſtrauimus in noſtra Epitome ad vniuerſum hunc titulum quam habuiſtis iam, & pluribus declarationibus auctam habe-
183 bitis iterum. Tertius modus diſcutiendi de nunciatione † in iudicio eſt, impediendo remiſſionem, & iſte eſt verus & ingenuus,

ſecundum

ſecundum l.noſtram,& totum titulum, totamq; materiam, videlicet vt nunciatus, qui ſe per nunciationem ſenſerit grauatum, petat eam remitti eo prætextu, quod iniuſta ſit, cōtra excipiet nũcians aſſerendo iuſtam, & ſic de viribus cauſæ cognoſcetur. Vltra hæc ſentijt Bar. nulla alia dari remedia cognoſcendi de nunciatione in iudicio, alioquin longius extendiſſet ſuam diſtinctio-
184 nem. Cogitate, an poſſit contingere, vt de ea cognoſcatur † per modum exceptionis, ſi quando nunciatus, vel nuncians ſuas actiones proponeret, quaſi alter contra alterum prætenderet non eſſe audiendum, niſi opere reſtituto, vel nunciatione remiſſa: ſupra enim firmatum fuit, per litis conteſtationem non intelligi receſſum à nunciatione. Ad quod facit, quia attentatorum iudicium, cui maximè hoc noſtrum comparari volunt Interpretes (vt ſupra vidiſtis) proponi atque cognoſci poteſt etiam incidenter per modum exceptionis, ſeu replicationis, vt poſt Imo. dixit Franc. in c dilecti. 3. num. 9. de appel. Anguſ. conſi. 3. lib. 4. num. 17. Lancel. de attent. parte 3. capitu. 21. in fi. Item cogitandum eſt, an poſſet de iure nunciationis agi eo iudicio, quod nunciãs intentaret contra fideiuſſorem nunciati in caſu, quo ſatiſdederit; Vel econtra in interdicto prohibitorio, quo vteretur nunciatus, qui poſt ſatiſdationem impediretur, iux. tex. in l. prætor. §. de-
185 inde, infra eod. Secundò colligo, † in iudicio interdicti reſtitutorij non admitti nunciatum ad probandum ius ædificandi ſibi competijſſe, vt in hoc princ. & in §. ſed ſi is cui. qui tamē tex. nō ſatis concludenter probare videtur: non enim ſequitur, nũciatus non admittitur ad agendum, ergo nec ad excipiendum, cum notum ſit longè plura prodeſſe excipienti, quàm agenti, l. iuriſgentium. §. igitur nuda, de pact. ſed melius probat tex. in d. l. prætor, in princ. & §. j. Itaque ædificanti poſt nunciationem, denegatur omnis audientia, niſi prius opere reſtituto. Vtiliter dubitat hic
186 Ruy. & alij poſt eum, quid ſi nunciatus † qui ædificauerat admiſſus iam fuerit ad probandum iura ſua, parte nihil opponente de opere non reſtituto, an poſt probationes amiſſas erit nuncians audiendus, qui velit antè omnia ædificium reſtitui? Supra in tex. fuit de hoc caſu ſimul cum Iaſ. tractatũ, qui reſponſo quodam Baldi motus voluit de reſtitutione non eſſe amplius agendum: & ita hic tenent Ruy. Horman. Alc. Socin. & cæteri om-
* nes, * vt iſti teſtantur. Pro hoc ponderabat tunc Iaſ. caſus plures ſimiles. Addit Ruy. quòd nuncians, qui potuit opponere ex-

ceptionem non reſtituti ædificij, videtur tacitè renunciaſſe huic
187 exceptioni, ſicut in ſimili, qui cõtra † agentem de nullitate ſententiæ potuit opponere exceptionem rei iudicatæ, ſi patitur agi de ſententiæ validitate, uidetur illi exceptioni renunciaſſe, vt hic ille probat ex Inn.& Alex.ſed res egeret altiori tractatu. Iudicio meo plus facit, quod ipſe excitat, & alij ſequuntur, de l.iuriſgen tium.§.ſi paciſcar.de pact.vbi in ſpecie habetur, licere nuncian-
188 ti à nunciatione recedere, ſed ſi † expreſsè id poteſt, cur nõ etiã tacitè? argumento tractatorum in l.cũ quid, ſi cert. pet. Pro pleniori autem intelligentia diſtingui poterunt tres caſus. primus,
189 quando exceptio † propoſita fuerit de ædificio non reſtituto, ante litis conteſtationem in cauſa principali, vel etiam poſt ſed ante receptas probationes, ſecundum opinionem quam ſupra firmaui in tex.licet contra communem, & tunc ſi iudex, vel ea exceptione expreſsè reiecta ad vlteriora procedendum interlocutus ſit, vel etiam tacitè abſque interlocutione ad receptionem proba
190 tionum proceſſerit. Nam per † proceſſum ad vlteriora, cenſetur facto ipſo propoſitas exceptiones reijcere, Rom.cõſi. 284. Alex. conſi.100.conſi.38.lib.5.Fel.in cap. ſuborta. de reiudic. dubitari poterit, an iſtæ probationes attendi debeant, vel potius reijci, quaſi inutiliter propoſitæ ſint, cum conſtet contra nunciationẽ feciſſe. Et ibi firmauimus eas volẽte iudice recipi poſſe, per l.ſciẽ dum, infra eod. Sed iterum vtiliter dubitatur (nequid de materiã
191 intactum excidat) quid ſi iudex † pronunciaſſet, procedendum ad vlteriora, cum clauſula, vt fieri ſolet, ſaluis, ſeu reſeruatis exceptionibus in fine cauſæ, an huius reſeruationis virtute poſt probationes liceat ante ſententiam peti dictæ reſeruationis executionem? Et pro hoc intelligendo videndum eſſet generalius,
192 clauſula † illa reſeruatoria in exceptionibus dilatorijs, ſeu præpoſterationis, qualis fortè hæc videbitur, quid operetur; Et quid in omnibus, quæ ante litis conteſtationem proponi ſolent? Qua in re etiam ſi Iudex non deberet facere huiuſmodi reſeruationem, Barto.& Alex. in l.ſi pupilli. §.ſi quandoq;.de nego.geſt. tamen quia vſu receptum eſt, vt frequenter fiat, videtur eam habere vim, vt in fine cauſæ cætera omnia acta ſileant quaſi facta non ſint, & ſuper hac exceptione iudicabitur. Barto. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento, numero 5. ad trebellian. Sicut in
193 ſimili clauſula, † ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, in admiſſione capitulorum, efficit ut impertinentia

ſemper habeantur pro non admiſſis; & nullæ ſint depoſitiones teſtium ſuper illis. DD. in c. cum contingat, de off. deleg. communem.* dicit Maran. de ord. iudi. parte 6. tit. de poſitione, & c. num. 23. Veruntamen arbitror in caſu noſtro, multum prodeſſe vt iudex probationum qualitatem cõſideret: ſi enim tales ſint vt manifeſtum, vel notorium efficiant, ex opinione communi, de qua ſupra apparet exceptionem hanc ceſſare: ſi enim exceptio notorij opponi poteſt contra agentem interdicto reſtitutorio, cur nõ etiam proderit eiuſdem notorij replicatio contra excipientem de eo interdicto? ſed etiam ſi tales ſint probationes, vt iure dubitari poſſit, ne pro ędificante ſententia ferenda ſit, congruũ erit ex æquitate quadam, & doli mali replicatione nunciantem eſſe repellendum, pręſertim ſi breui tempore ſententia definitiua ferri ſperaretur, faciunt, quæ mox dicentur in ſequenti caſu. Secun
194 dus eſt caſus, quando contra † nunciatum, qui ædificauit, & actiones ſuas proponit, excipit nuncians de opere poſt nunciationem facto non reſtituto, ſed hoc receptis demum probationibus ſuper iure ędificantis. Et tunc approbarem DD. ſententiã non eſſe huic exceptioni locum ob præſumptam renunciationem fauoris ſui, vt in exemplis eorum, quæ non curo referre. Neque hic procedit reſponſio, quod non conſentit, qui permittit fieri actum nullum: namque cum princialiter hic de eo iure probando agatur, receptio dictarum probationum non repugnante aduerſario non poteſt videri nulliter facta. Solum videtur obſtare, quod Ruyn. & alios perturbauit, quoniam reſtitu-
195 tio † attentatorum, huic noſtræ ſimillima, prout in tex. & tota materia DD. ſæpe dixerunt, fieri petique poteſt nedum poſt probationes receptas, vt ſentit tex. in cap. non ſolum. §. illæ verò, de appel. in 6. & ibi ſcribentes, & communem dixit hic Alc. ſed etiã
196 poſt cõcluſum † in cauſa, vt in deciſ. Rotæ 26. de app. in antiq. Butr. in ca. j. vt lite pend. & nouiſſimè per plura tenet Lancel. de attent. in 3. parte, cap. 23. nume. 23. Quinimò ſunt qui credide-
197 runt † etiam poſt latam ſententiam, Franc. in d. cap. non ſolum. Pro reſponſione Ruyn. hic negauit aſſumptum, ſcilicet in attentatis ſi conſtiterit per probationes attentantis de calumnia appellationis, poſſe nihilominus agi de eorum reſtitutione, prout interdum Rota firmauit, & tenuit Lap. quem citat Franc. in d.
198 capitu. non ſolum. Pro quo facit, quia attentatorum † reſtitutioni obſtat exceptio notorij, vt ad hoc multos citat Se-

 baſt.

baſt. Medic. in regula de attentatis, fallent. 46. lib. j. & comprobat ac plures teſtantes de communi * allegat longeq; declarat Lácel. in d. tract. parte. 3. cap. 24. q. j. per totam. & de hoc etiá ſupra in tex. Item facit, quia hic videtur poſſe habere locum regula exceptionis, quòd dolo faciat petens reſtitutionem eorum, quæ ſtatim ſit reſtituturus, vt docet Lancel. in d. c. 24. q. 10. in prin. & nume. 12. Vbi videtur ſentire admiſſioné probationum nocere attẽtatorum reſtitutioni, ſicut reſtitutioni ſpolij, quod plurimum facit pro Lapo & Ruy. & in ſpecie ita tenuerũt cum illis Pariſ. conſ.
199 41. nu. 37. lib. j. & Lancel. d. c. 24. q. vlt. nu. 7. Ex quo fit vt d. † ca. non ſolum. §. illæ verò, intelligi debeat de iniquitate appellationis re ipſa, non quatenus demonſtrata ſit in iudicio, vt hic p Soc. qui tribus alijs modis reſpondet, ad quem vos remitto. Verum doctrina hæc de attentatis egeret longiori diſcuſſione, cum variç in ea fuerint omninò ſcribentiũ opiniones, & quia perplures sũt, qui tenuerunt vſq; ad concluſum in cauſa de illis agi poſſe, Aſinius in praxi iud. §. 23. cap. 12. & plures citat Lanc. in d. parte. 3. c. 3. nu. 41. ideò vererer ne tanquam communior * illa in praxi obſeruaretur, vt videlicet receptio probationum niſi fuerit in cauſa concluſum, nõ noceat attentatorũ reuocationi, ſaltem vt attentata ſequeſtrentur quouſq; ſuper probationibus iudicatum fuerit, prout quàmſæpiſſimè in Rota obſeruatum fuiſſe oſtendit Lancel. in d. c. 24. q. j. nu. 57. & ſeq. Vos cogitate, an hæc omnia con-
200 ciliari † poſſint ſecundum iſtos tres caſus, vt ſcilicet Lapi Ruy. aliorumque opinio, quod factis probationibus attentata non amplius reſtituantur, habeat locum in hoc ſecundo caſu quando ante receptas probationes de illis non fuit exceptũ, quia tũc pars permittendo probationes recipi, videatur huiuſmodi beneficio renunciaſſe: ſi verò ante probationes receptas de illis oppoſitum fuit, & hoc non obſtante, proceſsum eſſet ad probationes recipiendas, tractari oporteret vt ſupra in primo caſu, an iudex admiſerit, vel reiecerit expreſsè exceptionem iſtam, vel ſi cũ clauſula, ſaluis exceptionibus, ꝓceſſerit ad vlteriora, vt ſupra. At quádo ſeparatim agitur de reſtitutione attentatorum, non proderit appellato oſtendiſſe appellationem iniquam, vt in d. c. non ſolũ, quia in iudicio attentatorum nulliter proceſſum videtur ad probationes illas recipiendas, vt mox dicetur in ſeq. caſu, quod & Franc. ibi opinatus fuit. Poſſent & aliç plures circunſtantiæ conſiderari, quæ omitto, quia nimis morati ſumus circa materiá

hanc ſupra in tex.ſatis ſit nunc demõſtraſſe facile ſubſtineri poſ ſe quoad rem præſentem, non eſſe differentiam inter reſtitutio. nem ædificij, attentatorum, ac etiam ſpolij ſi libet. Vel ſi minus
101 cupitis à noſtris diſcedere, dicatis † vt per Alc.& alios hic, eſſe differentiam inter reſtitutionem ædificij, quæ fit nunciatione facta, & attentatorum lite vel appellatione pendente, quòd in hac offenditur lex, iudex, & pars. Franc. in d.c. non ſolum. Alex. conſi. 99. lib. 5. Afflict. deciſ. 352. Couar. pract. quęſt. cap. 23. nu. 165. ſed in caſu iſto agitur ſolum pro eo, quod nunciãtis interſit, cui poſſit, ſi velit renũciare, d. §. ſi paciſcar. & hac l. noſtra, §. indè quæ
102 ritur. Hinc fit, vt attentatorum † reſtitutio obtineatur ſolo iudicis officio etiam parte non petente, Rom. conſi. 14. Rota deciſ. 6. vt lite pend. & deciſ. 14. de reſtit. ſpoliat. in nouis, Caſſad. deciſ. 5.
* eo. tit. vbi teſtatur de communi, * & plura dicit Lancel. de attent. parte 3. cap. 28. nu. 7. vſq; ad nu. 32. Tertius itaque ſit caſus, quan
103 do nuncians agit † interdicto demolitorio, & nunciatus velit probationes ſuas in medium afferre, iſte videtur fuiſſe caſus Bar. vbi dubium non eſt, poſſe probationes iſtas omninò repelli, per l. noſtram, & iura in hac materia vulgata. Sed quid ſi actor nihil dixerit, ac eo patiente probationes receptæ ſint? Videntur DD. admittere ædificium ſubſtineri, & nunciantem in eo iudicio à iure ſuo cadere; moti, quia is iuri ſuo renunciare poſſit tacitè, vel expreſsè, d. §. ſi paciſcar. & §. inde quæritur. Itẽ ex ſimili caſu de ſpoliato, in c. j. de reſt. ſpol. & ex aliis per Iaſ. ſupra in tex. deductis; quales multi alii in iure reperiuntur, & idem Iaſ. in l. patre furioſo. de ijs, qui ſui, vel al. iur. ſunt. nu. 18. Ego verò putarem, poſſe ſubſtineri contrarium, quia probationes illæ, vt intempeſtiuè, & inutiliter factæ, nullæ ſunt, & ideò nec vllum pariant effectum.
104 Et quod proceſſus † nullus non impediat attentatorum reſtitutionem, ſpecialiter tenet Franc. in d. cap. non ſolum. §. illæ verò, de appella. in 6. Nec obſtat conſenſus nunciantis pręſumptus, qui potuerit & noluerit contradicere: nemo enim pręſumitur a-
105 ctui nullo conſentire, nam ſemper ideò dici poteſt † tacuiſſe, qa ſciret rem inutilem agi, vt per Bald. in auct. ſiquis in aliquo, nume. 3. C. de eden. Iaſ. qui eum allegat, in d. l. patre furioſo. nume. 25. Petr. Gerard. qui citat vtrumque in ſing. 36. facit etiam, quia
106 generalius dici ſolet, tacentem † in ſui præiudicium non intelligi conſentire, l. qui vas. §. vetare, de furt. l. filiusfam. §. inuitus, de procur. l. inuitus, C. eo. tit. Caſtr. in l. interdum, nume. 3. rem rat.

habe.& tradi ſolet cum materia taciti in vulg.l.cum quid, ſi cert.
pet.& in c.qui tacet.de reg.iur. in 6. Non obſtant exempla Iaſ. tã
deducta in tex.quàm in d.l.patre furioſo, nu.18. cũ multis ſeq.
quibus conatur firmare regulam, intelligi in iudicialibus tacite
conſentientem ſibi præiudicare, namq; pleraq; ex illis diſputabi
lia ſunt, quę ille ſolumꝗ vbertatem ingenij demonſtrandi gratia
cumulauit, non quia omnia vera crederet. multa auté ex illis pro
cedunt, quando fit aliquid, quod ſui natura effici poteſt nec per
ſe ſit interdictum, vel nullũ declaratum, ſi pars non opponat, pro
quo etiam videnda eſt deciſ.Rotæ 15.de offic.deleg. per totam in
antiquis, & Boer.deciſ.283.in fi. volentes ex tacito conſenſu nõ
intelligi confirmata acta iudicij nulla defectu iuriſdictionis iu-
dicantis, in caſu etiam vbi expreſsè partes potuiſſent in iudicem
conſentire. Et quod iudicium iſtud interdicti reſtitutorij non pa
tiatur ſui natura probationũ admiſſionem; bene probat, d.l.præ-
tor.§.j. infra, eo. Præterea ex eo ſolo, quòd nuncians illud re-
medium propoſuit, videtur manifeſtè quodammodo diſſen-
tire nunciato volenti ius ſuum probare. Quicquid autem ſu-
207 pra dictum eſt in fauorem nunciati, limitandum † puto nõ pro-
cedere, quando ex cauſa publica nunciatum fuiſset. Etenim cũ
illud ei cõtingat ex pręſumpta, ſeu tacita remiſſione nunciantis,
quæ in nũciatione ex publica cauſa nec ex preſsè fieri valeat, d.l.
iuriſgentium. §. ſi paciſcar, de pact. ideò ceſsabunt ſupradicta;
quia incongruum eſset plus nunciato prodeſse tacitã, quàm ex-
preſsam nunciãtis remiſſioné. Tertiò colligo, limitari cõcluſioné
ſupradictã, ſi ab initio cõſtitiſset de manifeſto iure ædificãtis. ita
dicit Bar. Vndè infero (ni fallor) ex eius intentione fuiſse, in caſu
ſuperiori, quando probationes receptæ ſint, exceptionem ſeu re
plicationé iuris non releuare nunciantẽ, nã voluit, vt profit fuiſ-
208 ſe manifeſtũ † tpe nunciationis, ſecus igitur ſi manifeſtũ expoſt
facto fieret, qđ miror alios non animaduertiſse, ſed fortè qđ hic
tacitè ſentit, intelligebat ſi probationes nunciante non conſen-
tiente ꝓpoſitę fuerint, ut diſtinguatur quod ſi eo cõſentiente re-
ceptæ ſint, faciant manifeſtũ, & probent; ſi verò eo nõ approban-
te, nec probent, nec longè minus manifeſtum efficiant, quod no-
taſse tantum ſatis ſit. Eſt etiam conſiderandum quod ait Barto:
probandũ tpe nunciationis fuiſse manifeſtum, & ſic vult manife
209 ſtũ † ꝓbari debere, ſecus in notorio, qđ ꝓbari neceſse nõ eſt, ſed
ſufficit allegari, notat hanc notorij, & manifeſti dñiam Ruy: hic,

nu.89.pluribus collatis.qđ an verũ ſit,prætereo,ſed neſcio ân fuerit ex intentione Bar. hic,qui ſe remittit ad ſupra dicta, vbi in prima quæſtione exempla notorij poſuit,& ſic nõ videtur circa hoc inter notorium & manifeſtum differentiam feciſſe. Quartò col-
210 ligo nunciantem † cauſam quam allegauit iuſtificare debere, ſi contra aduerſarium agat, vt nunciatio confirmetur. Ante om-
211 nia dubitari contingit, an nunciatio † poſſit peti ita confirmari? Et quãuis And.de Piſis,Iaſ.& Alc. tenuerint,vt ſupra viſum fuit, non dandam eſſe huiuſmodi actionem; Et generalius Imo. in l. ſi cõtendat,de fideiuſ.per illũ tex.& Sal.in l.3.C.qui bon.céd.poſſ. velint poſſeſſoribus actiones non competere,quibus in ſua poſſeſſione confirmari petant ſi a nemine perturbantur. Nihilominus
* communis * doctrina videtur eſſe in contrarium, & quidem generaliter iſtas actiones dari confirmandi iuris ſui gratia, necnon vtiliter intentari.Bar.in l.3.§.miſſum,de Carb. edic.& in d.l.ſi cõtendat, Abb.in c.j.de confir.vtili, vel inut. & DD. latè in d. l. qui opus.inf.eod. Ego vero in re præſenti non puto diſcedendum ab eo, quod ſupra dixi, nempè confirmationem hanc non concedi iure actionis, ſed ſolum vt robur robori addatur: idcirco putarem in ea petenda nec neceſſarium eſſe partem citari, quia neque in ipſa nunciatione citatur, cuius naturam ſapere debeat eius cõfirmatio; nec ſi citata fuerit, poterit aliud cognoſci niſi an legitimè nunciatum ſit; nec opus erit nunciantem cauſam aliquam probare, quam ſi nunciatus iniquam dixerit,tunc audietur ſi re-
212 miſſionem petierit non aliter. Et ita fortè voluit Dec. † in d.c.j. de confir.vti.vel inut. dum generaliter dicit, extraiudicialiter cõfirmationes peti poſſe non in iudicio ſaltem contentioſo; qui extraiudicialiter intellexit, ideſt nõ in iudicij forma:alioquin quomodo poſſet a Iudice aliter extraiudicium aliquid peti? Ex quo ceſſabunt quæ hic Ruy. conſiderat de triplici modo petendi confirmationem hanc. Ea tamen bona ſunt ſtante opinione contraria, Confirmationem iſtam iure actionis peti, ſuper quo aliter non inſiſto, quamuis videatur egere altiori diſcuſſione. Vltimò
213 colligo de cauſa nunciationis † agi etiam,quando a nunciato peteretur remiſſio, vt in hoc noſtro tex. nominatim continetur, & in d.l.vni.de remiſſ. Quod infra cum Bartolo in ſecunda parte Commentariorum ſuorum,in materia remiſſionis, tractandum erit. Ex eius q.nona colligo tria, primum cauſam in libello propoſitam eandem in cognitione proſequendam. Secundum in

appellatione

appellatione a definitiua poſſe mutari cauſam, ſecus in appellatione ab interlocutoria. Tertium in proſecutione nunciationis ſolum de cauſa in nunciatione allegata agendum, nec licere ad aliam tranſitum facere. De hoc ſolo agemus, quod noſtræ eſt farraginis: de alijs duobus non niſi occaſione iſtius, nam & incidē-
214 ter Bartolus ea propoſuit. Dubitatur itaque an nuncians † qui in actu nunciationis petitus cauſa allegauit, teneatur illi tantum ſtare, dum nunciationem proſequitur? Qua in re varij ſunt DD. idcirco videndæ ſunt rationes hincinde, poſtmodum concludendum. Bartolus tenet mutari non poſſe, cum eo ſunt Claud. Iaſon
* Crot. Floren. & Senen. & alij communiter, *vt de communi teſtātur Claud. nu. 28. Ruy. nu. 63. qui dicit tenere ita omnes, vno excepto Rom. idem teſtantur Horm. nu. 55. & Soc. nu. 200. Contra verò ſimpliciter & aperto Marte tenuit Rom. at cum diſtinctione & ſub inuoluero Ruy. & Alc. & plerique ex moderniorib. ſed non eodem modo diſtinguentes. In hoc autem conſentire vidē tur, vt antè litis conteſtationem mutare liceat, de eorum autem diſtinctionibus aliqua dicemus infra. Vtilitas quæſtionis iſtius per ſe patet, nedum vt cautiores reddantur nunciatores, ſed etiā vt doceamini & nunciantes & nunciatos defendere, ſiue in iudicio agant, ſiue excipiant.

Primò Bartolus pro ſe ponderat ſæpius deductam ſimilitudinem nunciationis & propoſitionis libelli, a qua Bartolus plurimum mutuatus eſt, vt naturam nunciationis ſiſteret: ſed quæ in
215 libello † cauſa expreſſa fuit, eadem proſequenda eſt in iudicio perficiendo, non alia. l. edita. C. de eden. ergo idem in nunciatione. Reſpondet Rom. allegando differentiam inter hæc, qui modus ſoluendi in argumentatione a ſimili ſanior eſt omni alio. Differentia autem ea videtur eſſe, quod proponens libellum litem ſolenniter conteſtatur, & ſic quaſi de ſuo conſenſu firmatur pūctus ſeu terminus, ſuper quo inſiſtendum ſit. non mirum igitur ſi actori illum excedere non licet, quamobrem hoc potius in cōtrarium inuertitur, de quo infra; Sed & ſupra etiam nonnunquam oſtenſum fuit, ſimilitudinem hanc, qua Bartolus tam frequenter vtitur, haudquaquam in omnibus procedere. Secundo allegat
216 l. & an eadem. §. actiones. de excep. rei iud. quem text. Bartolus a ſuperiori non ſeparat, ſed ob ea quæ deducit hic Soc. eget ſeparata aliqua inductione. Ille inquit facere a longè ſolum, dum vult in actione reali actorem in vna cauſa deficientem cedere a toto,

ſecus

ſecus in perſonali quod ille ponderat in contrarium, præſertim eo addito quod cum iſta actio in factum quam ob nunciationem dari voluit, veniat ſecundum eos ex interdicto, perſonalis eſt, licet in rem ſcripta, nec inconuenit in eodem nunciatore plures concurrere cauſas nunciandi. Veruntamen ego arbitror inductionem ex mente Bartoli ſumendam eſſe in exemplo perſonaliũ magisquàm realium, nam cum poſſit eadem perſona mihi teneri ex pluribus cauſis, ſi in vna ſuccubuero, vult ille tex. me non impediri agere ex alia, certè ea ratione, quia in primo iudicio, vbi vnã propoſui, non potui mutare, ſed illam tantum proſequi coactus fuerim, nam ſi omnes potuiſſem, & vnam tantum proſecutus eſſem, in omnibus ſuccumberem, prout in reali tex. ſtatim docet. Ergo a ſimili ſi in nunciatione, quæ perſonale iudicium continet, vnam ſolam cauſam propoſuerim, illam tantum proſequar: ſi autem vltra hanc & alias prætenderem, hoc ſolum mihi præſtabit, vt iterum nunciare valeam. Eſt tamen aduertendũ

217 ex eo tex. cõmodè inferri, vt ſi nunciauerim † ex hac cauſa, quia dominus ſim, quod fieri poſſe ex communi opinione ſupra demonſtratum fuit, in proſecutione, licebit mihi omnes dominij cauſas allegare, ſicut in libello actionis perſonalis: Sed in hoc nulla eſt mutatio, vt infra dicam. Cum itaque reſponſio Soc. ad hunc tex. bona non ſit, eadẽ tenenda erit, quæ ex ſententia Rom. ſupra deducta fuit.

Tertiò idem ponderat, quod nunciatio ſit ſpecies appellatio-

218 nis extraiudicialis, in qua † & in ea quæ interponitnr ab interlocutoria cauſa exprimi debet, & ea proſeqni tantum, quæ expreſſa ſit. c. j. de appell. in 6. Hoc quoque Iaſ. ponderat in contrariũ, ſed non ſatis fœliciter, vt infra videbimus. Supra latè diſcuſſimus, an nunciatio, appellatio extraiudicialis dici poſſit. ſanè hoc vnum conſtat, appellationem illam ſine cauſæ expreſſione nõ valere ipſo iure, in nunciatione ſecus, etiam ſecundum DD. qui volunt per nunciatum cauſam eſſe petendam, quod quidem ſolum per ſe præſtat ſolutionem, nam hinc apparet cauſam in illa appellatione eſſe de forma, non vtique in nunciatione, ſed & æquiparationem nunciationis cum appellatione extraiudiciali negat ſemper valere Claud. hic, nu. 30. ex ſententia Abb. in c. cum nobis, col. 3. de elect. circa quod ſatis ſupra diſcuſſum fuit.

219 Quartò facit regula, quod vnum producens † & aliud probãs, non meretur obtinere. l. habebat. in princ. de inſtit. Barto. in l. j. de

eden.

eden. Pau.& Alex.in l.is habebat, de acquir.hæred.cum exemplis complurimis de ijs qui repelluntur, quoniam non quod produxerunt probauerint, quæ citant hic Crot.& Horman. Reſp. vt ſupra ex ſenſu Rom.id habere locum poſt litem conteſtatam, quia ante eam regula ſit in contrarium,quod productæ cauſæ in libello mutari poſſunt. Et hoc ſatis apparet ex eademmet regula,quia

220 in iudicijs † nemo admittitur ad probandum,niſi poſt litem conteſtatam, Spec.de inſtr.edit.§.videndum,ver. ſed quid ecce. Maran.de ord.iud.parte 6.ti.de dilatio.& eſt tritũ in iure,atq; ita poſſunt multa ſimilia nedum tolli,ſed etiam in contrarium pondera ri,quia non ſint nunciationi tradendi effectus prorſus litis conteſtatæ, præſertim illi per quos coanguſtatur probandi facultas.

Quintò Florent.ponderant, quod ſi liceret nuncianti vnã cauſam allegare,& dein aliam proſequi,ceſſaret ratio propter quam inductum fuit cauſam eſſe exprimendã, ſcilicet vt nunciatus poſſit ſe munire & paratus ad iudicium accedere. Reſp. non fuiſſe finalem cauſam dictæ expreſſionis, vt poſſit nunciatus ſe munire

221 in defenſionibus,ſed vt intelligeret † an aduerſarius in caſu forſitan nullo ſua opinione nunciaret,& ſic an ipſe poſſet eam ſpernere. Vel & melius dicemus nunciatum etiam quando falſa cauſa allegata ſit poſſe muniri, nempè ad oſtendendam illius falſitatem in iudicio,& conſequendum ex hoc quanti ſua interſit ex ea mendaci cauſa fuiſſe prohibitum,& etiam ad obtinendam remiſſionem, dum alia verior non allegaretur. Nec ſatis æquum videtur,vt nunciatus plus habeat temporis ad ſe muniẽdum quàm quilibet reus, qui ſolùm poteſt ſe munire a litis conteſtatione,cũ tunc tantum incipiat actor non poſſe mutare cauſam. At iſte nunciatus diu ante conteſtationem muniretur, ſi procederet argumẽtum. Vltimò idem mouetur, quia diuerſitas cauſę faciat etiam

222 diuerſitatem nunciationis,quod probat exemplo ſententiæ: † nã ſi iudex appellationis confirmet ſententiam iudicis, a quo, ſed alia motus ratione quam ille in ea ferenda, non dicitur amplius eadem ſententia, ſed diuerſa, Franc.in c. dilectus. de appell.Feli. in c.inter cætera,de re iud.vbi infert ad ſtatuta loquentia de duabus vel pluribus ſententiis conformibus.idem Alex. & Corne. in conſiliis citatis hic per Flo.nu.55.in fi.& de hoc latè Crau. conſil. 283. Reſp.ſecundum Rom.quia ſi non licet mutare cauſam poſt conteſtationẽ,longè minus licebit poſt ſententiam,ſi tamen in appellatione mutabitur, quod fieri poſſe vult hic Bartolus, ideo

erit

erit alia ſententia, quia alium habeat libellum & aliam litis conteſtationem. Et cũ dictũ ſit nunciationem non ſumere regulam à libelli propoſitione, longè minus ſumet eam, quoad hanc facultatem mutandi cauſam, à ſententiæ prolatione. Pro contraria primo adducit Bar. tex. in l. 3. §. quid ergo, de appell. Idem reſpõdet, illud habere locum in appellatione à definitiua, non ab interlocutoria vel extraiudiciali, quæ requirunt cauſæ expreſſionẽ, alioquin non valent. cap. j. de appel. in 6. qui tex. bene iſtud probat in appellatione ab interlocutoria, non in extraiudiciali, quæ multum inter ſe differunt, præſertim in expreſſione cauſæ, quia
223 extraiudicialis † interponi poteſt a futuro grauamine, quo caſu ſufficit pro cauſa ſuſpitio damni. c. bonæ, de appel. & mox videbi
224 mus. Præterea, vt ibi diſputat Franc. † nume. 17. quando appellatur extraiudicialiter a grauamine priuati, multi tenent non eſſe neceſſe cauſam aliquã dicere vel iuſtificare. Et ſic ſiqua deducta fuerit non deberet nocere quin alia deduci poſſit exemplo appellationis a definitiua. d. §. quid ergo. quamobrem non videtur hæc ſatis ſecura ſolutio. Nihilominus in viam diſputationis illi inhæreri poteſt, vim præcipuam faciendo in ſimilitudine, qua ſolẽt. Interpretes frequenter vti, appellationis ab interlocutoria, & extraiudicialis. Sed & idem tex. in d. §. quid ergo, præſtat materiam ſolutionis, dum inquit, An vero quaſi forma quadam obſtrictus ſit? Quibus verbis ſentire videtur, cauſam allegatam eſſe proſequendam vbi de forma ſit, & ſic non ſolum in duabus illis ſpeciebus appellationum, ſcilicet extraiudicialis & ab interlocutoria, in quibus pro forma requiritur, ſed etiam in nunciatione hac, quia ex cõmuni opinione ſupra relata apparet expreſſionem cauſæ eſſe de forma, ſaltem quando petita ſit. Secundo Rom. mouetur ex d. c. bonæ. & c. cum ſit Romana. de appellat. vbi
225 admittitur † appellatio a grauamine nondum illato, & ſic quod tempore appellationis probari non poterat, cum nondum eſſet, ita videtur fuiſſe ex ſententia Roma. Reſpondent illum textum intelligi per gloſſã, & DD. quando ſaltem generalis fuiſſet cauſa allegata, quæ ſua ui compræhendit plures ſpecies, Vnde nimirum ſi quælibet probari poteſt, abſque mutatione vt in libello rei vendicationis, vbi omnes dominij cauſæ ſub hac vna, quia dominus, continentur. d. l. & an eadem. §. actiones. de exceptio. rei iud. Potuiſſet clarius reſponderi, quod & ſi cauſa ibi nondum tempore appellationis erat, tamen non ſequitur quin futu-

ra

226 ra expreſſa fuiſſet: vtputà in caſu noſtro; ſiquis nunciaret † altius tollenti ob cauſam ne luminibus officiat, antequàm tamen obeſſe incipiat, & quales ferè ſemper erunt nunciantium cauſę; vt futurum magis damnum reſpiciant quàm pręteritum, quia nũciatio ad futura non præterita opera pertinet, vt inf. §. ſeq. & in hoc vereor ne ſe Iaſ. deceperit in verbis, licet in ſenſu fortè idem voluerit. Tertiò idem Iaſ. argumentatur contra Bartolum, quia fal
227 ſa ſit cauſa, qua ipſe mouetur; Nunciationem † æquiparari appellationi extraiudiciali: patet falſitas, quia in appellatione iſta attentata regulariter non reſtituuntur, contra in nunciatione. Alc. conciuis ſui defectum ſupplens, melius format argumentũ, ponderando quod cum in nunciatione attentata reſtituantur ante omnia potius mereatur comparari appellationi a definitiua, quàm extraiudiciali, & ideo viget adhuc motiuum Bar. de d. l. 3. §. quid ergo. de appell. Ad quod alij vnanimes reſpondent negãdo nunciationem mereri comparari appellationi a definitiua: nã & ſi concurrat cum ea in effectu reſtitutionis attentatorũ, in aliis autem longè diſtat, quorum ratione, appellationi extraiudiciali ſit proximior, intantum vt ſentiant Interpretes eſſe illius ſpeciẽ. Nec obſtat quod dicitur de attentatorũ reſtitutione, nam hæc cõceditur etiam appellanti extra iudicium, ſi inhibitio interpoſita fuerit, at in nunciatione inhibitionis loco habetur interdictum prætoris, quæ omnia ſupra latè diſcuſſa ſunt, & hic pro repetitis habeantur ad ſoluendam Iaſ. & Alc. argumentationem. Quartò ex Ruy. ſumitur talis ratiocinatio non quidem ſpernenda. Is inſiſtendo comparationi libelli qua Bar. tam frequenter vtitur, Cer
228 tum † eſt, inquit, libellum antequàm lis conteſtetur, mutari poſſe. Item nec eo ligari reũ in ſuis exceptionibus, etenim is quaſcunque velit exceptiones deducere poteſt, & eas ad libitum muta-
229 re, quia nulla lis † ſuper ipſis conteſtatur. c. prudentia. §. ſexta,
230 de offic. deleg. Similiter actor † etiam lite conteſtata mutare poteſt emendando libellum, et cauſam, dum tamen non mutetur actio; namque ideò regulariter cauſæ mutatio eſt prohibita, quia in ea conſiſtit ſpecies actionis, vt ſic vbi actio eadem ſubſtineatur mutatio cauſæ non ſit interdicta. Bar. & alij in l. j. de eden. Bal. in l. j. C. de cond. indeb. & traditur in d. l. edita. C. de eden. Ex quo ſequi videtur, vt ante litis conteſtationem ſuper nũciatione iam facta confirmanda, item in exceptionibus, ſiquando nunciationis vis per modum exceptionis opponeretur. Item in ea mutatione

quæ

quæ faciem actionis non innouaret, licebit mutare cauſam in nũciatione ſemel deductam, vt ipſe per exempla ſatis argutè docet. quæ omnia pro pleniori diſcuſſione exigerent ſingulare examen. Cæterum quoad iſtud tertium erit mox de eo videndum in ſeq. q. Bartoli. Quoad verò primum & ſecundum, equidem vt dicam quid ſentiam, Bart. in quæſtione hac mihi videtur voluiſſe in neutro mutationem admittendam, & ſi moderniores vno fere conſenſu omnium ex ſententia illius concedunt vtrunique. Moueor autem, quia ſi Bart. intellexiſſet de mutatione facienda poſteaquam ſuper iudicio conteſtata lis fuerit, ſiue actionis principalis, ſiue actionis in factum pro nunciatione confirmanda dari ſolitæ, non in eo verſaretur difficultas quod in actu nunciationis cauſa expreſſa fuiſſet, ſed quod ſuper expreſſa in libello lis conteſtata ſit; Vnde alterius eſſet diſcuſſionis quæſtio hæc nec ſatis benè in materia iſta Bar. eam dictaſſet. Inquantum verò is vtitur argumento libelli, optimè oſtenditur eum dubitaſſe, an ex actu ipſo nunciationis eodem modo quis expreſſæ cauſæ ſtare teneretur, prout in libello propoſito contingit. Non igitur is dubitauit poſt libelli propoſitionẽ, quia hunc caſum pro firmo habuit, ſed quid à nunciatione vſque ad libellum ſuper ea proponendum? puta ſi quis in libello aliam, aliam in nunciatione cauſam expreſſiſſet, qui tamen de libello nunciationis proſequendæ gratia formatũ nihil propoſuit, vt compræhenderet etiam caſum quo per modũ exceptionis de cauſa eſſet diſſerendum. Et ſic generaliter eum firmaſſe puto nec excipiendo, nec agendo ante conteſtationem litis, nec quidem ante libelli propoſitionem licere nuncianti variare à cauſa ſemel in nunciatione expreſſa. In vtroque autem caſu Ruy. & alij contrarium firmarunt, intantum vt illius opinio in dictis duabus capitibus ex modernorum concurſu communior * videri poſſit. Quoad tertium caput Horman. conatur oſtendere, pluribus collatis exẽplis, mutationem cauſæ poſt litem conteſtatam prohiberi etiam ſi eadem ſubſtineretur actio, Quod reprehendit Soc. per ea, quæ in ſeq. q. vbi reſeruo dicendum. Ego argumentationi huic non aliter reſponderem, quam prout videtur fuiſſe de mente Bartoli, ſcilicet in nunciatione confirmanda,
231 † quoad mutationem cauſæ, ceſſare regulas conteſtatæ litis, vel propoſiti libelli, vel allegatarum exceptionum, ea nempè ratione quia iam expreſſa ſit a nunciante in ipſo nunciationis actu, quaſi cum ſolemni proteſtatione quòd velit illi ſtare, & non ad

aliam

aliam deuenire: nam ipſe paratus eam propoſuit, ad inſtar actoris in libello, qui præmeditatus ad iudicium accedit. Nec mirum, nam ita fit etiam in qualibet appellatione extraiudiciali, vel ab interlocutoria, vbi exprimitur cauſa etiam antequam ad iudicium accedatur, & illi in iudicio ſtari poſtmodum oportet. Iſte reuera fuit ſenſus Bartoli prout etiam Iaſ. & antiquiores opinati sũt, Quintò ex ſenſu eiuſdem Ruy. colligitur, illam mutationem cauſæ prohibitam eſſe, per quam mutantur ſpecies actionis, vt patet
232 ex iam deductis, ſed in nunciatione, † quantumuis cauſa mutetur, ſemper vna & eadem eſt actio in factum. Ipſe hac ratione vtitur & tantum caſu, quando lis conteſtata ſit; quamobrem poſſemus reſpondere vt infra. Sed ego fortius inſto, nam ſi nunciatio comparatur propoſitioni libelli, quoad prohibitã vel permiſſam cauſæ mutationem, certè quæ in libello permittitur vel prohibetur, eadem etiam permiſſa vel prohibita dicetur in nunciatione, ſed in libello non prohibetur quæ non mutat actionis ſpeciem, ergo idem in nunciatione, in qua quęcunque cauſa exprimatur vel proſequatur, ſemper eadem competit vel competere poteſt actio in factum. Huic argumentationi non video in ſpecie fuiſſe reſponſum. Verum eſt Homan. hic conatum fuiſſe oſtẽ-
233 dere † falſum, quod Ruy. dicit de permiſſa mutatione cauſæ in libello, quando non mutaretur actio, de qua re noſtrum non eſt nunc tractare, videatis exempla per eum deducta & per Cro. Miror Ruy. rationem hanc, quam ipſe excitauit, & quæ manifeſtè facit contra ſuæ diſtinctionis capita, non ſoluiſſe. Ego vero interim reſponderem, illius doctrinam quod mutatio cauſæ quæ nõ mutat actionem, permiſſa ſit, procedere in actionibus vnius for-
234 mæ ac certæ alicuius naturæ: ſed nos ſumus in actione † in factum, quæ nullam certam ac præfinitam naturam habet, ſed regulatur a ſubiecta materia, vt in toto tit. de præſcript. verb. vbi in rub. & l. quoties. eſt tex. & ibi gloſ. ord. in ver. varijs articulis, in l. ſancimus, j. C. de ſacroſan. eccle. vbi etiam Bar. nu. 2. & 16. & tradi ſolet in l. j. de condi. ex lege. & in l. ex placito. C. de rer. permu. Et ſic quæcũque in ea erit cauſa expreſſa, intelligetur forma illius actionis: nec ideo mutari licebit, quia etſi poſt mutationem remaneret nomen, non tamen remaneret eadem ſubſtantia, quam vtique a cauſa capiebat. Pro quo facit quod ponit hic Crot. nu.
235 61. Quod ſi ago rei vendicatione † expreſſa cauſa, quia habuerim a Titio, non poſſum mutare cauſam quod habuerim à Seio, uel

quòd

quod præſcripſerim, vel ſimile, per optimam glo. in l. per hanc,
in ver. nouum. C. de temp. appell. non obſtante quòd rei vendica-
tio per ſe generalis ſit ad omnes cauſas dominij. hoc autem non
aliunde fiet quã quia tunc informatur actio a cauſa in ea expreſ-
236 ſa. ita longè magis in caſu noſtro, namque actiones † in factum
magis ſunt difformes quàm rei vendicatio . Ex his corruunt om
nia, quæ hic Ruy. conſiderat circa diuerſitatem cauſarum nun-
ciationis. Quod etiam melius oſtenditur: nam vult ille, alle-
gantem cauſam impoſititiam non poſſe tranſitum facere ad natu
ralem, & e contra, ſolum quia pro his cauſis diuerſæ competãt
actiones, & tamen ſemper eadem eſt actio in factum . Item vult
allegantem cauſam dominij tranſitum facere poſſe ad cauſam
poſſeſſionis, ſeu econtra; ſed non ne poſſeſſio & dominium ſunt
toto cœlo ſeparata? l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſeſ.
237 In tantum quidem, vt proponens † Publicianam cum ratione,
quia poſſideo, non audiatur ſi velit oſtendere ſe dominum, vt per
Crot. hic nu. 61. Igitur haudquaquam illius diſtinctioni ſtandũ
cenſeo tanquam incertæ & inconſtanti . Sexto allegatur tex. in
§. ſiquis aliud. Inſti. de action. vbi generaliter permitti videtur in
judicio allegatæ cauſæ mutatio. Florent. dupliciter reſpondent,
ſecundum DD. ibi, & in d. l. edita, vbi longã texunt de illius tex.
intellectu diſputationem, quamobrem hoc tanquam a re noſtra
nimis diſtans præteribimus, ſatis enim hucuſque vagati ſumus.
Pro conciliatione diſtinguebat Ruy. vt iam ſupra viſum eſt, ubi
demonſtrauimus, quatenus loquitur poſt litis conteſtationem di
ſceſſiſſe a quæſtione Bart. qui ſolum intendebat tractare de cauſa
allegata in actu nunciandi, non litem conteſtandi. Sed ſiquis cu-
238 rioſius fortè quàm par ſit, deſideraret † ſcire, quid iuris eſſe cre-
damus ſi poſt litis conteſtationem in nunciatione agatur de cau-
ſa mutanda, dicerem ſic diſtinguendũ. quod ſi nunciator ꝓſequi
tur ꝓponendo actiones ſuas principales, puta vendicãdo locũ ſeu
ædificiũ, vel agendo ad ſeruitutẽ ſeu libertatem ſibi debitã, vel ẽt
interdicto aliquo ad cauſam publicam defendendam conſtituto,
vtatur, de mutatione cauſæ agendum erit eatenus quatenus illius
intentati iudicij natura patitur. Si verò agat actione illa in factũ
cõfirmatoria nũciationis de qua DD. in d. l. de pupillo. §. qui opus.
ĩ. eo. dixerim actione propoſita alicuius certæ cauſæ prætextu nõ
licere eã variare, niſi iudicio iterũ reaſſumpto, ea ratione qa ſemel
informata actio, q̃ per ſe informis eſt, non poſſit amplius alteri p

239 ſupra dicta. Sed quid ſi agente nunciato † ſuis actionibus, vel ad remiſſionem obtinendam, excipiendo nūcians aliam cauſam dicat quàm in nunciatione expreſſerat? Putauit Ruy. licere variare. Contra Alciatus. Ego non puto caſum hunc a caſu Bar. ſeparandum, prout nec ipſe ſeparauit. Diſtinguit aliter Alc. aut
240 fuit ædificatum poſt nunciationem, aut non. Primo caſu,† ſi nuncians agat pro demolitione, inutiliter quęritur de mutatione cauſæ, quia de ea non cognoſcitur, quod & verum eſt. Sed quid ſi
241 nunciatus † velit ſe defendere allegando cauſam in nunciatione dictam, reddere nunciationem nullam? puta ſi dictum eſſet quia ædificas in cloaca, vel ſi eſſet manifeſte iniuſta, ſecundum DD. ſupra, vel quomodolibet talis quæ ſperni poſſet; an licebit tunc nūcianti variare pro ſubſtinenda nunciatione? Iſtud dubium non reperio excitatum ab alijs. Alc. autem poſuit fere ſimile, vt pu-
242 ta ſi agens † ad demoliendum confiteatur cauſam primò allegatam eſſe iniquam, vt hoc caſu non mereatur obtinere reſtitutionem ædificij, motus quia confeſſio partis faciat notorium ſeu manifeſtum; Quod tamen non probo, quia vt viſum eſt in q. præced. manifeſta iniuſtitia excuſatum facit ædificantem ſi tempore nunciationis fuiſſet manifeſta, non ſi manifeſtetur poſtea. Itaque cum nuncians poſſit nihil conſtito de cauſa obtinere demolitionem, non debet ſibi nocere quod cauſam iniuſtam confiteatur nunc, ſi tamen paratus ſit aliam iuſtam afferre: Niſi fortè confeſſus fuiſſet eius iniuſtitiam tempore nunciationis fuiſſe manifeſtam. Veruntamen cenſerem ob æquitatem decreto rem temperandam, tam ad compeſcendam nunciantis impudentiam, qui iniuſtitiam ſuæ cauſæ allegare non erubeſceret; quam econtra vt ei ſuccurratur ſi nunc æquam cauſam relicta prima in medium afferat. Cæterum in caſu excitato, quando nunciatio ab initio nulla fuiſſet, ſeu talis vt tuto ſperni poſſet, quia q̃ nulla ſunt nullum pariunt effectum, nec ſuſpendit ædificium, nec nuncians qui velit mutare cauſam aliter ſibi proſpiciet quam vt ex noua cauſa iterum fęlicioribus auibus nunciet. Si verò res integra ſit, Alc. putat antè litis conteſtationem nuncianti licere mutare, cōtra Bartolum & communem, poſt eam verò nequaquam, ſiue is agat, ſiue conueniatur, contra Ruy. vt dictum fuit. At non vide-
243 tur † ęquum ſi conuenitur, per litis conteſtationem, quæ non ſui ſed actoris potius arbitrij eſt, eum iure ſuo carere debere. Quamobrem caſum quando reus poſt conteſtationem mutare

velit non ſeparo a ſuperiori Bartoli, & cæterorum. In quo cum Alciatus a Bartolo deficiat, videtur manifeſtè Rom.& Ruy.aſſentiri. Idem & Soc. qui in ſua diſtinctione parum ab iſtis diſceſſit. Equidem crediderim difficultatem totã in eo conſiſtere, an quandocunque in iudicio res tractanda ſit, ſuper alia cauſa quæ in nũciatione allegata non fuerit cognoſci poſſit, & ita fuiſſe de mente Bartoli, qui negatiuè firmauit haud mutari poſſe. Pro quo multum facit quod inutiliter in actu nunciationis peteretur, & afferri nuncians cogeretur ſi ſibi liceret ab ea diſcedere. Quis. n. dubitat quin etiam modicè callidus, talem ſemper ab initio allegaret, qualem deſideraret validiſſima quælibet nunciatio, quamuis falſam ſciret, poſtea vero in proſecutione eam proponeret, quam facilioris probationis exiſtimaret? ſic omne ius ab Interpretibus ſtatutum de petenda & reddenda cauſa eluſorium fieret. Sed dici poteſt non eſſe ſine effectu, & in hoc conſiſtit tota uis
244 præſentis difficultatis. Etenim ſi nunciãs in proſecutione † cauſam iam antea allegatam veram non demonſtrauerit, tenebitur nunciato de dolo vel iniuria ad id quod ſua interſit, vt per Barto. & alios ĩ fine iſtius principij, a quo iudicio nec excuſabitur ſi nũc vellet aliam veriorem producere, Idem longè magis ſi nunciatus probationem falſitatis dictæ cauſæ ſupra ſe ſuſcipiat: nõ enim debet dolus proprius cuiquã patrocinari. l. itaque fullo. §. j. de furt. c. aduerſus. §. quia verò. de imm. eccl. c. ad noſtram, de empt. & vend. & ita etiam voluit Soc. Quantum autem ad nunciationem
245 † ſubſtinendam, ſeu ad impediendum ne remiſſio nunciato concedatur, quod idem eſt, totam difficultatem ex eo putauerim pendere, an cauſæ aſſignatio quando petita ſit intelligatur facta de forma nunciationis? qua de re ſupra. Etenim ſi eſt de forma dicendum videtur ea deficiente deficere penitus totam nũciationem, nec reuiuiſcere per alterius cauſæ deductionem, niſi omnibus ex integro legitimè peractis. Atque ita poterit ſubſtineri opinio communis. Ad quod facit optimè d. l. 3. §. quid ergo. de appellat. inducta vt ſupra. Quamuis etiam hoc caſu ſubſtineri poſſet diſputationis gratia contra Bartolum eo prætextu, quod illa ſit forma accedens actui iam perfecto, vt ipſimet DD. volunt dum in ſuperioribus communiter concludebant nunciationem per ſe cauſam non requirere, & ſic nihil intereſt ad ſatisfaciendum huic formæ cauſam reddi ſtatim vel poſt, vel etiam quocunque caſu mutari. Cogitate, namque nos expreſſe firmaui-

mus, ſi bene eſtis memores, cauſam hanc nec etiam petitam eſſe de forma. Quo ſtante facilius poterimus hic contra Bartol. & communem ſubſtinere.

246 Primò, quia, vt modo dictum eſt, nunciatio † per ſe ſubſiſtat, nec egeat aliqua cauſæ expreſſione ad ſui validitatem, vt ex iam dictis & probatis conſtar. Et quamuis velint DD. opus eſſe eam allegari ſi petita fuiſſet, hoc tamen non eſt ad effectum vt ea nunciatio aliquo modo confirmetur, quæ ſatis firma, quoad ſui validitatem videatur, ſed ſolum vt ſatisfiat nunciato qui pręmuniri velit ad iniuriam ſibi illatam propulſandam, quod quidem non facit vt nuncians cauſam ſi velit mutare non poſſit, ſed ſolum vt teneatur ad damni iniuriæque æſtimationem aduerſanti rependendam. Et hoc pacto ſoluitur argumentum de appellatione extraiudiciali vel ab interlocutoria, quia in illis expreſſio

247 † cauſæ debet eſſe ſpontanea, & ſic magis videtur de forma, vt in d. cap. j. de appel. in 6. At quando non eſt de forma quod poſſit mutari, optimè probatur in d. §. quid ergo. vbi non ſit vis, quia a definitiua appellatum eſſet, ſed quia in appellatione a definitiua, quamuis de definitiua tex. nihil exprimat, expreſſio cauſæ non ſit de forma.

Secundò moueor, quia libera facultas vnicuique eſſe debet agere volenti, vſque ad libelli propoſitionem, intentandi quamcunque velit actionem, & in ea mutandi cauſam vſque ad litis conteſtationem. Si itaque verum eſt ei dari ius agendi, cur contra naturam aliarum actionum præcludendæ ſunt ei manus, vt non niſi vnam cauſam proſequatur? Augetur, quia vt plurimum

248 nunciantes † ad nunciandum accedunt, timentes periculum ex opere inſtante ſibi inferri, præſertim ratione plenæ poſſeſſionis iuris ædificandi, quam ædificans per ſcientiam & patientiam vicini conſequeretur. d. l. etſi fortè §. j. ſi ſeru. vend. Et ideo conſtitutum videmus vt etiam fabris & pupillo fieri poſſit. l. de pupillo. §. nunciare. in f. eo. & diebus omnibus etiam, vt in l. hac. §. nunciatio, & ibi glo & ſcribentes. Atque omnem celeritatem deſiderat, vt in ſpecie dixit Lancel. in d. tract. de attent. par. 3. ca. 28. nu. 63.

249 Tertiò nunciatio † ſi rectè conſideretur, nec quidem effectum habet ſimplicis citationis, nam nec conſtituit in mora, nec interrumpit præſcriptionem. d. l. penulti. pro empt. cur autem ei tribuere volumus effectus conteſtationis, vt mutare cauſam ei amplius non liceat? Stante tamen opinione communi, Cro. eā limitat,

250 tat, † non procedere ſi ſponte nuncians cauſam allegaret, exemplo eam allegantis in appellatione a definitiua, in qua non tenetur de iure. d.l.3.§. quid ergo. Quod ſi verum eſſet, præberet remedium nunciantibus ſatis opportunum, & ſemper nunciatio ni ſponte adijcerent cauſam, nam ita fieret vt ad libitum eã mutare poſſent. Sed vereor ne id falſum ſit, eo quod ſemper fieri
251 debeat interpretatio, vt faciens † aliquid intelligatur eo caſu facere in quo magis teneri poſſit, & ſic quaſi præoccupaſſet interrogationem nunciati, ad quod videnda ſunt, quæ ponit hic Soc. nu. 210. & ſeq. Decimò quærit Bar. quid in mutatione qualitatis? quæ eſt ſpecies emendationis potius quam veræ mutationis. Non autem de omnibus emendationibus dubitat, ſed ſolum de ea quæ fit mutatione qualitatis. in qua re maior ſubeſt difficultas quam in præſentiarum explicari valeat, cum tota hic materia occurrat mutationis ſeu emendationis libelli, de qua latiſſimè ſcribentes in l. edita. C. de eden. Sed paucis abſoluemus, quoniam verè hic emendicata ſit quæſtio, parumque faciens ad rem no-
252 ſtram. Namque ſupra † firmauimus nec cauſam eſſe de ſubſtantia nunciationis, ſecus tamen in libello; nec mereri, ſi de eius ſubſtantia eſſet; ijſdem regulis terminari, tum quia libellus principaliter in iudicio proponitur ad cauſam quam libellans prætendit obtinendam, & ideo ea de ſubſtantia illius efficitur; tum quia in libello ſpontanea eſſe debet, hic vero non niſi petita, & extra iudiciũ, & in actu quidem, vbi de cauſæ probatione ſeu reprobatione neutra pars cogitat. Ex Bar. colligo vnam concluſionẽ, vnamq; il-
253 lius limitationem. Concluſio eſt, Nunciantem † in proſecutione poſſe mutare qualitatem cauſæ antea deductæ, hoc probat ex tex. cui in iure nullus fortè eſt ſimilis, vt opinatur ibi Bal. in l. ſi delictis. §. ſi detracta, de noxal. qui ſolus ſemper ad hoc allegari ſolet. Sed in contrarium obſtant plura. Primò clem. conſtitutionem, de electio. de qua mox in limitatione erit agendum. Secundò l. quod in hærede, §. eligere. de tribut. iuncto eo, quod dicit Barto. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. de adulte. vbi vult tributariam, quod iuſſu, & ſimiles adiectiones, non mutare naturam actionum, ſed ſolum addere qualitatem, & tamen diſponit tex. ille, non poſſe de vna fieri tranſitum ad aliam. Iaſon ſoluit vno modo, de quo ſtatim. Sed quantum ſpectat ad remouendum illum textum, communiter * recepta videtur doctrina Inn. † in c. j. de libel. obl. qui vult illud fieri, quia ab initio lex tribueret agenti electionem

alterius qualitatis, cũ quo ſentit Alex. in l. certi condictio, in prin. col. 2. ſi cer. pet. in d.l. edita. C. de eden. prout citat & ſequitur ibi Purpur. nu. 112. ver. ſexto, &c. Vnde fit limitatio ad ſupra dictam regulam, quòd mutatio qualitatis non ſit permiſſa, quãdo ab initio lex ex pluribus qualificatis actionibus electionem alicui concederet, nam vna electa cæteræ expirant. Tertiò obſtat generalis deciſio d.l. edita, vbi prohibetur emendatio editæ actionis, ſed
255 emendatio † eſt quando ſubſtinetur ſubſtantia, mutatur qualitas, vt ibi per ſcribentes, qui longe de hac re, facit etiam d.l. denunciaſſe. §. quid tamen, cum ſua materia, & l. 2. vi bono. raptor.
256 propter quod ſunt qui limitant, † quod dicitur de permiſſa mutatione qualitatis non habere locum in criminibus. Quantum
257 autem ad §. ſi detracta, † variæ ſunt opiniones de illius ſenſu, qui tamen omnino apertus videtur. Tandem multi volunt, & * eſt forſitan magis * communis opinio, illius eſſe rationem, quia
258 in actione † quæ intentabatur, veniebat vnã tantum forma condemnandi ad reficiendum damnum, ſiue dominus ſciuerit, ſiue ignorauerit ſeruum deliquiſſe, licet quantum ad executionem condemnationis dominus poſſit ſeruũ dare pro noxa, ſi ſibi hoc magis expedire putet. & ita illum tex. interpretabatur ibi Alber. Barb. in cap. 2. de libelli obla. Bal. in d.l. edita, in lect. Peruſ. & ibidem Sal. Caſtr. Alex. & Curt. Conſtituentes ex ea declaratione regulam vt hic per Iaſ. quod mutatio qualitatis ante ſententiam ſolum permiſſa ſit, quando non alteraretur ex ea mutatione ſententia condemnatoria, licet alterari poſſet executio. Et ita communiter tenere Interpretes, inquit hic Crot. nu. 64. Quamuis con- * tra ſit Bar. in d.l. edita, & cum eo communiter * alios ſentire dixit ibi Corne. nu. 18. Ego, quantum nunc conijcere valeo, puto Bar.
259 opinionem plurimum confirmari ex eo. § Nam etſi noxæ † deditio in ſolutione magis ſit quàm in obligatione, tamen in libello contineri debet probarique in iudicio, & iuxta probata ſequi cõdemnatio, vt benè probat tex ille etiam inuitis dentibus, vt dici ſolet. Nam in primo caſu dicit, ſi fuerit actum deducta noxæ deditione, & dominus abſoluatur, non poteſt amplius contra eum agi ad noxam. At ſi nondum ſecuta fuerit abſolutio, de noxæ deditione adijci poterit, ad obtinendam condemnationem. vt enim termini ſint æquales, operæpretium eſt dicere reum probata noxa mereri ex ea condemnari eodem caſu, quo mereri poterat abſolui ſi probata non fuiſſet. Idem econtra in caſu ſequenti, ſi

actum

actum fuerit cum noxæ deditione, & ante abſolutionem probata fuerit ſcientia domini inſolidum condemnabitur eodem caſu, quo abſolutus fuiſſet, ſi actor ſcientiam illius non probaſſet. Quod ſi iſtæ emendationes non facerent quicquam ad condemnationem, ad quid tex. ille requireret eas fieri ante ſententiam?
160 Namque ordinaria eſt gloſ. † in l. j. de iur. & fac. ignor. & in l. ex diuerſo. §. in iudicio. ſol. matr. prout eas citat & ſequitur Cur. in d. l. edita. nume. 57. quod exceptiones, quæ non impugnant rem, nec mutant ſententiam, ſemper opponi poſſunt etiam poſt ſententiam vſque ad executionem, qualis eſſet iſta de obligatione in ſolidum vel noxaliter, ſi verum eſſet, vt tenent allegati Interpretes hoc non facere ad condemnationem, & tamen vult tex. ille ante ſententiam huiuſmodi qualitates proponi debere. Cogitate ſuper his. Suam concluſionem permiſſæ emendationis limitat Bartolus in caſu clem. conſtitutionem, de electio. ipſe tantum dicit eſſe ſpeciale ibi, nec aliud. Cæterum rationem ſpecialitatis debuiſſet allegare. DD. conſentiunt rationem eſſe ne ele-
261 ctiones † diu maneant in ſuſpenſo, quia intereſt Eccleſiarum habere ſuum ſponſum ne longo tempore maneant in viduitate, ob periculum animarum, cui ſubiacent vacante Eccleſia. cap. ne pro defectu, de elect. cap. vt circa, eo. tit. in 6. Hinc alij limitationem
262 hanc latius extendunt, quandocunque lex † aliqua, ſeu conſtitutio, vel ſtatutum iuberet qualitatem ab initio exprimi, quæ ſi nulla expreſſa ſit, vel diuerſa, ſuppleri ſeu mutari poſtea non poſſit, ita declarat Alc. hic, nume. 127. Et puto eſſe rationem, quia tunc qualitas illa ſit effecta de forma & quaſi de ſubſtantia actionis, vt per Bar. in d. §. quid tamen. & traditur communiter * in d. l. edita. Sed vt ad rem noſtram reuertamur, miſſis ijs quæ de libellis diſputari poſſent, in nunciatione ſtat concluſio de qua ſu-
263 pra. Hoc eſt, Nunciantem † poſſe cauſæ per eum deductæ qualitatem variare in nunciatione proſequenda. Ita Bartolus uult, & cæteri, qui omnes * cum eo conſentiunt, vt teſtatur Crot. hic numero 64. Pariſ. numero 118. Socin. numero 215. At difficultas non modica eſt, exemplum aliquod aſſignare huiuſce mutationis: inutiliter enim aliquid ſtatuitur niſi poſſet ad praxim deduci, argumen. l. non ambigendum. §. vltimo, cum gloſſa, de procura. lege, quibus idem. de verborum obligationib. Hoc diu DD. conturbauit, tam hic in ſpecie noſtra, quàm in dicta lege edita, & in locis ſupra citatis, vt vix alterum in iure colligatur

exemplum extra d.l.in delictis.§.ſi detracta, de noxal.& illud etiã non abſque controuerſia tranſeat. Ruy. primò dat exemplum,
264 ſi fortè nunciatum fuiſſet † ex cauſa impoſititia, dein afferatur cauſa naturalis, nam ſemper eſt eadem actio in factum. Sed poſtea videns ex his cauſis longè differentia conſtitui iudicia, arbitratus eſt hoc potius ad cauſarum ſubſtantiam quàm ad illarum qualitatem ſpectare. Quapropter alterum dat exemplum, ſi ex
265 eadem † cauſa, puta naturali nunciaretur: ſed primo dictum eſſet, quia poſſideo, poſtea verò dicat, quia dominus ſim, quod quidem ſecundum Bartolum ſupra in ſeptima q. non procederet, vt ibi viſum fuit, procederet autem ſecundum communem opinionem. At Socalia ratione hoc non admittit, nempè quia cauſa poſſeſſionis non ſpectet ad caput cauſæ naturalis, quod de dominio tantummodò intelligatur, vt in d.l.de pupillo.§. & bel-
266 le Sex. Pedius. Quod † vereor ne imprudenter ſit dictum, & nimio forſitan contradicendi deſiderio, nam ſi cauſa poſſeſſionis bona eſt cauſa nunciandi, quod nemo vnquam dubitauit, ſub quo capite illorum trium continebitur, ſi non ſub capite naturalium cauſarum? Etenim certo certius eſt neque eſſe publicam neque impoſititiam; nec congruè diceremus Iuriſconſultum fuiſſe defectiuum. Præterea quid magis naturale eſt quàm ipſa poſſeſſio, quæ & dominio cauſam proximam præbet, & illo longè
267 eſt antiquior? † vt tradi ſolet in rub. de acqui.poſſ. Quamquam ibi ſoleo ex ſententia Angeli, fratris Præceptoris ac Domini mei, in hoc vltimo noua quadam ratione firmare poſſeſſionis acquiſitionem dominio eſſe poſteriorem, de quo quandoque loco ſuo audietis. Sed hoc indubitatum eſt, etiam illam iure naturæ, quod gentium appellant, nobis acquiri. Verum eadem ratione qua Ruy. præcedens exemplum non admiſit, hoc quoque manifeſtè corruit: nam quis ignorat dominij & poſſeſſionis remedia nihil habere commune? d.l.naturaliter, §. nihil commune, vbi ſcribentes. de acquir. poſſeſſ.l.ordinarij.C.de rei vend.cum ſimilib.
268 Tertiò Florent. exemplificant in eo, qui nunciauit † pro ſeruitute itineris, poſtea vero in proſecutione probet de ſeruitute actus. Seneñ. hoc non approbant, quia ſecundum magis com-
* munem * opinionem, † vt ipſi teſtantur, pro ſeruitute ruſtica non
269 valet nunciatio per l. qui viam. infra eod. vbi traditur, & in hac. l. §. fi. cum l. ſequen. quod difficultatem in hac materia continet non vulgarem, ſed quæ nunc explicari non poteſt, aliquid habuiſtis,

buiſtis, & copioſius habebitis, in noſtra Epitome ad hanc materiā Sanè Florent. videntur ſequi opinionem Bar. & tenentiū pro ſeruitute ruſtica nunciari, quod etiam iuri videtur magis conſonans, cū nulla ſatisbona ratio differentiæ aſſignari poſſit. Seneñ. vt ſcrupulum iſtum euitent, dant quartum exemplum, in ſeruitutibus pluribus vrbanis, vt ſi dixi, quia mihi debeatur proſpectus, poſtea verò probare velim deberi ſeruitutem luminum, vel quid ſimile. At ego vereor ne Bar. iſtud admitteret, quia in caſu libelli (cuius ſola ſimilitudine mouetur) nō facile cōcederet proponentem vnā ſeruitutū vrbanarum ſpeciem, obtinere ſi aliam probet: potius enim videtur hic ſubſtantia cauſæ, quam qualitas

170 mutari. Quintum Pariſ. excitat exemplū † à l. de pupillo. §. qui nunciat, infra eo. puta ſi dixerit nunciare in vna parte, poſtea dicat in alia, vt ſi per modū rationis ſibi dixerit deberi ſeruitutem in parte domus ſuperiori, poſtea in inferiori, vel ecōtra, vel ſi dixerit ab initio nunciare in toto opere, poſteà in parte. Iſtud firmius eſt cæteris, quamuis ille tex. parum faciat ad rem, nā ibi de opere quod fit agitur, habeturq; eſse exprimendā partem vel totum, ſi parti, vel toti operi nunciat, quod per modum cauſæ nō

171 fit, & arbitror † ſi in vna parte fuiſſet nunciatum nō poſse in executione peti reſtitutionem ædificij alterius partis, vel quoquo modo impediri, ne ob eam nunciationem in illa parte ædificetur. Quamuis ſi in totum opus nunciatum eſset, non videretur incongruum in proſecutione ad vnam tantum partem reſtringi, ſed propter alterius partis contra ius impeditū ædificium pœnā iniuriarū, vel doli, ſecundum ſupradicta non euitabit. Iſtud autē exemplum intelligetur, ſi puta in modū cauſæ dixero, quia officis omnibus meis ædibus, poſtea probem de parte: vel ſi dixero, quia officis in vnò angulo ædium mearum, poſtea probare velim de alio. Veruntamen dubitari poteſt ne hac mutatione alteretur condemnatio, iuxta doctr. Alber. de qua ſupra. quod tamē non facit, quin id poſſit eſse ex mente Bar. qui in d. l. edita, ſecus

172 credidit. Equidem puto ſententiam † Bar. hic intelligendam eſſe ſimpliciter de quacunque adiectione in cauſę expreſſione, ſi quid puta dictum eſset quod dici neceſse non fuiſset, vel quod ad rem non faciat, non tamen cauſæ ſubſtantiam, ſeu probabilitatem mutet, vt ſi poſt explicatam concludentem cauſam, nuncians adijceret, & quia ita mihi placet, vel quia contra bonos mores facis ædificando, vel ſiquis alius compræhenſus eſset

inter

inter nunciatos non comprǽhendendus, cuius tamen comprę-henſio non vitiet nunciationem: ſolent enim multi in ſimilibus contentionibus verboſi eſſe, & animosè multa dicere. Vel ſi dictum eſſet, Nuncio ne ædifices, cum imperſonaliter concipere debeat, ne ædificetur, quia in rem non in perſonam nunciatur. l. ſi. infra eo. & videtur probari, l. prętor, in prin. infra eo. ſecundũ Bar. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe, quod tamen in noſtra Epitome haud omnino probamus. Idẽ crederem ſi dixiſſem, quia emi à Titio, cum emerim à Sempronio, argumento d. §. ſiquis aliud. Inſt. de actio. Nec obeſſet quod ſupra in caſu libelli propoſiti circa hanc facti ſpeciem dictũ fuit ex ſenſu glo. in l. per hanc. C. de temp. appell. nam & ſi illud admitteretur in libello, non tamẽ ita rigoroſè in nunciatione procedendum eſſet, cum ſit actus extra-iudicialis & longè minoris ſolẽnitatis, & vbi ſat eſſe videtur pro cauſa dominium, vel poſſeſſionem prætendere, licèt in cauſa vnde hæc acquiſita ſint, erratum fuerit. Vel demum ſi dixiſſem, nũcio, quia ædificetur in loco, vbi iure municipij ędificari prohibitum ſit, & poſtea appareret non per ſtatutum, ſed per cõſtitutionem, vel etiam ius cõmune ędificium illud prohiberi; Et ſic de ſimilibus erroribus in circunſtantijs; qui longè frequentius in nunciatione contingere poſſunt, quàm in libellis, qui conſultius eduntur: ideò æquum eſt in ea correctionẽ æquiori animo concedi. Vltimò quærit Bar. an in denunciatione, quam facit ceſſionarius debitori ne cedenti ſoluat, iux. l. 3. C. de nouat. ſit cauſa exprimenda cur denunciet? vel potius expectandum, vt à denunciato petatur ad ſimilitudinem nunciationis noui operis, ſecundum ſupra dicta? Ita intelligenda eſt quæſtio Bar. quicquid aliter crediderint quidam ex neotericis. Ex illius dictis in reſolu-
273 tione quæſtionis colligo tria. Primum in denũciatione † illa, de-
* bere cauſam ab initio ſpontè exprimi, cũ quo tranſeunt, oẽs,* vt dicit hic Ruy. nu. 101. & receptiſſimam opinionem vbiq; approbatam inquit Alc. nu. 119. Pro contraria verò tenuit Spec. in loco citato per Bar. Et in caſu fortè maioris dubitationis, an ſola
274 debitoris † ſcientia ſufficiat etiam abſque vlla denũciatione ceſſionarij, videtur affirmatiuè firmaſſe glo. per illum tex. in l. ſi. de
* tranſ. quam communiter * approbatam eſſe dixit Bal. conſi. 105. poſt. nu. 4. lib. 3. tenuit Cy. in d. l. 3. C. de noua. Bar. in l. nomen. C. quæ res pign. obl. poſſ. & ibi Sal. dicit tenere DD. Ang. in l. grege. §. cũ pignori, de pign. vbi videtur tenere etiam pro Bar. hic. & demum

mùm ita tenuit hic Crot. Pro quibus multa etiam allegari ſolent præſertim d. l. fi. de tranſ. l. j. §. j. l. facta. §. ſi hæres. ad trebell. Item reg. eum qui certus. & ibi Dy. de reg. iur. in 6. cum alijs, quæ ponit Io. And. ad Spec. in §. ſi ver. ſed quid ſi debitor. de procur. Fa-
275 cit etiam quod tradidit † Bar. in l. non ſolum. §. morte. infra eod. in l. denunciaſſe. de adul. in l. quidam. §. ex quo. de adm. tut. quod ſi à lege vel ſtatuto requireretur denunciatio ſolùm ad effectũ, certiorem aliquem reddendi, nõ eſt neceſſaria, ſi ille antea ſciret. Alex. conſi. 24. nu. 4. & 5. lib. 4. Capra qui de communi * teſtatur in reg. 58. nu. 5. Soc. iun. qui dicit ita tenere omnes in conſi. 4. nu. vlt. lib. 2. Rim. iun. qui pariter alios citat de communi teſtãtes in conſi. 132. nu. 34. Quo ſtante videtur quę à ceſſionario fit eſſe ta-
276 lis, ideò ſuperfluò fiat ſcienti. Contrarium tamen quod ſola † ſciẽtia non ſufficiat tenuit Spec. & Io. And. in loco iam citato. Barto. hic & in d. §. morte, & paſſim vbique ibidem Alex. & Iaſ. & in l. ab emptione. de pactis. Bal. Sal. & alij ferè nemine diſſentiente in l. j. C. de act. & oblig. Guid. Pap. q. 567. nu. 2. & ſing. 592. Affl. deciſ. 335. Caſſan. in conſuet. ſub rub. 11. §. 4. in verſi. Sarà denoncè, & alij multi quos breuitatis gratia prætereo, qui mouentur multis legibus, & rationibus, vt eas colligit Spe. vbi ſupra. Præſertim autem ex d. l. 3. C. de nouat. quæ loquitur in caſu de quo nos, ideſt ad impediendum ne debitor poſt ceſſionem priori creditori ſoluere poſſit. Et ponderatur quia inutiliter requireretur vnum ex illis tribus, ſi ſola ſciẽtia ſufficeret, & in ſpecie Sal. ibi ponderat quod dicitur de eo, qui cœpit ſoluere; certum eſt enim antequã cępiſſet ſoluere, ſciuiſſe factam ceſſionem, & tamen tex. requirit principium ſolutionis, quam ponderationem referre placuit, cũ ſatis ſubtilis ſit. Ad inſtar cuius Iaſ. hic ponderat (non tamen puto tam fœliciter) quod ibidem dicitur de litis conteſtatione, nã hanc præcedit citatio, quæ licet certiorem citatum reddat, nihilominus non impedit quin creditori primo ſolui poſſit. Verũ ad hoc reſponſio fortè non eſſet incongrua ſi diceremus ad inducẽ-
277 dam † ſcientiam plus poſſe extraiudicialem monitionẽ, quàm ſolam iudicialem citationem, vt ad effectum interrumpẽdæ præſcriptionis decem vel xx. annorum, & inducendę moræ contingere ſolet, nam qui citat nondum petere, ſed ſolum petere velle videtur, Bar. in l. amplius. rem rat. haberi. ad quæ nouiſſimè videndus eſt Gabr. conſi. 144. per totum, qui ad hoc prudenter multa congerit. Fortaſſe poſſent etiam omnia alia, quæ pro communi

adducuntur

adducuntur euitari, licèt multa ſint pondere ac numero. Sed Bar. exemplum libenter ſequor, qui ſe remittit ad dicenda in d.§.morte, vbi denunciationum omnium materiam latiſſimè cumulauit, & ſpecialiter ibi agitur, quando dicatur denunciatio requiſita à lege, ſtatuto, vel etiam priuatorum conuentione, ad ſolū effectū
278 certiorem faciendi. Ex quibus fortè apparebit hanc† non eſſe talem, ſed etiā ad hoc fieri ne primo creditori ſoluatur, poteſt.n. eſſe vt quamuis ſciat factam eſſe ceſſionem, adhuc neſciat, an ceſſionarius nolit primo ſolui, & ita reſpondebat ad ſupradictā rationem Sal. in d.l.3. in fi. & eſt ex ſententia aliorum ſupra citato-
279 rum. In cęteris autem denunciationibus † in dubio præſumi volunt eas requiri ad ſolam ſcientiam inducendam, & ſic poterunt omitti ſi denunciandus illud idem aliunde ſciat. ita voluit Alex. conſi.24.nu.6.lib.4.& alij citati per Tiraq. de retr. cōſang. §. 36. gl.2.nu.24.& ibi in ſeq. doctè inquirit quando denunciatio hæc videri poſſit requiſita pro forma. Solet autem in caſu iſto denunciationis faciendæ à ceſſionario, an ſola ſciētia debitoris impediat ne poſſit primo ſoluere, vel inutiliter cedēs ab eo exigat, multifariè diſtingui. Præſertim multi ſunt, qui volunt differen-
280 tiam † eſſe an ſimplex ceſſio facta ſit, quo caſu ſolæ vtiles actiones tranſeunt, remanent autem directę adhuc validæ apud cedētem, vel potius fuerint ceſſæ etiam actiones directæ, ſeu earum exercitium, quia illæ ab oſſibus creditoris auelli non poſſunt. Idē ſi ceſſionarius in omnibus, & per omnia poſitus eſſet in locum cedentis, nam tunc cedens inutiliter exigit, & inutiliter ei à ſciēte ſoluitur. Iaſ. in l. ab emptione. de pact. Cæpol. caut. 290. & alij multi. Cæterum quantū vis copioſis, & prægnatibus verbis ceſ-
* ſio facta ſit, communiter * receptum videtur, debere denunciari etiam ſcienti, vt nouiſſimè plures citat, & de cōmuni teſtatur Cæſ. Vrſillus in addi. ad Affl. d. deciſ. 335. nu. 17. Alij verò diſtin-
281 guunt † ex ſenſu Bar. in d.§.morte, & in d.l. denunciaſſe. & in l. facta. §. ſi hæres, ad Trebell. ſi ceſſio ad ſolum cōmodum ceſſionarij facta fuerit, debitorem ſcientem non poſſe ſoluere veteri cre-
* ditori etiam ſi denunciatum non fuiſſet, ita communiter *Interpretes in d.§.morte, quicquid ibi tentauerit Rub. in contrariū. ita Sal. late in d.l.j.q.2. C. de act. & oblig. Pariſ. qui de communi teſtatur & remouet contraria in conſi. 19. col. vlt. lib. 3. Deciſ. Pedem. 45. Vrſil. in add. iam dicta. Sed vltra hęc videndus eſt Bal. in d. conſi. 105. nu. 4. lib. 3. vſque ad finem, qui cumulat omnia intra de hoc

deliocloquentia & ferè omnes caſus congerit, & omnes exci-
tat difficultates, quæ ſuper hoc oriri poſſent. Ex recentioribus au
tem videndus eſt Ronchag. in ſ. 3. nume. 63. & pluribus ſeq. de
duob. reis. qui eleganter multa digerit. His nũc poſthabitis, quę
ſolum pro quadam informi intelligentia materiæ quaſi præmiſ-
ſa ſunt, ad rem noſtram redeundo dubitatur an in hac denuncia
282 tione † facienda debitori ſiue ſcienti ſiue ignoranti, parum nũc
curo, ſit ſponte dicenda cauſa? Et ſic ſolum agitur de forma ſub
qua talis denunciatio cõcipi debeat, quæ inſpectio multum à ſu-
periori diſtat, nam & Spec. contra quem firmat Bar. quoad ſupe-
riorem difficultatẽ tenuit ac pluribus rationibus collatis firma-
uit denunciationem faciendam, negat autem vltrò dicendam eſ-
ſe cauſam, ſed tantum conſuluit, vt dicatur oſtendaturq; ac lega-
tur inſtrumentum ad remouẽdas difficultates, quæ ſuboriri poſ-
ſent. At hic Bar. vult conſilium illud eſſe neceſſitatis, quia abſque
* cauſę expreſſione denũciatio ſit nulla. Pro Bar. ſunt hic oẽs* ſcri-
bentes vno excepto Io. Croto, qui & in hoc à Bart. deſciuit, & à
Specu. in quantum vult nullam requiri denunciationem in ſcien
te, idem tenet Barto. in d. l. de pupillo. §. ſiquis ipſi, & in d. l. non
ſolum. §. morte. nume. 35. vbi dicit ita practicari, cum quo ſunt
ibi alij ſcribentes, præſertim Rub. nu. 408. Item Rom. conſi. 204.
nu. 12. Ange. in l. grege. §. cũ pignori. nu. 2. de pign. Corſ. ſing. 210.
in verſi. Procurator. Cagn. in l. qui in alterius, nu. 15. de reg. iur.
Alex. conſi. 18. nu. 4 lib. 7. Caſſan. in d. conſuet. rub. 11. §. 4. in ver-
ſicu. ſarà denuncè. Fel. qui Bar. citat pluribus in locis, & alios in
c. cum contingat, nume. vlt. de reſcr. Et in toto illo c. latiſſimè per
283 tractat, an † & quando teneatur quis alteri aſſerenti, vel negan-
ti credere? vnde poteritis, ſi libuerit multa ad hanc rem haurire.
Videndus eſt etiam ad illud idem Specu. de citat. §. ſequitur, in
princ. Et proximius ad rem noſtram plura notat hinc inde Ti-
raq. de retr. conſang. §. j. glo. 10. numero 108. & ſeq. A quo etiam
colligi poterunt, qui nam cum Specu. in hoc vel in ſimilibus ca-
ſibus velint inſtrumentum non eſſe oſtendendum niſi petitum
fuerit. Dubitandum non eſt quin communis opinio ſit cum
Barto. tum ex atteſtatione Ruy. & aliorum hic, vt ſupra viſum
eſt, tum etiam ex numero DD. tenentium pro ea, licet Ioan.
And. ad Specu. in dic. verſicu. ſed nunquid ſufficit, teſtetur
tunc modernos pro Specu. tenuiſſe. Vtilitas poteſt eſſe maxi-
ma tum vt ſciatis ſub qua forma hæc denunciatio concipienda

ſit,

ſit, vt ibi per Speculum etiam ratione effectus, qui indè ſequi poſſunt, videlicet an ea facta debitor ſoluens priori debitori liberetur, vel an illũ agentem repellere poſſit, ac debeat, ceſſarum actionum, ſeu doli mali exceptione, aliquave alia. Item eſt vtilis vt ſcia
284 mus an cedẽtis † priuilegijs ceſſionarius aduerſus debitorẽ vti præſertim executiuis, competentibus ob guarantigiam, ſeu confeſſionem debitoris iure communi, ſiue ex ſtatutis in quibuſcunque caſibus, qua in re Bal. in l. per diuerſas, C. mãdati, reſpondit ceſſionarium non poſſe iure obtinere debitoris ceſſi carcerationem, quæ vigore ſtatuti creditoribus concedi ſolet, niſi facta denunciatione per inſtrumẽti oſtẽſionem, quod approbat hic Alc. nu. 130. & teſtatur ſæpius vidiſſe hac de cauſa debitores carceribus liberari. Ad quod videndus eſt omnino Boer. deciſ. 10. qui plura de hoc ſcribit. Faciunt ea, quæ tractari ſolent in l. j. ſi certum pet. in quæſtione an Ceſſionarius creditoris nomine ꝓpriè compræhendi mereatur? Pro ſua opinione Spec. ponderat ſolũ gloſſam hic dum vult opus non eſſe cauſam in nunciatione exprimi niſi pars petierit, quod & alij probant, vt ſupra. Reſpõdet Bar. hoc de noui operis nunciatione, non habere locum in denũciatione quam ceſſionarius ceſſio debitori facit. Et paſſim DD.
285 videntur velle ſpeciale † eſſe inter alias proteſtationes, vt hæc de nouo opere inhibendo ſine expreſſione ſpõtanea cauſæ facta valeat; Quod contingit etiam in quibuſdam alijs, vt per Bar. & cæteros in d. §. morte, & generaliter in omnibus ſecundum Fel. in c. cum M. nu. 61. de conſtit. de quo infra iterum videndũ. Verum quoad iſtas duas proteſtationum ſpecies poteſt eſſe ratio differẽtiæ, quia cum in nuntiatione operis noui de ſolo nunciati damno agatur, ſibi is imputet ſi cauſam non petit, ſecus in denunciatione debitori facienda, in qua, cum contineat ne priori creditori ſoluatur, vertitur illius præiudicium. neq; debemus adeò procliues eſſe ad credendum. quod alterius damnum cõtinet, prout
286 poſſumus, quod nobis tantùm officiat, patet in Tutore † Curatore, & ſimilibus, qui nequaquam excuſantur de omiſſis, & neglectis eo quod talem ſoleant in ſuis etiam negligentiam adhibere, l. à tutoribus, in prin. vbi gl. in ver. debet. de adm. tut. l. j. in prin. de tutel. & rat. diſtr. l. contractus, de reg. iur. Benè verum eſt in cõ
287 curſu † perdendorum bonorum ſuorum, vel pupilli, excuſatur ſi ſua potius quam pupilli bona ſalua reddat, Bar. in l. tutor. §. nõ eſt. de adm. tut. propter regulã, prima charitas, &c. l. præſes. C. de
ſeru.

ſeru.& aqua.ſed nulla tunc poteſt tutori negligẽtia imputari. Nimirum igitur ſi proteſtans cauſam reticere poteſt in caſu vbi intelligat proteſtatum credendo,ſibi tantum damnũ inferre, at vbi de re quoque alicuius nõ proteſtati agitur, cum ſciat proteſtans illum ſola credulitate non excuſari,ſibi conſulat,ab initio talem proteſtationem faciendo, vt proteſtatus ignorantia excuſari nequeat. Secundò pro hac eadem parte Bar.põderat tex.in l.ſi hæres,in fi.ſed verè voluit allegare l. hæres cum debuerat.vt Soc.animaduertit,ad Trebell.ſic etiam deducit glo.in d.l.grege.§.cum pignori.in verbo,ſoluturum, de pign.vbi ſimpliciter de denũciatione fit mentio: eodem modo potuiſſet ponderare l. tutor,in prin. de minor.l.j.§.fi.pro empt.l.ſi fundum.C.de rei vend.& in terminis iſtis,d.l.3.C.de nouat.cum ſim.quæ colligit Bald. in d.conſil. 105.nume.4.lib.3.Ipſemet Bar.reſpondet addendum eſſe, cũ expreſſione cauſæ,voluit dicere non aliter intelligi tunc denunciatum,quàm ſi cauſa expreſſa ſit. Ex quo ſequitur cauſæ expreſſio-
188 nem † nedum neceſſariam eſſe in denunciatione à ceſſionario facienda,vt in caſu præſenti, ſed etiam in quocunq; alio,qui cũ per ſe non habeat ius,tamen aliquo modo prætendit ſua intereſſe,vt in d. l.hæres cum debuerat,nam facta reſtitutione hæreditatis apud hæredem ſcriptum nihil remanet,l.j.§.j. cum tota materia, ad Trebell.& tamẽ denũciat debitoribus hæreditarijs ne ſoluant vt ibi,& hanc doctrinam de cauſa exprimenda generalius extendit Bar.in d.l.non ſolum,§.morte,& Fel. in d.c.cum M.Ferrarien.nu.61.de conſtit.Veruntamen nos intendimus tantum de caſu propoſito diſcutere.

Tertiò facit d. l.j.in fi.de appel.vbi cauſam in appellatione nõ eſſe inſerendam diſponitur, ſed facilis eſt reſponſio, ſecundum ſupradicta inuertendo in contrarium, quia proteſtationes appellationi ab interlocutoria comparantur, vel potius ſunt extraiudiciales appellationes, in quibus regulariter cauſas exprimendas eſſe ſæpius ſupra dictum fuit.

289 Quartò proteſtans † comparatur excipienti, quia; ut inquit Fel.in d.c.cum M.Ferrarien. nu.61.proteſtatio fit ad inſtar exce-
290 ptionis,ſed exceptio † generalis admittitur ſine cauſa niſi ab actore petatur.hoc,inquit,voluiſſe Ang.in l.j. de excep.qđ in meo exemplari nequaquam reperij,ſed alios ad hoc citat Claud. in d. §.morte,nume.73.Fel.ibidem iſta ratione motus videtur generalius firmaſſe proteſtationes omnes ſine cauſa valere, ſi petita nõ

ſit,

fit; quod dici poteſt fuiſſe præciſè, ſecundum mentem Specu. vbi ſupra. Reſpondet Claud. in d. §. mortis, negando exceptionem ſine cauſa valere; Namque ſolum DD. per eum citati volunt in ea cauſam generalem, vel obſcuram admitti, niſi pars ſpecificari, vel declarari petierit, & hoc ad ſimilitudinem libelli, vt traditur in d. l. edita. Vnde ſequeretur contra Bar. hic denunciationẽ cũ cauſa generali, vel obſcura valere; quod videretur contra d. l. nomen. ſecundum ponderationem qua hic Bar. vtitur; Quod tamen facile poſſet euitari, vt videbimus infra. Poterit interim re-
291 ſpondéri negando ſimilitudinem, † illam exceptionum, & proteſtationum, quæ nec aliquo iure munitur nec quidem ſenſui applaudet, cum proteſtãs potius inquietantis inſtar habeat, etenim prouocat, & impedit aduerſarium, qui loco poſſeſſoris, & quaſi rei habetur, vt in nũciatione, quàm pluries ſuprà oſtenſum fuit, & probatur etiam cum dici ſoleat citationis, & vocationis in iudicium vim habere, Bar. in d. §. ſiquis ipſi. Nec obſtat, quod nota
292 tur in l. 2. infra co. nunciantem † defendere, nam & multæ actiones defenſionem continent, & omnes pro iure aliquo defendendo conſtituuntur. Sed & ſi aliquam proteſtatio cum exceptione ſimilitudinem habeat, hoc tamen non fit in modo proponendi, vt patet etiam conniuentibus oculis, nam excipiens coactus proponit, proteſtans non niſi volens, & benè munitus, itaque nõ mirum ſi illi plus parcitur quàm huic.
293 Quintò facit d. l. vlt. † de tranſ. quæ cum debitori ignoranti ſolum proſpectum eſſe velit, ergo ſecus ſentit in ſciẽte. Ex quo glo. ibi generaliter putauit, denunciationem in ſciente nõ requiri, ſed communiter reprobatur, vt diximus. Quo ad tex. illum reſpondemus; ſupponere à contrario ſenſu impedire ſcientiã debitoris ſi tamen perfectam & plenam notitiam contineat, quod modo contendimus tunc ſolum fieri, cum oſtenſum fuerit inſtrumentum, vel eius data copia.
294 Sextò l. denunciaſſe. † §. quid ergo. de adult. vbi glo. etiam generaliter notat denunciationes admitti ſine cauſa, ſed verè tex. ille probat cauſam ſaltem generalem aſſignandam eſſe in caſu de quo ibi: cum enim maritus vxori à qua adulterij cauſa diuortiſſet, denunciare poſſit ne nubat, quia de adulterio agere intendit, neceſſe eſt cauſam hanc exprimere, quòd de adulterio ſecum agere velit, licet neceſſe non ſit ſpecialiter perſonam nuncupare, cum qua adulteratam fuiſſe prætendat, & ita ibi Barto. tex. illũ

intellexit, atque ideo ait Dynum reprehendiſſe glo. vel eam men doſam exiſtimaſſe. Vnde fit vt tex. ille pro parte cõtraria quoq; non ineptè ponderetur, vt infra in diſcuſſione alterius partis.

295 Septimò plurimum ſtringit regula † quam DD. tradunt in l. ita ſtipulatus, de verb. obl. vbi præſertim Alex. qui allegat cõcor. & Dec. conſi. 2. col. 2. Quod quando tenetur quis aliquid facere, hoc intelligitur ſi ab aduerſario petitũ ſit vt faciat, l. dies. §. hoc autem iudicium, de damno infec. cum ſim. quæ congerit Tiraq. de retr. conſang. §. j. glo. 10. nu. 109. ſed ex ijs, quę ille ſtatim ſupponit, nume. 110. & 111. apparet ſolutio, namq; regula illa nõ habet locum in ijs, quæ fiunt ſponte extra iudicium, quia tunc alia ſuccedit doctrina. Quod ſi ad aliquid conſequendũ debeat quis aliquid facere, ſponte illud offerre debet, ut ibi per eum & latius in eodem §. j. glo. 17. per totam.

Octauò facit quod voluit Bar. in cõſi. 230. Domine Iacobe, in
296 ſecundo reſpon. vbi vult, ſi fuerit latum laudum † cum conditione, quod debeat ab vtraq; parte confirmari, intra certũ aliquod tempus in manu Notarij de eo rogati, ſatis erit ſi Notarius notificet partibus, laudum latum fuiſſe, & moneat, vt ad illud intra ſtatutum tempus emologandum veniant, abſque eo quòd in actu dictæ notificationis illius copiam mittat. Poteſt reſponderi iſtud ſpectare ad quæſtionem ſequentem vbi videndum erit, co
297 pia, an dáda ſit nec ne. Vel illud verũ eſſe in denũciatione, † quę fit à Notario, quia is habetur loco iudicis. glo. & DD. in l. rem non nouam, C. de iud. Et iudex poteſt nunciare etiam ſine expreſſione cauſæ, prout Barto. voluit & alij in d. §. morte, & ſpecialiter in eo caſu notificandi laudum vel ſententiam, tenuit Rom. conſi. 6. de quo ſupra in limitationibus.

298 Nonò facit, quia ceſſionarius † nihil aliud ſit, quàm procurator in rem ſuam, l. ſiquis in rem, de procur. & ſic ceſſio erit lo-
299 co mandati. At in procuratore † firmat Bald. in cap. Cumana. numero 14. de elect. non teneri oſtendere mandatum niſi petitum fuerit ab aduerſario, de hoc etiam infra. Interim reſpõdendum cenſeo ex eiuſdem Bal. doctrina in cap. coram. numero 8. de offic. deleg. & in rub. C. de depoſ. nume. 4. quem citat & ſequitur Iaſ. in l. de pupillo. §. qui procuratorio, infra eo. quod in actu iudiciali mandatum non exhibetur niſi à parte petatur, & ita ſeruat conſuetudo fori: at in actu extraiudiciali mandatum etiam non petitum exhibendum eſt, vt clarè Bal. concludit in d. rub. C.

depoſ.in procuratore repetente depoſitũ. Vltimò vt videbimus
300 in concluſione ſeq. copia † ceſſionis, ſeu mandati etiam in actu extraiudiciali non datur parti non petenti, ſed nulla videtur eſſe ratio differẽtiæ cur magis in dãda copia debeat partis interrogatio accedere, quàm in inſtrumento oſtendendo, hanc rationem excitauit, & poſtea non ſoluit, Tiraq. in d. §. j. gl. 10. nu. 109. in fi. Poteſt dici differentiam eſſe quia inſtrumentum per ſe etiam ſine datione copiæ habeat præſumptionẽ veritatis, ideò ſufficit ſolum oſtendi ad conuincendum aduerſarium, vt debuerit illi credere. At copia datur, vt omnis difficultas ac ſuſpitio adimatur, q̃ non præſumitur oriri in illius animo niſi dubitationis aliquod det ſignum, atq; idcirco expectatur, vt is copiam petat. Pro contraria opinione. Primò põderat Bar. l. nomen. C. quæ res pig. obl. poſſ. ibi (nondum certior à te de obligatione tua factus.) At cer-
301 tior quis † non dicitur factus per ſimplicem aſſertionem alicuius, ſed ita demum ſi dubitari nõ poſſit. Facit ad hoc quod dicit glo. in c. ſi beneficia, in ver. certiores, de prob. in 6. quod non dicitur certior factus, qui cuiuslibet aſſertioni credit. ſequitur Fel. in d. c. cum cõtingat, nu. 4. ver. limita dupliciter, quod facit ad ſtatu-
302 torum aliarumq; diſpoſitionum interpretationem. Et quid † ſi dictum ſit quod debeat habere notitiam certam & plenã? videndus tex. & ſcribentes ibi in clem. cauſam, de elect. in fi. Et ſi dictũ ſit notitiam certam & indubitatam, an excuſetur, qui dicat audiuiſſe à fide dignis, pro certo affirmantibus? videndus Fel. in d. c. cum contingat, nu. 4. in fi. Secundum quam argumentationẽ, & oſtendendum & legendum eſſet inſtrumentum ceſſionis, quinimò & illius authentica copia offerenda, cum in ſimplici exẽplo ſemper poſſet ſuſpicari aliquid mendacij contineri, vel non ex integro ſumptum fuiſſe. Hoc autem eſſet contra opinionem cõmuniter receptam, de qua in ſeq. concluſione. Reſponderem itaque dici poſſe quem certiorem factum per ſolam aſſertionẽ boni viri, & etiam aduerſantis in iudicio, vt patet in ijs, quæ in libello proponuntur quorum copia reo non petenti danda non eſt, ut idem Bar. ſupra ſæpius voluit, & tamen tex. in l. j. in prin. de edendo, inquit actionis ſpeciem edendam eſſe, vt ſciat reus, an cedere, vel contendere debeat. ita etiam dicemus in caſu noſtro certiorem fieri debitorem equidem ex ſola aſſertione ceſſionarij, quouſque inſtrumenti copiam non petierit. Et habet rationem nã certus ille dicitur qui ſua opinione non dubitat: ille verò non

dubitat:

dubitat,qui nihil inquirit,& iſtud videtur fuiſſe ex mente Spec. Quo ad gl.in d.c.ſi beneficia,&alia ſupra deducta reſpõderi poteſt,illa procedere quo ad præiudicium alicui alteri inferendũ,
303 puta,vt credatur teſti,† qui dicat eſſe certum,quia audiuerit, & à fide dignis,ſed ſua opinione poteſt videri certus, quando cum potuiſſet certior fieri neglexit,vt in caſu noſtro ſecundum infra dicenda. Secundò allegat Bar.cle.cauſam, de elect.eandem allegat etiam in d.l.grege.§.cum pignori,de pign.in l. qui in alterius de reg.iur.& paſſim vbiq;.in ea enim potiſſimum ſuam opinionem fundat. Ibi datur forma denunciandi appellationem interpoſitam,per productionem authenticæ ſcripturæ, & oblationem copiæ, vel illam legendo parti denunciatæ. Augetur dũ ibi
304 Anch.vult † generaliter illum tex.procedere in omni denunciatione alteri facienda, de eo, quod denuncians ipſe fecerit, & ſic compræhendet etiam caſum noſtræ dubitationis. Etſi ſolet tex.il
305 le pluribus modis reſtringi,præſertim vt non habeat † locum in cauſis minoris præiudicij,quàm ſit illa,vt ibi per ſcribentes, qui quantum poſſunt diſpoſitionem illam coarctant,quod præcipuè tradit Fel.in d.c.cum cõtingat,nu.9. de reſcr. per doctrinã Card. in clem.j.de renun.& Caſtrenſis,vt per eum:tamen hoc haud ſolutionem commodam facit in caſu noſtro,vbi poteſt maximum denunciati priorisve creditoris verſari damnum,nam ſi ſub vſuris,vel pœna aliquid deberetur niſi certa die ſolutum eſſet, vel ſi ex aliqua cauſa teneretur quæ inficiatione creſceret, vel etiam ſi per interpellationẽ iudicialem vel extra, in mora conſtitueretur vnde omnibus moræ periculis ſubiaceret, quis non videt agi de re quoad debitorem maximi præiudicij? Sed & prioris creditoris etiam,ſi diceremus impediri eius exactionem,nam facile poſſet falſi alicuius ceſſionarij fucis,vel totius ſui crediti iure fraudari,vel in eius exactione longè retardari. Fortè melius eſſet reſpondere ſpecialitatem illius tex. conſiſtere, quia de electione poſtulatione,& prouiſione in eccleſijs adminiſtrandis agat, quaſi ſecus ſit in alijs caſibus. Et hanc ſolutionem fortaſse ſentiebat etiam Rom.d.conſi.6.in fi.in prima ſolutione quam tradit ad illum tex. Vel reſponderem rationem illius tex.eſse quia litigantes, vt ibi tradidit Bened. ſolent ſæpius ſeſe mendacis fallere,
306 ſecus vbi lis nulla ſit.Et ideò tunc magis excuſetur qui boni† alicuius viri aſsertioni crediderit, vt dicit Fel.in d.capitu.cum cõtingat, col.pen. verſicu.non obſtat. Vel demum dicerem illud eſ-

307 ſe ob authoritatem† ſententiæ, quia munitur is cui denunciatur.
Atque ideo glo. ibi & cæteri dixerunt intimationem illam loco
citationis haberi: coarctatur enim appellatus poſt eam intra mē
ſem ad ſedem Apoſtolicam iter arripere, vt dicit ibi Anch. qui
hac præcipuè ratione vult authenticam offerri debere ſcriptu-
ram; nam decet contra ſententiam, quæ multis ſeruatis ſolem-
nitatibus lata ſit, ſolemniter etiam appellari, atque appellationē
interpoſitam ſolemniter denunciari, plura alia de tex. illo eiuſve
diſpoſitione videnda ſunt apud Fel. in d. cap. cum contingat, nu-
mero 7. & ſequen.
308 Tertiò mouetur Barto. per l. ſiquis inficiatus.† depoſ. vbi etiā
ipſemet ſingulariter notat & alij ſequuntur, quòd petens, vt pro
curator, vel hęres creditoris, qui depoſuit, non cōſtituit debi
torem in mora niſi ab initio legitimè oſtendat ſe procuratorem
vel hæredem, qua de re latè ſcribentes in dic. l. quod te. ſi cert.
pet. vbi Iaſ. & in d. l. de pupillo. §. qui procuratorio, infra eod.
309 qui putat opus† non eſſe oſtendi inſtrumentum procurationis
vel teſtamentum, ſi poteſt per teſtes, vel aliter illud idem pro
bari, ad quod pulcrè Cagn. in dic. l. qui in alterius, numero 16.
de regu. iur. Mouetur Iaſ. ex eodemmet textu, in verbo cogno-
uerit, quod generale eſt ad omnem cauſam notitiæ, non ad eam
ſolam quæ fit per inſpectionem inſtrumenti. Videndus eſt etiā
Corſet. in ſing. 210. verſicu. Procurator, qui ſatis dilucidè rem
declarat, diſtinguendo, an in iudicio vel extra quis ſe procura-
torem, vel hæredem dicat; inducens ad hoc ſatis bonam Barb.
deciſionem, ad idem Felin. in d. cap. cum contingat, nume. 6. in
fi. & Ancha. conſilio 316. incip. Pro declaratione trium quę-
ſtionum, qui per illum tex. decidit, denunciantem non oſten-
dentem inſtrumentum non dici notitiam illius negocij induxiſ-
ſe, & ſic perinde eſt acſi ignoraret. Ex eodem tex. Cagn. in d. l.
qui in alterius. nume. 15. de reg. iur. plura dicit ad rem noſtram
310 pertinentia, quæ breuitatis gratia omitto. Non omitto tamen
910 Bouer. † in deciſ. 10. in fine tenuiſſe in caſu hæredis contra-
rium, ſcilicet audiendum eſſe etiam petentem executionem, licet
non ſtatim ab initio ſe hæredē demōſtrauerit. Sed (iudicio meo)
311 ad illum tex. facilis eſt reſponſio: loquitur † enim de inficiante,
hoc eſt de eo qui dicit penes ſe nihil à petente fuiſſe depoſitū, qđ
quidē lōgè plus eſt, q̃ petere inſtrm, probaturq; manifeſte (ni fal-
lor) ex primis verbis, ſiquis (inquit) inficiatus ſit non aduerſus do

minum

minum,ſed eum qui rem depoſitam petebat,quòd eum non uerum procuratorem putaret &c.Non igitur rem depoſitã negabat habere, ſed habere negabat à petente,quem procuratorem verũ non credebat.hoc autẽ re ipſa quid aliud eſt,quàm petere mandati inſtrumentũ? quinimo longè vrbanius agit qui petit inſtrumentum,quàm qui petentem depoſitum abſolutè verum procuratorem negat. Atq; potius videtur tex.ille facere in cõtrarium in ſenſu tacito,quaſi velit depoſitarium admittẽdo petentem eſſe verum procuratorem,vel hęredem,& nihilominus, ſi perſeuerret negando rei depoſitæ reſtitutionem,incidere in pœnam inficiantis, nam ita decidit poſtquam cognouerit eũ talem qualem ſe facit. Etenim in delinquente paria ſunt credere & ſcire, quia affectus eſt qui meretur pœnam. l. j. §. Diuus & l. Diuus,ad l. Corn.de ſicar.l.is qui cum telo.C.eo.tit.cum ſim.Qua ſtante expoſitione, poſſet inferri ad caſum noſtrum quod ſi debitor cui ſimpliciter à ceſſionario denũciatur ne ſoluat primo,ſed ſibi, negauerit abſolute ſe quicquam ei denuncianti debere, videtur ex hoc petere inſtrumẽtum ceſſionis, & ideò ſibi ille imputet ſi nõ exhibuerit.& ita putauerim limitandam,ſeu declarandam Spec. opinionem in caſu iſto.

Quartò Bar.in d.l.de pupillo.§.ſiquis ipſi,ad hoc idẽ allegat,
